

CB100130/194

*Sanctissimus Insuperata*

FRXVIII/139

(c)

FRXVIII/139



# ARTICULI JURIS,

IN DUAS DISTRIBUTI PARTES,

IN QUIBUS FORENSES QUÆSTIONES DE RESTITUTIONE in integrum, nullitatibus, exceptione rei judicatæ adversus Regias sententias in judicatum transactas; hypothecis constituendis, & dissolvendis, obligatione reservationis, retentione, prælatione, novationibus, evictionibus, confusione actionum, citationibus, denunciatione processus, publicatione sententiarum, confessionibus judicialibus, evocatione causarum, receptione testium, legitimis contradictoribus, instrumentis denuo repertis, filiis in conditione positis, vulgariter substitutis, & fideicommissariè, & vulgariter in fideicommissum ex conjecturis vocationis remotiorum vocatis; & aliæ quamplurimæ noviter extitantur, & accuratè resolvuntur, nonnullis recentioribus exemplaribus, & decisionibus Regii Senatus intextis, ac variis Constitutionibus Cathalonix penitus illustratis.

P R O

NOBILI DOMNA MARIA JOSEPHA  
DE POTAU, FERRAN, ET LLEDO,  
uxore Don Christophori de Potau, ac Tutoribus, & Curatoribus illius.

*Co. Lib. San. fac. et*

*Rocafiguera*

C O N T R A

CICILIAM MASDEU, ET SOLÀ  
VIDUAM.

IN LITE VERTENTI IN REGIO SENATU CATHALONIÆ  
*ad relationem Magnifici Raphaelis Nabona Militis, Regiæ Audientiæ  
celeberrimi Doctoris, & Regii Consilarii meritissimi.  
Actuario Texidor.*

A U C T O R E

NOB. DON CHRISTOPHORO DE POTAU,  
*Philos. V. I. D. Vespertino Juris Civilis Publico Interp. in Barcin. Uni-  
versit. & apud S. C. & Reg. Cathalonix Senatuum Cau-  
sarum Patrono.*

*Cum licentia.* Barcinone: Ex Officina Caroli Sapera, & Jacobi Ofset,  
Anno 1750.

ARTICULI JURIS

IN DUIS DISTRIBUTI PARTES

IN QUIBUS FORNIS... QUESTIONE DE RESTITUTIONE... in integrum, nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...  
... nullatenus, exceptio non habet effectum...

PRO

IOHANNI DOMINO MARIA JOSEPH  
DE POTAU, BERRAN, ET REDDO  
...  
...  
...  
...

SOLUS

CICILIAM MARIAM, ET SOLA  
VIDUA

IN HUIUSMODI...  
...  
...  
...  
...

AUCTORE

MORITZ DON...  
...  
...  
...  
...

...  
...  
...

EXCELENTISSIMO  
PRINCIPI ALEXANDRO  
DUCI, ET PRINCIPI DE BOURNONVILLE,

Comiti de Hennin, Baroni de Caumont, domino de Tamisia,  
de Bondu, &c. Equiti Aurei Velleris, à Cubiculo Cæsareæ Ma-  
jestatis, ejusque Exercituum Mariscallo Generali, & Chiliarcho  
Loricorum Equitum; à Consilio Supremo Belli Dñi nostri Re-  
gis, olim in Exercitu Cathalonix Generali Castrorum Præfecto, &  
in Exercitu Regni Siciliae Generali Armorum Gubernatori, nunc  
Locumtenenti, & Capitaneo Generali Principatus Cathalonix,  
& Comitatus Rossillonis, & Ceritanix, & Capitaneo  
Generalis Regalis Exercitus.

PATRONO, TUTELARI, ET MOECENATI AMPLISSIMO.



IX publicæ indispiscuntur lucis crepuscula (EXCEL-  
LENTISSIME PRINCEPS) forenses hi Juris Articuli  
privatæ liti compacti; cum æmulatione gloriosa cer-  
tantes, nullis indigi pennis ad Tuæ celsitudinis pedes  
evolant latabundi, autor verò propensione innata illis celeriter  
præcurrens, tanquam sphaera per præcipitium, ante eos reve-  
renter prosternitur; ambiunt illi tutissimum subterfugium veluti  
sub Martis clypeo, *O & Præsidium*; author decorosam optat fau-  
sitatem, *& dulce decus meum*, illi tuo numini in oblationem autho-  
rem submitunt, author illos in humillimum destinat sacrificium,  
Articuli Tibi sacrant authorem, author Articulos, & alter alterius  
holocaustum effecti, ad invicem immolamur; utrumque tamen pu-  
sillum est, utrumque leve, sed Tu, ò Maxime ALEXANDER, alteru-  
trum ne despicias, sed permitte Te precibus; decantavit Martialis:

Horatius  
lib. 1. Ode  
1.

Martialis  
lib. 8.  
Epiq. 24.

————— *Cæsar, permitte rogari,  
Offendunt nunquam thura, precesque Iovem.*

Ad quem enim, cum Te mihi fors mea, & benignitas tua obtu-  
lit in Patronum maximum; confugiam; cum is sis, qui omnium in  
Te oculos convertis excellentissimi animi, & mentis dotibus, qui-  
bus ut inter celeberrimos Europæ Viros Heros emineres, Virtus,  
Nobilitas, Pietas, Prudentia, & bellandi, inperandique dexte-  
ritas coronarunt.

Non ne enim es Tu, Excellentissime Princeps, re, & nomine  
ALEXANDER ille cognomento Belgicus, Germanus Cathalauni-

cus, & Silicus, Macedonio præstantior ob præclara gesta, partas victorias, confecta prælia, capta signa, urbes defensas, arces expugnatas, adversus acerrimos hostes Augustissimi Austriaci Nominis in Belgio, Germania, Principatu Cathalonix, & Insula Sicilia, Marte, & arte admiranda ad Europæ stuporem?

Alloquantur fortunatissimæ expeditiones; & trophea de Salfet, & de Trislar, ubi Tua clarissima facinora plausum, Serenissimi Archiducis Leopoldi ab Austria dignissime meruere, debellatis, & contractis, Baronibus de Ossenville, & Roses; obsessio, & expugnatio de Crusnack, Dorsten, Bona, Rocroix, Retel, & Roges, fortissimorum aggerum ad aditus Frisix Orientalis, & de Hessen; Bellicam tui virtutem extollant prælium de Halleren, & secundum Nortlingæ, quatuordecim tormentis militaribus subactis, & ter-denis signis captis, nec sileant partæ victoriæ contra Mariscallum Turenam, & Generalissimum Fertè in obsidione de Valenciennes, quæ fugato Exercitu, amissis copiis, derelictis tormentis bellicis, tentoria, & spolia triumphatrici dexteræ tuæ consecrarunt, nec oblivione delendæ celebres pugnx de Goltchir, & Estrasbourck, interfectis, subactis, & captis quatuor mille Militibus, undecim Vexillis: Quid? nonne obscubuit in prælio de Colmar, ubi ad stuporem pugnatum fuit, Generalis Foucaur; nec non te dirigente tormenti bellici ictum apud Sasback obiit Generalis Turena, Dimicasti etiam foeliciter in celebri Ensisientium pugna apud Argentinam, & contra Suedix Achillem Konigsmarck, ut licet renitente hoste per quam validè, subsidia tui milites inferrent Meppen validius; mirabilem deinde Te in bellicis artibus, & virtutibus prædicant gesta fortunata, quibus ad omnium plausum spectandum te præbuidisti apud Neus, Rhenes, Paderborn, Oetcher, Vaxer, Linburgum, & alibi; Nunquam pugnx, aut facinoris aggressor quin laudè à pugna, & facinore reportares.

Vidimus etiam Te ( sed fato nostro brevius, quam erat in votis, & fortuna ) in Principatu Cathalonix Generalem Castrorum Præfectum, & parva Militum manu, magna Tui animi, & dexteritatis virtute armatâ in Rossilionem erumpentem, aggeres in ore Portellenis Collis oppositos expugnantem; Hostes partim fuga divertentem, partim ad pedes tuos victos subjugantem, & quod caput est, hostiles copias cum suo Supremo Duce Nevalles Ceritanix minitante excidium, inde revocasti; plus timoris injiciente nomine Tui Regentis, quam Exercitus nostri ad inferiorem numerum redacti: vocasti hostem ut vinceret sine sanguine, quem

quem una tunc temporis diversione poterat superare; sed persististi immobilis ad Basquerensem fluvium, & opportunis contra Hostem exstructis munimentis impetum irruentis continuisti, & assiduis excursionibus sæpè potentiozem vellicasti. Hinc ad Trinacriam pergis (nescia virtus stare loco, ut ubique fulgeat tua) ubi res quasi desperatæ ut spem conciperent, te unum foelicissimum Imperatorem, seu Generalem Armorum Gubernatorem expectabant. Quanta ibi ars tua machinata est, ut extenuatas Exercitus nostri vires compensaret? Arcem de la Mola pulchro stratagemate ingrederis, Melassum aggeribus, & propugnaculis obuallas, Hostes mari, terraque irruentes tormentorum, & bombardarum tonitru tremefacis simul, & spargis non sine strage; & tandem tuo Imperio Augusta, & Messana se tradunt ut ad pristinum Regis nostri Caroli Regimen paternum redeant fortunatæ, quod manu tua dignæ fiant, ut Regi offenso præsententur, quas oblivio sui indignas clementiâ fecerat, & solatio; tandem ab oris totius Trinacriæ Galli sese subducunt; non alio ut suspicor quam timore Tui, ad cujus oculos nihil aggressi, quod confecerint; nec aggredi sperabant, quod te in oppositum connitente assequerentur; memores Ciceroniani dicti pro lege Manilia. *Vehementer enim pertinet ad bella administranda, quid hostes, quid socii de Imperatoribus existiment.*

Verum nec Bellica virtus tua sola fuit, quamvis maxima, quæ literarium hoc munusculum ad tam augustum præsidium advocarit; aliæ te circumstant proximiores dotes, quæ litterarum cultoribus exhibent venerandum, Cæsarem illum primævum equasti factis in bello; quin solum esse permitteres ex utroque; Ense scilicet, & Calamo Cæsarem. Is enim es, qui ita Phœbo Musarum Antistiti litasti, quasi Martis mystam non ageres; sic Minervam coluisti, ac si Palladem non propinquius adorasses: Mens utpotè tua capacissima non una arte liberali fœcundari voluit, sed ferè omnium complecti potuit vastissimum ambitum. Humaniores literas calles peroptimè; Philosophiæ arcana pernoscis acutè, Historiæ campum teris eruditè; Antiquitatum observationes notas curiosè; linguarum Peritiam Latinæ, Hispanæ, Gallicæ, Germanicæ, Italæ ostendis pro nutu: immò sacris etiam scripturæ in oraculis ita versatus es, ut plenam utriusque Testamenti comprehensionem scite pro opportunitate ostentes Theologis. Ita ut de Te verius Bilbilitanus cecinerit olor.

*Non Quercus te sola decet, nec laurea Phœbi  
Fiat, & ex edera Cinica nostra tibi.*

*Martial.  
Epig. 82.  
lib. 8.*

Et

Et ex hac tua ex libris eruta scientia putarim factum, quod non modo ad Bellicum Regimen natura comparatus; sed arte bene vivendi ( sic vocavit ingeniosus aliquis Politicam ) ad policitum gubernaculum compositus videaris; instillant enim studia Prudentiam; Prudentia Humanitatem, humanitas nitorem; quo & reverentiam ab omnibus pariter, & amorem Tibi concilias; nec es uno in bello fortissimus ALEXANDER victor semper, nusquam victus; immò & ut splendidius emereres politico incumbens regimini, Pacem quam in Trinacriam invexeras, ad Gotholauniam Tuis auspiciis transtulisti; ut sicut olim dexteræ tuæ foelicitatem in bello debuimus; Pacis otium Te gubernante auspicaremur, Tibi sanè aptius dicam, ut finem faciam cum Martiali.

*Epig. 9.  
lib. 12.*

*Palma regit nostros, mitissime Cæsar Iberos,*

*Et placido fruitur Pax peregrina iugo.*

*Ergo agimus leti tanto pro munere grates*

*Misisti mores in loca nostra tuos.*

Et ego quas agam grates non habeo, quod me tanto Patrocínio benignitas tua devinctum patiatur, scio tamen pristinum hunc esse Alexandri morem, quod ad se, non ad manum offerentis respiciat, ne desinat Alexander esse cum favet, magnitudo quippè Alexandri hoc sibi vindicavit tanquam unicè suum, ut honores, quos Clientibus exhibebat proprium sui decus declararet; hinc Alexandro, & quidem Bornonvillio potiùs quam Domitiano dixisset Argutus Poeta:

*Martial.  
Epig. 82.  
lib. 8.*

*Posse Ducem rebus pariter, Musisque vacare*

*Scimus; Et hæc etiam certa placere Tibi.*

Vale.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

Ad Excellentiaæ Tuæ obsequium  
ultra submissus Cliens  
foelicitatem precatus

*Don Christoph. de Potam.*

ADMO-



# ADMODUM ILLUSTRIBUS, Nobilibus, & Magnificis Dominis.

D.D. OLDEGARIO MONSERRAT Archidiac. majori, & Canonico  
Metropolit. Tarracon. Priori S. Jacobi de Fontanya, Judici Subde-  
leg. Brevis Apost. olim Offic. & V. G. Archiepisc. Tarracon. nunc  
meritiss. Cancellario Principatus Cathal. & de R. Consilio.

D.D. DON MICHAELI DE CORTIADA, olim in Ilerdensi Gym-  
nasio primario legum interpreti, deinde Regio Consiliario, & Fisci  
Advoc. in Criminalib. in Regio Consilio Regni Sardinia, nunc Re-  
gio Senatori, & Fisci Advocato Patrimon. in Reg. Aud. Civili.

D.D. JOSEPHO ALENY Militi, olim Comitatus Rossilionis, &  
Ceritania Regio Assessori, Judici Regia Curia, nunc Regio Senatori  
in Regia Audientia Civili.

D.D. DON FRANCISCO DE RIBERA domino de Florejachs, Re-  
gio Senatori in Regia Audientia Civili.

DD. JOANNI COLOMER, olim Institut. Imper. pub. profes. in  
Barcinon. Museo, nunc Regio Senatori in Regia Audientia Civili.

D.D. RAPHAELI NABONA Militi, olim in Baiulia Generali Ca-  
thalonie Regio Assessori, Fiscique Advocato Patrimoniali, Judici  
Regia Curia, nunc Regio Senatori in Audientia Civili.

Egregiis Regiis, & Clarissimis Consiliariis, & Doctoribus Reg. Aud.  
Principatus Cathalonie in Aula Reverendissimi Cancellarii.

**D**Eosculatis reverenter pedibus ( Admod. Illust. Nob. &  
Magnifici Dñi ) Excellentissimi Principis, & Supremi Pre-  
fidis, ad Vos, Clarissimi Consilarii Regii, convertitur depreca-  
tio nostra, qui immensum tanti verticis pectus, & fortissima br-  
chia estis.

Corippus  
lib. 2.

*Vos estis pectus, Vos brachia verticis hujus,  
Quorum Consiliis, quorumque laboribus usa  
Publica res domuit gentes, & regna subegit.*

Nam quemadmodum vitæ principium a Capite in alias huma-  
ni corporis partes dimanare credidere Platonici; ita Sapientia, &  
Prudentia sedes in pectore residere putabatur. Nec Politici  
Principatus Corporis, cujus caput, Princeps est, Vos pectus, &  
brachia estis dumtaxat, sed etiam ipsiusmet Principis, & verti-  
cis pars, sunt enim Senatores, juxta Salvian. Miffiliensem, *quenam*  
Principis pars; & floridissimus Claudianus Senatoria dignitatis  
officium sic decorosius expressit.

Salvian.  
Miffi-  
liensi 1.6.  
Claud. 1.  
2. in Eu-  
trop.

Præsidium legum, genitorque vocatur  
Principis.

Fræc. Iu-  
retus lib.  
1. ep. 46.  
Patron.  
in satyr.  
Aurel.  
Pruden.  
in Sym-  
mæchum.  
Epicætu-  
s in notitia  
Imper.  
Rom. Lu-  
tius Flo-  
rus lib. 1.  
cap. 18.  
Ammiã.  
lib. 14.  
Cicer.  
orati on.  
pro Aru-  
pic. Quin-  
til. decla.  
329.  
Virgil.  
lib. 6.  
Æneid.  
Cassiodor.  
lib. 1.  
epist. 13.  
& lib. 5.  
formul. 4.  
Psal. 84.  
Genes. 28

Si enim genitores Principis, legumque; præsidium appellami-  
ni, alio nesciunt, quo se vertant quam ad Vos legum præsidium,  
hi mei Juris Articuli, in quorum Litteratissima, Regalique; Aula  
charissimæ Clientæ nostræ indecisa lis pendet, pro cuius foelicio-  
ri decisione illos edidimus. *Pars melior humani generis Senatus,*  
prædixit Franciscus Iuretus. *Recti, bonique Præceptor, Patron. Mun-*  
*di lumina.* Aurel. Prudent. *Ornamentum Urbis, splendor Civium.*  
Epicætu-  
s, *Regum Confessus.* Florus, *Imperator Constantinus Asy-*  
*lum mundi totius adesse existimabat.* Cicero, *Princeps salutis, publi-*  
*cæque mentis.* Quintilianus, *Sacratissimum ordinem.* Virgilius, *San-*  
*ctumque Senatum* appellant. Cassiodorus verò scripsit, *quidquid hu-*  
*mani generis floris est, decet Curiam habere, quæ sicut arx decus est*  
*Urbium, ita illa ornamentum sit cæterorum ordinum; & alibi: Sena-*  
*tus mira opinione gloriosus mundi lumina.*

Est ad summum vestra Regalis Aula, Innocentiæ Templum,  
Temperantiæ Sacrarium, Ara Justitiæ, in qua  
*Æqua gerit rectam, libratque pondere lancem*  
*Justitia immota, firma tenaxque manu.*

Etsi Justitia in Cælo residet, & cuncta de Cælo prospicit,  
*Justitia de Cælo prospexit;* Vos fulgentissimæ firmamenti Stellæ,  
nitidioraque eritis Astra, Aula Firmamentum, & Cœli porta, qua  
ad Justitiam ingredimur, immò, & Aula Dei meritissimè apella-  
bitur. *Porta Cœli est, & vocabitur Aula Dei.*

Suscipite ergo jam, Clarissimi Senatores Regii, munusculum  
hoc, in quo si quid boni est, vestrorum omnium est, cum si quid  
sciam à Vobis didicisse profitear, errores meos tegite, illis, &  
prolixitati parsite, vivitote foelices, & valete.

*Admodum Illust. Nob. & Magnifici Dñi.*

Admodum Illustris Dominationis vestræ  
obsequentissimus Cliens

*Don Christoph. de Potan.*

# CANDIDO, ET AMICO LECTORI.

D. Christ. de Potau salutem optat.

**N**ihil procul ab animo fuit, (Candide, & Amice Lector) quam opinari, hos juris Articulos, quos in speciem, brevissimi libelli conglutinatos intueris, & perlegis, terdena folia superaturos, aut transgressuros fore; semper enim studiose rependi, responsum pro charissima Clienta edere in famigerata litte de Masdeu, & Solà, non verò analyticum tractatum juris evulgare: Cæterum cum actrix, & tempus nos præmerent, folium volans, quod manè scribebam, vesperè cudebatur, & consuens folia foliis, hæc erumpunt in librum. Mihi in hujus privatæ allegationis inscriptione accidit, quod vetuit Lyricorum Princeps Horatius in Arte Poetica, versu 21.

————— *Amphora cœpit*  
*Institui, currente rota cur urceus exit?*

Cum cœperit allegatio institui, & currente Prælo, prodierit liber. De veritate, quam ingenuè profiteor te certiore facient ipsimet Articuli, qui absque prævio summario, paginae, quæ sine numeris marginalibus, & folia quæ etiam innumera prodeunt, solis numeris Capitulorum, & Paragraphorum designatis. Quod in hac re doleo, est quaterdena volumina tantum excudisse, quæ dum sufficient gratissime, & libenter dabimus. Plausum, & gloriam nunc non appeto, sat mihi erit, si me non laudas, ne contempnas.

*Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.*  
*Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.*

Cecinit Ovidius, quam in rem aptissime quadrat Epigramma illud decimum Marcialis lib. 5.

*Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur,  
Et sua quod rarus tempora lector amat.*

*Hi sunt invidia nimirum Regula, mores,  
Præferat antiquos semper, ut illa novis.*

*Sic Veterem ingrati Pompei quærimus umbram,  
Et laudant Catuli Julia templa senes.*

*Ennius est lectus, salvo tibi Roma Marone:  
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.*

*Rara coronato plausere theatra Menandro:*

*Norat Nasonem sola Corynna suum.*

*Vos tamen, ò nostri, ne festinate libelli;*

*Si post fata venit gloria, non propero.*

Attamen si nostri prævii labores rudes, & informes non reddent lite foeliciter, & prout speramus decisa, si non meliores reddidero, reddam tibi eos minus ingratos, perpulitos, & auctos, interim his fruiere, & vale.



# ELENCHUS

## ARTICULORUM JURIS.

### PARS PRIMA.

**A**RTICULUS PRIMUS. *Initium progressus, & status presentis litis describitur. num. 1.*

ARTICULUS II. *Prætenſio Tutorum, & Curatorum Nobilis Pupilla Domnae Mariæ Joſephæ Potau, Ferràn, & Lledò, refertur duo præcipua dubia pro resolutione illius discutienda proponuntur, & notabilia quæque in materia restitutionis in integrum implorata, & exceptionis nullitatis opposita contra Regias sententias, supponuntur. num. 42.*

ARTICULUS III. *Restitutio in integrum ex capite minoris ætatis per hanc Nobilem Pupillam implorata à die 22. Februarii 1674. adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera admittenda, & concedenda est, & de illius meritis debet cognosci, ac sic satisfit primo dubio adversantis de Masdeu, & Solà. num. 57.*

ARTICULUS IV. *Regia sententia Nobilis de Ribera, beneficio restitutionis in integrum, nulla demonstratur tamquam opposita alteri Regiæ sententiæ in judicatum transactæ, & satisfit secundo dubio adversantis. num. 82.*

ARTICULUS V. *Prima objectio ab adversante Cæciliæ Masdeu, & Solà adversus merita restitutionis in integrum adducta, proponitur, & multis responsionibus confutatur, ac extenuatur. n. 148.*

ARTICULUS VI. *Secunda objectio adducitur ab adversante Cæciliæ Masdeu, & Solà, & illi Concludenter satisfit, septem peculiaribus responsionibus. num. 172.*

ARTICULUS VII. *Hypotheca in Manso Portas ab adversante prætenſa, extincta, & soluta demonstratur. num. 204.*

ARTICULUS VIII. *Reservatio bis mille librarum facta per Hieronymum Portas in donatione celebrata 15. Februarii 1614. extitit consumpta ante creationem censualis adversantis. n. 211.*

ARTICULUS IX. *Retentio prætenſi Mansi Portas concedenda est Nobili Pupilla pro diversis creditis liquidis, saltem ex beneficio restitutionis in integrum implorato. num. 270.*

- ARTICULUS X. *Præfatus Mansus Portas non potuit hypothecari censuali partis adversæ tamquam emphyteuticarius, & sub directo dominio, & allodio Baronum de Marinyano. num. 288.*
- ARTICULUS XI. *Requisita substantialia ab Auctore contra Reum probanda pro obtinendo in actione hypothecaria, non fuerunt probata à Cecilia Masdeu, & Solà contra hanc Nobilem pupillam. num. 301.*
- ARTICULUS XII. *Cuncta procedimenta à die 17. Martii 1672. ante prolationem Regiæ sententiæ, usque nunc facta redduntur retro nulla ex defectu formæ à Constitutionibus Cathalonie requisita, & circa citationem non observata in præsentis causa. num. 339.*
- ARTICULUS XIII. *Procedimenta præsentis causæ facta in Regia Audientia, nequeunt sustineri ob non evocatam causam ad Reg. Audientiam. num. 359.*
- ARTICULUS XIV. *Regia sententiæ tamquam lata absque instantia laborat nullitate. num. 367.*
- ARTICULUS XV. *Regia sententiæ, & illius instata executio, debet modificari saltem in pensionibus censualis petitis usque ad provisionem primam denunciationis processus factam sub die 27. Januarii 1638. num. 371.*
- ARTICULUS XVI. *Regia sententiæ exequi non potest tamquam lata, contra non legitimos contradictores. num. 382.*
- ARTICULUS XVII. *Proponuntur ponderationes, & objectiones aliquæ ab adversante oppositæ contra prætensionem hujus Nobilis Pupillæ, & illis debitè satisfit. num. 393.*
- ARTICULUS XVIII. *Prosequuntur deductiones adversantis, & debita illarum solutio. num. 438.*
- ARTICULUS XIX. *Omnia fundamenta, & juridicæ considerationes factæ in articulis antecedentibus applicantur Regiæ sententiæ in hac causa lata. num. 488.*
- ARTICULUS XX. & ult. *Resolutio primæ partis Articulorum juris proponitur. num. 516.*

## PARS SECUNDA.

**A**RTICULUS PRIMUS. *Regia sententiæ in rem judicatam transacta rescindenda, & retractanda venit propter instrumenta*

*menta de novo reperta medio beneficio restitutionis in integrum ex capite minoris etatis implorato. num. 518.*

ARTICULUS II. *Bina instrumenta denuo reperta demonstrantur, illorum tenor exprimitur, & ex illis convincitur retractandam fore Regiam sententiam in hac causa latam. num. 524.*

ARTICULUS III. *De filiis positis in conditione ad fideicommissum vocatis, & de Manso Portas sub fideicommissio comprehenso. num. 534.*

ARTICULUS IV. *Mansus Portas tamquam de fideicommissio non potuit hypothecari censuali adversantis. num. 560.*

ARTICULUS V. & ult. *Resolutionem litis, & Articulorum juris continens. num. 569.*

---

### L I C E N C I A D E L C O N S E J O .

**D**On Juan de Peñuelas Secretario de Camara de el Rey nuestro Señor, y de Gobierno de el Consejo por lo tocante à los Reynos de la Corona de Aragon. Certifico que por los Señores de èl se ha concedido licencia à Jayme Oisèt, Impressor en la Ciudad de Barcelona, para que por una vez pueda reimprimir, y vender el Libro intitulo: *Articuli Juris, in duas distributi Partes*, su Autor Don Christoval de Potau; con tal de que la dicha reimpression se haga en papel fino, y de buena Estampa por el impresso que sirve de Original que està firmado, y rubricado de mi mano; y con que de letra bastardilla se ponga al numero ciento setenta y siete, la Nota de el tenor siguiente: *Hac autem procedebant jure veteri, atamen jure novo ad Principem recurrendum est, &c.* y que antes que se venda se trayga al Consejo junto con èl, y Certificacion de el Corrector General de estarlo conforme à èl, para que se tasse el precio à que se ha de vender, guardando en su reimpression lo dispuesto por Leyes, y Pragmaticas de estos Reynos. Y para que conste la doy en Madrid à primero de Agosto de 1760.

Don Juan de Peñuelas.

## FIDES CORRECTORIS.

**P**ag. 2. lin. 1. ecatis, lege, ætatis. Pag. 3. lin. 12. annq., lege, annug. lin. 29. exceptiones, lege, exceptionis. Pag. 8. lin. 8. alii, lege, aliis. Pag. 14. lin. 22. sexo, lege, sexto. Pag. 16. lin. 5. principii, lege, principiis, lin. 34. inferte, lege, inferte. Pag. 19. lin. 8. Ad, lege, At. Pag. 28. lin. 26. litæ, lege, lite. Pag. 35. lin. 15. & 16. alii modu, lege, aliis modis. Pag. 40. lin. 31. olvat, lege, solvat. Pag. 49. lin. 32. fin, lege, sint. Pag. 59. lin. 34. no, lege, non. Pag. 66. lin. 6. potest, lege, prodest. Pag. 83. lin. 26. consulenda, lege, consulendo. Pag. 85. lin. 21. Pupila, lege, Pupila. Pag. 91. lin. 6. fin, lege, sint. Pag. 101. lin. 7. peiit, lege, petiit. Pag. 106. lin. 33. probabit, lege, probavit. Pag. 115. lin. 36. personatum, lege, personarum. Pag. 124. lin. 15. calomo, lege, calamo. Pag. 126. lin. 15. petiti, lege, petiri, vel peti. Pag. 137. lin. 7. sententiæ, lege, sententia. Pag. 147. lin. 27. berba, lege, verba. Pag. 162. lin. 24. ectio, lege, emptio, lin. 36. fixta, lege, ficta. Pag. 169. lin. 30. & 31. Marianæ, lege Mariana. Pag. 171. lin. 9. Dominios, lege, Dominos. Pag. 188. lin. 19. tam, lege, nam. lin. 30. denegationis, lege, derogationis. Pag. 196. lin. 7. decifæ, lege, decifa. Pag. 203. lin. 28. angulatis, lege, angularis. Pag. 210. lin. 19. sententia, lege, sententiam. Pag. 213. lin. 2. habeat, lege, habent.

Hic liber inscriptus : *Articuli Juris, in duas distributi Partes, in quibus forenses quæstiones de restitutione in integrum, nullitatibus, exceptione rei judicatae adversus Regias Sententias in judicatum transactas, aliæ que quam plurimæ excitantur*; Authore Domino Christophoro de Potau, apud Regiæ Cathalonix Senatuum causa um Patrono responder suo exemplari antea fideliter excusso : Et sic fidem facio Matrili die decimanona Augusti anno millesimo septingentesimo sexagesimo,

Dr. Ds. Emmanuel Gonzalez Ollero.

A. C. M. Gl. Corrector.

## SUMA DE LA TASSA.

**D**on Juan de Peñuelas Secretario de Camara del Rey nuestro Señor, y de Gobierno del Consejo por lo tocante à los Reynos de la Corona de Aragon. Certifico que habiendose visto por los Señores de el, el Libro intitulado : *Articuli Juris, in duas distributi Partes*, su Autor Don Christoval de Potau, que con su licencia ha sido reimpresso, le tassaron à seis maravedis cada Pliego, el qual parece tiene ochenta y dos, que à dicho respecto monta quatrocientos noventa y dos maravedis de vellon, à cuyo precio, y no à mas mandaron se vendiesse, y que esta Certificacion se ponga al principio de cada Libro, para que se sepa el precio à que se ha de vender. Y para que conste la doy en Madrid à primero de Septiembre de 1760.

Don Juan de Peñuelas.

ARTI-





# ARTICULORUM JURIS.

## PARS PRIMA.

### PRÆLUDIUM.



**F**ORENSES has lucubrationes, quæ sub nomine Articulorum Juris, publicam exoptant lucem, hilari agredimur animo, nam licet eas privata dumtaxat liti in Regio Cathalonix Consilio vertenti, ad relationem literatissimi, & integerrimi Consilarii Regii Raphaelis Nabona, inter Ciciliam Masdeu, & Solà viduam, agentem ex una, & Nobilem Martam Josepham de Potau, Ferràn, & Lledò, charissimam Conjugem nostram, ac Tutores, & Curatores illius defendentes ex altera partibus, Notario Texidor, adscripserimus, nihilominus quamplurima practica Jurisprudentia quæstiones, pulchræ, subtiles, & valde jucundæ, quæque in palatiis sæpius accidunt, in eis noviter exitantur, per certissima juris elementa resolvuntur, & juxta mentem Sacri Regii Senatus Cathalonix deciduntur, & exterminantur, nonnullis recentioribus exemplaribus intexis, & variis Constitutionibus Cathalonix illustratis, & enucleatis, quatenus leges præscriptæ allegationum, & responsum, quæ de jure à clarissimis Barchinonensibus Advocatis pro clientibus elaborantur, suppetunt, & patiuntur, quarum metas, & limites non transgredimur, imò in eis insistimus.

Fœliciter, ergo jam exordiendo à prima, & præcipua nostrorum Articulorum Juris parte, hæc viginti Articulos complectitur, illi autem amplexantur, & continent materiam restitutionis in integrum ex ca-

pite minoris ætatis adversus sententias in judicatum transactas implo-  
 rata; exceptionum nullitatis notoria; rei judicata, & oppositionis il-  
 lius; constitutionis hypothecarum in rebus emphiteuticariis; dissolutio-  
 nis, & extinctionionis earum per creditoris consensum; obligationis, re-  
 servationis donatoris ad dotem; retentionis pro creditis anterioribus;  
 prelationum sortis, interesse, & pensionum; novationum; confusio-  
 nis, actionum, evictionum, citationis ad continuationem litium, denun-  
 ciationis processum; publicationis sententiarum; creationis, & acolla-  
 tionis censualium; exceptionis, & revocationis confessionum judicia-  
 lium per procuratores ad lites emitarum, sententiarum adversus non  
 legitimos contradictores litarum, receptionis, & examinis testium,  
 evocationum causarum à Vice Regia Audientia ad Regiam Audientiam,  
 nec non aliarum difficultatum juris, pragmaticis apprimè utilem, &  
 proficuam. Ut nemini eos perlegenti latebit.


PRELUDIVM



(Faint, mirrored text from the reverse side of the page is visible through the paper, appearing as bleed-through.)

# \* ARTICULUS I.

INITIUM PROGRESSUS, ET STATUS PRÆSENTIS  
*litis describitur.*

1  UB die 23. Junii 1635. Nicolaus Solà introduxit præsentem litem, exponens retroclammum adversus Magnificum Paulum Guiamet Regium Consiliarium, tanquam patrem, & legitimum administratorem Emanuelis Guiamet, & Lledò filii sui impuberis, & eo nomine prætentum possessorem mansi, & hæreditatis vocatæ den Portas, pro quantitate 300 ₰, debitarum ex pensionibus cessis cujusdam censualis pretii 760 ₰, & pensionis annæ 38 ₰, creati 21. Junii 1617. per Hieronymum Portas, quod quidem censuale quo ad sexcentum libris, descendebat ex debitorio 600 ₰, firmato per dictum Hieronymum Portas die 20. Novembris 1608. ut est videre à fol. 1. ad fol. 29. in tela.

2 Mortuo Magnifico Paulo Guiamet, fuit citata ad præsentem causam Marianna Guiamet vidua relicta Magnif. Pauli Guiamet, & mater dicti Emanuelis, ut patet in processu à fol. 39.

3 Quæ quidem Marianna Guiamet, & Lledò, & Emanuel Guiamet, & Lledò illius filius, scedula oblata 9. Junii 1637. quæ est in processu fol. 65. 66. & 67. in tela, formiter, & omni modo meliori opposuerunt exceptionem rei judicatæ resultantem ex Regia sententia lata inter easdem partes, de eadem re, & causa per Nob. Don Raymundum Rubi de Marimon, facto verbo in Regia Audientia 14. Novembris 1631. in causa vertenti in dicta Regia Audientia, Not. Busquets, exhibendo dictam Regiam sententiam in processu, quæ legitur à fol. 37. ad 65. retro.

4 Cui oppositioni exceptiones rei judicatæ non fuit contradictum per partem Nicolai Solà, sed tantum responsum non obstare dictam exceptionem, quin contradiceret oppositioni illius, quo in casu censetur actor dictæ oppositioni exceptionis adhærere, ut multis citatis notat Ripoll ad Peguer. *rubr. 9. num. 56.* & est videre in processu fol. 68. in tela.

5 Ad instantiam dictorum Guiamets fuerunt citatæ ad præ-

4 sentem causam diversæ personæ ratione eviçtionis prætenfæ per dictos Guiamets in præfenti causa , ut est videre fol. 30. 53. 59. & tandem à fol. 30. ad 85. in tela.

6 A fol. 32. ad fol. 83. petiit Nicolaus Solà præfentem causam denunciandam esse inter causas minores summarias, pro ut cum effectu denunciata fuit inter causas minores summarias die 27. Januarii 1638. per dictum Nob. Rubi de Marimon, his verbis.

P R O V I S I O.

Prima denunciationis processus.

Die 27. Januarii 1638. viso processu, & ejus instata denunciatione. Visiis videndis, meritis processus attentis, & aliàs providet, quod habito processu pro denunciato inter causas minores summarias sit partibus terminus exclusivus. Intimetur.

Rubi de Marimon.

7 Denunciato processu, fuit præfens causa prosequuta adversus dictos Guiamets usque ad diem 27. Maii 1645. ut est videre in processu fol. 192. seu 352. in tela, in quo anno 1645. solum erat dictus Emanuel Guiamet reus. conventus ætatis 21. annorum, cum natus fuisset 24. Januarii 1624. ut ex fide Baptismi apparet fol. 666. retro.

8 Ab anno 1645. usque ad 4. Novembris 1666. sopita fuit, & obdormivit præfens lis, cujus temporis cursu decessit Emanuel Guiamet, & Michael Ferràn, & Lledò Civis honoratus Barchinonæ, pater hujus Nob. pupillæ D. Mariæ Josephæ Potau, Ferràn, & Lledò, ut apparet fol. 195. in tela.

9 Mortuis dicto Emanuele Guiamet, & Michaelle Ferràn, & Lledò ( qui quidem Michael Ferràn, & Lledò, numquam fuit citatus, nec vocatus ad præfentem causam ) Galcerandus Masdeu, & Cæcilia Masdeu & Solà conjuges, tamquam succedentes Nicolao Solà auctori, citarunt ad continuationem præfentis causæ tutores, & curatores hujus Nob. pupillæ D. Mariæ Josephæ Potau, & Ferràn tamquam tenentes, & possidentes universalem hæreditatem, & bona dicti Michaelis Ferràn sub die 30. Octobris 1666. & articulis oblati 16. Novembris ejusdem anni, de intentione sua opposuerunt.

10 Dicti tutores, & curatores citarunt ad præfentem causam, ratione eviçtionis, diversas personas succedentes personis antecedenter citatis ratione eviçtionis, quæ equidem comparuerunt in

præ-

præsenti causa, ut est videre à fol. 201. ad fol. 215. in tela.

11 Etiam præfati tutores articulis oblati 11. Julii 1667. reproduxerunt omnia procedimenta facta in processu, & in articulo 2. opposuerunt ea quæ deducta erant in processu ad excludendam adversantis prætensionem fol. 363.

12 Sub die 15. Septemb. 1670. fuit iterum præfens processus denunciatus inter causas majores summarias, sub his verbis.

*P R O K I S I O.*

Secunda denunciationis processus.

Die 15. Septembris 1670. viso præfenti processu, cujus instatur denunciatio meritis illius attentis, & aliàs providet, quod habito præfenti processu pro denunciato dies denunciationis illius describatur in libro inter causas majores summarias. Intimetur.

*De Ribera.*

13 Postea supplicatione oblata 5. Martii 1672. per mortem Josephi Estalella procuratoris Michaelis Bagur, & Portas petierunt tutores, & curatores hujus Nob. partis citari mandari dictos conjuges Bagur, & Portas, & forsan alios, ad continuandam præsentem causam, & de litteris citatoriis provideri omni modo meliori, ut apparet in processu fol. 217. in tela.

14 Pars alia Cæciliæ Masdeu, & Solà consensit expeditioni dictarum litterarum, & petiit hanc Nob. partem condemnari ad pensiones cessas, vel solvi cessatas, decursas usque ad dictum diem, & à cætero decurrendas in moneta plata, scheda oblata 10. Martii 1672. cui scheda Nob. Relator solum provisit: *Viso. Intimetur.*

15 Huic novæ petitioni, & cursui causæ contradixerunt tutores hujus partis, petendo iterum expeditionem dictarum litterarum ad continuandam causam scheda oblata 17. Martii 1672. cui scheda Nob. Relator provisit solum: *Viso. Intimetur.* Ut apparet fol. 218. in tela.

16 Tandem nulla deductione per partes respectivè facta sub die 31. Martii 1672. prolata fuit Regia sententia in præfenti causa facto verbo in Regia Audientia, sub his verbis.

*C H R I S T I nomine humiliter invocato.*

Excellentissimus dominus Locumten.

17 **A**t tento ex instrumento recepto die 21. Julii 1617. penès Michaellem Vila Not. pub. Gerundæ, constat Hieronymum Portas Mercatorem villæ Turricella Montegrivo, tam nomine suo propria, quam

quàm uti procuratorem cum libera, & generali administratione Michaelle Seguera, & Portas ejus uxoris Antonii Portas Mercatoris dictæ ville, & Mariæ Sunyera, & Portas filii, & nurus respectivè suarum, vendidisse, & originaliter creasse instrumento gratiæ redimendi mediante causis, & rationibus in dicto instrumento expressis, Sigismundo Solà Not. pub. Gerunda, & suis perpetuo quoddam censuale pretii, & proprietatis 760 ₰ monetæ Barcinonæ argenti, & pensionis annuæ 38 ₰ monetæ Barcinonæ argenti, sub obligatione omnium honorum suorum, & suarum principalium, & cujuslibet insolidum, & signanter sub speciali obligatione domus, & hereditatis propriæ dicti Hieronymi Portas, vocatæ den Portas, sitæ in Castro de Virginibus villæ Turricellæ de Montegrino, terrarum, honorum, & possessionem illius, prout hæc & alia ibi latius continentur, quibus refertur. Constat ex apocha in calce didicti instrumenti appositæ pretium fuisse efectivè solutum.

18 Constat dictum Sigismundum Solà decessisse illique universaliter successisse Nicolaum Solà Civem honoratum Barcinonæ per mediam personam Gabrielis Solà fratris dicti Sigismundi. Constat similiter dictum Nicolaum Solà obiisse, illique universaliter successisse Ciciliam Solà, & Masden viduam Galcerandi Masden Civis honorati Barcinonæ, in præfenti causa actricem.

19 Constat ex instrumento recepto in die 12. Augusti 1619. penès Michaellem Mascort Not. pub. Gerunda, Hieronymum Portas, & Michaellem Seguera, & Portas ejus uxorem, & Antonium Portas illius filium & Mariannam Portas, & Sunyer ejus uxorem, vendidisse instrumento gratiæ redimendi, mediante Nobili Salvatori Fontanet Regenti in Supremo Aragonum Consilio, uti administratori hereditatis, & honorum Jacobi Lledò Mercatori Gerunda, durante minori atate Josephi Lledò ejus filii & hæredis, totum mansum, sive hereditatem dictam den Portas, sitam in Castro de Virginibus in dicta villa Turricellæ de Montegrino pretio his mille librarum sub evictionis promissione & obligationibus, & clausulis ibi latius contentis quibus refertur.

20 Constat dictum Hieronymum Portas decessisse & ex instrumento recepto die 30. Octobris 1621. penès dictum Mascort, dictam Michaellem Seguera, & Portas viduam dicti Hieronymi Portas, Antonium Portas illius filium, & Marianam Seguera, & Portas ejus uxorem, vendidisse dicto Nobili de Fontanet uti administratori prædicto jus, & facultatem luendi, & redimendi dictum mansum, sive hereditatem, & domum, dictam den Portas, pretio 1100 ₰, de cujus solutione constat sub obligationibus, & clausulis ibi latius contentis.

21 Constat dictum Josephum Lledò decessisse illique universaliter successisse per mediam personam Emanuelis Guiamet Civis honorati Barcinone, Michaellem Ferràn Civem honoratum Barcinone, & Geltrudim Ferràn ejus uxorem.

22 Constat dictum Michaellem Ferràn obiisse, ejusque universalem hereditatem, & bona, & signanter dictum mansum Portas, tenere nunc, & possidere dictam Geltrudim Ferràn viduam, & Josephum Conill Presbyterum, & Beneficiatum Sanctæ Mariæ de Mari presentis Civitatis, Gabriellem Amargòs, Franciscum Reverter Cives honoratos Barcinone, & alios uti tutores, & curatores filia sua Mariæ Ferràn.

23 Constat petatum fuisse pro parte dictæ Ciciliæ Solà, & Masdeu suprascriptam Geltrudim Ferràn, & suprascriptos tutores, & curatores pupillæ Mariæ Ferràn condemnari ad illi dandum, & solvendum 1668 ₧ monetæ argenti, pro pensionibus decursis, & solvi cessatis ex predicto censuali, & pensiones à cætero decurrendas, una cum expensis, aut ad deserendam vacuam, & expeditam possessionem dictæ domus, hereditatis, seu mansi den Portas, terrarum, honorum, & possessionum illius.

24 Et licet sit præsumptum pro parte dictæ Geltrudis Ferràn viduæ, & suprascriptorum tutorum, & curatorum ipsos non teneri ad præstationem, & solutionem dictarum pensionum ex defectu juris, & actionis dictæ Ciciliæ Masdeu, & Solà, eo quia tempore quo specialis obligatio mansi Portas fuit facta Sigismundo Solà, prænditur dictum mansum Portas non fuisse proprium dicti Hieronymi Portas obligantis, eoque ante in capitulis matrimonialibus factis, & firmatis die 15. Februarii 1614. penès Bernardum Guillo Not. pub. villa Turricella de Montegrino. Constat suprascriptos conjuges Hieronymum Portas, Michaellem Portas, & Seguera fecisse donationem universalem omnium bonorum suorum in favorem filii sui Antonii Portas, unde prænditur pro parte dictæ Ferràn & tutorum, & curatorum filia sua Mariæ Ferràn hanc donationem fuisse anteriorem creationi suprascripti censuali facti die 21. Januarii 1617.

25 Cæterum attento constat suprascriptum censuale fuisse creatum per dictum Hieronymum Portas nomine suo proprio causa ejusdem debitorii facti, & firmati per ipsum instrumento recepto die 20. Novembris 1608. penès dictum Mascort, suprascripto Sigismundo Solà absque derogatione priorum obligationum, unde liquet anteriorem fuisse obligationem dicti Solà in suprascripto censuali, quam donationem factam dicto Antonio Portas, & ultra constat sententia lata die 14. Novembris 1631. per Magnificum Raymundum Rubi, & de Marimon Regium Senatorem fuisse pronunciatum, sententiatum, & declaratum validam fuisse obligationem dicti

dicti censualis venditi dicto Sigismundo Solà, virtute reservationis facta per dictum Hieronymum Portas quantitatis bis mille librarum in dictis capitulis matrimonialibus reservatarum in sui favorem ad testandum, & ad suas voluntates libere faciendum, ex quibus omnibus liquet dictam Geltrudim Ferràn viduam, & supradictos tutores, & curatores filiae suae Mariae Ferràn esse obstrictos ad praestationem pensionum dicti censualis dictae Ciciliae Solà, & Masdeu.

26 His igitur, & alii meritis processus attentis, & aliàs sua Excellentia insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, pronunciat, sententiat, & declarat, & dictam Geltrudim Ferràn viduam, & supradictos Josephum Conill Presbyterum, Gabriellem Amargòs, Franciscum Reverter, & alios uti tutores, & curatores pupillae Mariae Ferràn, & de bonis dictae tutela, & curae condemnat simul, & insolidum, ita quod uno solvente, alteri liberentur ad dandum, & solvendum dictae Ciciliae Solà, & Masdeu viduae dictas 1668 ₧ monetae argenti pro pensionibus decursis, & solvi cessatis ex praedicto censuali, & pensiones à cetero decurrendas, una cum expensis, aut ad deferendam vacuum, & expeditam possessionem dictae domus, hereditatis, seu mansi den Portas, terrarum, honorum, & possessionum illius.

27 Quo verò ad evictionem petitam pro parte dictae Geltrudis Ferràn viduae, & dictorum tutorum, & curatorum pupillae Mariae Ferràn, adversus, & contra Mariannam Portas, & Bagur uxorem Michaelis Portas, & Bagur agricolae dictae villae Turricellae de Montegrino, & Mariam Portas, & Bagur dictorum conjugum filiam, uxorem nunc Joannis Ribas, & Portas dictae villae, uti tenentes, & possidentes universalem hereditatem, & bona quae fuerunt dicti Antonii Portas, Michaelis Seguera, & Portas, & Mariae Sunyer, & Portas, & etiam adversus, & contra Franciscum Marti, uti heredem universalem Antonii Marti mercatoris Gerundae, & contra Nicolaum Juglar, uti heredem Catharinae Juglar agricolae Turricellae, & contra N. Verdalet uti successorem universalem Petri Marti Xaregay, & denique contra Paulinum, & Joannem Cerralta, uti successores universales Antonii Camps, & Cenou, & Josephi Cenou. Attento non constat eo modo quo deberet, de intentione supradictae Geltrudis Ferràn, & dictorum tutorum, & curatorum pupillae Mariae Ferràn.

28 His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs sua Excellentia eandem insequendo conclusionem, pronunciat, sententiat, & declarat, & jus si quod competit dictae Geltrudi Ferràn viduae, & dictis tutoribus, & curatoribus pupillae Mariae Ferràn sit illis salvum in alio iudicio,



*dicio, & pro bistractis sua Excellentia solitam executionem fieri mandat.*  
Vt. de Ribera.

*Lata per Reverendum Cancellarium, & per me Franciscum Delfau lecta, & publicata die 31. Martii 1672. Barcinone, instante Isidro Bosch Not. Causid. nomine quo presentibus pro testibus Antonio Reart domicilio, & Bartholomæo Costany scriptore Barcinone.*

29 Quæ Regia sententia transacta fuit in rem judicatam, quod maximè animadvertendum est, ne pars adversa de Masdeu, & Solà amplius asserat hanc Nobilem partem posse has, & similes deductiones allegare in causa supplicationis à dicta Regia sententia, & non in meritis præsentis iudicii, quia à dicta Regia sententia non pendet causa supplicationis, imò ut dictum est fecit Regia sententia lata per Nob. de Ribera transitum in rem judicatam.

30 Transacta in iudicatum Regia sententia, petiit pars alia expensarum taxationis provisionem, & pendente taxatione expensarum hæc Nob. pars supplicatione oblata 10. Junii 1672. petiit, & imploravit restitutionem in integrum duplici ratione. Prima, quia non fuit huic Nob. parti concessum tempus, nec datus locus ad expediendas litteras citatorias ad continuandam causam adversus successores litigantium, mortuorum litte pendente ratione evictionis, imò ratione dictæ evictionis reservavit jus Regia sententia huic parti in alio iudicio. Secunda, quia denunciato processu non potest augeri petitio, nec aliquid novi addi etiam in terminis pensionis censualium, & sic cum ante primam denunciationem processus factam 27. Januarii 1638. quæ est in processu fol. 83. in tela, solum petita extitissent 366 ₰ absque qualitate monetæ argenteæ, non poterat hæc Nob. pars cum dicta Regia sententia condemnari ad solvendum pro pensionibus decursis 1668 ₰ monetæ argenti, & ad solvendum pensiones à cætero decurrendas.

31 Qua supplicatione non obstante, die 15. Junii 1672. fuit facta provisio taxationis expensarum scripta manu scribæ causæ, & subscripta per Nob. de Ribera.

32 A provisione taxationis expensarum fuit supplicatum contrario imperio, & in forma, & sententia provisionali lata 2. Martii 1673. per Magnificum Joannem Colomer facto verbo, quæ legitur fol. 575. retro, fuit confirmata dicta provisio taxationis expensarum facta per Nob. de Ribera, cum hoc moderamine, ibi: *Hoc intellectu, & declarato, quod ex prima partita expensarum memorialis*

taxatarum cum dicta Regia provisione detrahantur 36 ₧ 15 ₶ 9. den. & ex secunda partita detrahantur 15 ₧ 7 ₶, & 6. den. & ex tertia partita detrahantur 9 ₧ 4 ₶ monetae Barcinone, quae iuncta summam capiunt 64 ₧ 7 ₶ 3. dicta moneta, salvo errore, eo quod dicta Maria Josepha Ferràn, & pro ea tutores, & curatores illius non fuerint in mora cum sex pensiones cessæ censuales, de quo agitur in præsentis causa, & à cæteris debende per dictam Ceciliam Solà, & Masdeu post denunciationem processus fuerint petita, neutram partem in expensis condemnando, sed pro bistractis sua Excellentia solitam executionem fieri mandat.

*Vt. Colomer.*

33 Taxatis expensis, petiit pars alia de Masdeu decretum executionis Regiæ sententiæ, & provisionis taxationis expensarum transactarum in rem iudicatam, & in meritis dicti decreti executionis, schedula oblata 28. April. 1673. deduxit hæc Nob. pars, quod non solum sex pensiones petita extiterant post denunciationem processus a parte adversa, verum & etiam 34. pensiones, videlicet pensiones omnes decursæ à die 27. Januarii 1638. in qua die extiterat legitime denunciatus præsens processus, petendo restitutionem in integrum adversus errorem calculi.

34 Quibus non obstantibus, 27. Junii 1673. fuit provisum decretum executionis adversus dictos tutores, scriptum manu scribæ causæ, & subscriptum per Nob. de Ribera, ut est videre fol. 231. in tela.

35 A provisione decreti executionis fuit supplicatum contrario imperio, & in forma, & sententia provisionali lata per Magnificum Josephum Aleny die 25. Septemb. 1673. fuit confirmata provisio decreti executionis, ut est videre fol. 585. ret.

36 Ille est progressus, & hic erat status præsentis causæ, in quo statu, & progressu tutores, & curatores Nob. Mariæ Josephæ Potau, & Ferràn, supplicatione oblata 22. Februarii 1674. medio beneficio restitut. in integr. se opposuerunt, & formiter cum omnibus clausulis salutaribus petierunt beneficium restit. in integr. sibi concedi adversus dictam Regiam sententiam, & petierunt quod nullatenus erat locus executioni dictæ Regiæ sententiæ in rem iudicatam transactæ; imò erat concedendum dictum beneficium restitutionis in integrum. Cui supplicationi fuit facta provisio sequens.

37 Recepta dicto die, & anno concedit tempus Constitut. ad effectum petitum, & mandetur ut petitur. Intimetur.

*De Ribera.*

Hanc

38 Hanc restitutionem in integrum imploratam adversus Regiam sententiam in rem judicatam transactam, & executionem illius, tot tantisque deductionibus noviter oppositis, allegatis, & probatis stabilivit, confortavit, & confirmavit hæc Nob. pars ut prætenferit dictam Regiam sententiam in rem judicatam transactam, non solum beneficio restit. in integrum adversus eam implorato, non posse executioni mandari, verum etiam tamquam vitio nullitatis laborantem esse in illius executione supersedendum, & nullatenus esse locum extractioni executorialium, imò verò esse dictam Regiam sententiam in melius commutandam, seu revocandam, curialiter loquendo, ac debita cum reverentia, & salva semper tanti Senatus censura, quam protestationem repetit, & repetitam habere intendit hæc Nob. pars, in toto hoc juris discursu, & in aliis forsan elaborandis.

Quæ sanè deductiones in factò allegatæ leguntur in processu à fol. 232. in tela, usque ad finem, & à fol. 590. retro.

39 Circa quod beneficium restit. in integrum imploratum, & nullitates oppositas ad supersedendum in executione Regiæ sententiæ Nob. de Ribera, & revocandam Regiam sententiam illius, extitit inter partes tutorum, & curatorum hujus Nob. pupillæ ex una, & Cæciliam Masdeu, & Solà ex alia, suscitatum altercatum, quòd declaratum extitit per Nob. de Ribera die 4. Martii 1677. Quæ provisio legitur in processu fol. 306. in tela, his verbis.

40 Die 4. Martii 1677. viso præsentis processu, & partium altercato, an sit procedendum ad ulteriora in executione, prout procedi extitit petitum pro parte Ciciliæ Masdeu, & Solà viduæ, cui prætensionem extitit contradicendum pro parte Nobilium conjugum Christophori de Potau, & Josephæ Potau, Ferràn, & Lledò. Visis articulis, schedulis, & deductionibus per partes respectivè oblatis, & omnibus aliis videndis visis meritis processus attentis, & aliàs providet, quòd precedatur, prout cum præsentis procedi mandat ad ulteriora in executione, non obstantibus in contrarium deductis, articulo expensarum reservato, bistracta exequantur. Intimetur.

De Ribera.

41 A qua provisione extitit contrario imperio, & in forma respectivè supplicatum per tutores, & curatores hujus Nob. pupillæ, & commissa causa supplicationis in forma Magnifico Raphaeli Nabona Regio Consiliario, coram quo pendet nunc indecisa dicta supplicationis causa.

Et hæc sufficiant de initio, & progressu præsentis litis; hicque est status præsentis causæ.

## ARTICULUS II.

PRÆTENSIO TUTORUM, ET CURATORUM NOBILIS pupillæ Domnæ Mariæ Josephæ Potau, Ferràn, & Lledò, refertur, duo præcipua dubia pro resolutione illius discutienda proponuntur, & notabilia quæque in materia restitutionis in integrum implorata, & exceptionis nullitatis oppositæ contra Regias sententias, supponuntur.

42. **N**unc ergo tutores, & curatores hujus Nobilis pupillæ in præsentî causa supplicationis in forma à Regia provisione factæ 4. Martii 1677. vertente coram Magnifico Raphaelle Nabona Regio Consiliario meritissimo, prætendunt, Regiam provisionem à qua revocandam, seu in melius commutandam esse, supersedendumque esse in executione instata Regiæ sententiæ in præsentî causa lata 31. Martii 1672. referente Nobili de Ribera, in rem judicatam transactæ, dictamque Regiam sententiam retrahendam, revocandamque fore, aut in melius commutandam, tam beneficio restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis implorato adversus dictam Regiam sententiam in judicatum transactam; quàm ex causis, motivis, & rationibus inferius deducendis in jure, & in facto in processu deductis pro obtinenda in implorata restitutione in integrum, & alias.

43. Circa quam prætensionem Nobilis pupillæ, & restitutionem in integrum ex capite minoris ætatis imploratam adversus Regiam sententiam sub die, & à die 22. Februarii 1674. fol. 232. in tela. Duo tantum principaliora dubia discutienda proponuntur per adversantem de Masdeu, & Solà in suo juris discursu typis mandato. Primum dubium est, utrum ex quo dicta restitutio in integrum fuerit aliàs petita in causa valeat iterum implorari, & de illius meritis cognosci. Secundum dubium est, utrum ex causis, & rationibus per Nob. pupillam de Potau, & Ferràn allegatis concedenda veniat implorata restitutio, & supersedendum sit in executione Regiæ sententiæ, & ad ulteriora in executione procedendum non sit.

44. Sed antequam fundamenta juridica, urgentissimæ rationes, & insolubilia argumenta, quibus hujus Nobilis pupillæ intentio, & implorata restitutio in integrum nititur, publicè manifestentur, & duo proximè tradita dubia, in hujus partis favorem resolvantur, præsupponenda sunt tanquam certa, sequentia juris dogmata.

45 Suppono primo, minoribus viginti quinque annis de jure indulgeri beneficium restitutionis in integrum, adversus Regiam sententiam in rem judicatam transactam, & adversus decretum executionis dictæ Regiæ sententiæ provisum, *tot. tit. Cod. adversus rem judicatam, cap. suscitata de restit. in integrum, l. si causa cognita, Cod. de transact. DD. ad dictas leges*, doctissimus dominus Regens Matheu *de regim. Reg. Valen. cap. 12. §. 6. num. 8. Fontanella decis. 113. ad decis. 117. & passim Ripoll ad Peguer. rubr. 29. num. 93.* in quibus non immoror.

46 Suppono secundo, per beneficium restitutionis in integrum imploratum à minoribus viginti quinque annis, adversus Regiam sententiam in judicatum transactam, suspendi illius executionem, *cap. suscitata de restit. in integrum, l. si causa cognita, l. unica si in integrum restitutio. postuletur ne quid novi fiat, Mynsinger. obser. 47. cent. 1. & obser. 80. cent. 6. Sforzia Oddus de restit. in integr. quæst. 43. n. 2. Covarruvias practica quæst. cap. 25. num. 7. Joannes ab Ecclesia observat. forens. obser. 174. num. 1. cum sequent. Thesaurus decis. 181. num. 4. ita observante innumeris exemplaribus Senatu Cathalonix per Font. à decis. 113. ad decis. 117. præcipuè decis. 114. num. 12. & decis. 115. num. 3. doctissimus Reg. Don. Laurentius Matheu & Sanz de regimin. Regni Valen. cap. 12. §. 6. num. 17. & 20. Ripoll ad Peguer. rub. 29. n. 93. maximè si calumniosè non petatur, idem Matheu num. 18. innumeris relatis, ea de ratione, quia restitutione pendente nihil est innovandum, *l. unica, Cod. si integrum restitutio postuletur, ne quid novi fiat, Franchis decis. 86. num. penult. Michael Ferrer, & cæteri congesti per Fontanel, de pact. claus. 4. glos. 18. par. 1. num. 102. & à decis. 113. & 117. præcipuè decis. 114. num. 12. Cancer variar. cap. 2. num. 243. dominus Regens Matheu ubi supra num. 17. Ripoll ad Peguer. rub. 29. num. 93.**

47 Suppono tertio, restitutionem in integrum minoribus 25. annis adversus sententiam Reg. in judicatum transactam concedi, & executionem judicati suspendere, etiam post provisum, & confirmatum executionis decretum re adhuc integra, & executione non cœpta, ut cum decisionibus Reg. Senat. statuit Fontanel. *decis. 115. num. 3. & decis. 116. num. 6. Reg. Matheu ubi supra num. 23.*

48 Suppono quarto, restitutionem in integrum à minoribus 25. annis imploratam adversus Regiam sententiam in judicatum transactam, non solum impedire, & retardare executionem Regiæ sententiæ, si probationes læsionis offerantur incontinenti, ve-

rum etiam si restitutio requirat altiorem indaginem. Rippa in l. 4. §. *condemnatum*, ff. de re judicat. num. 30. Benint decis. 185. num. 16. Paris. conf. 100. num. 81. lib. 1. Capyc. decis. 53. num. 1. Minsynger. *observ.* 80. num. 3. Lancellot. de attentat. cap. 18. num. 19. Magister restituit. Oddus de restitut. *quest.* 43. num. 18. qui num. 63. affirmat hanc sententiam communiter esse receptam, Menoch. de interdēt. adipiscendi. *remed.* 4. num. 911. Caldas Pereyra in l. si curatorem, verb. per quod, num. 19. & 22. Joannes ab Ecclesia *obser.* 174. num. 2. aurea sunt nostri Fontanel. verba decis. 117. num. 12. ibi: *Quod autem in his restitutionibus, de quibus agimus plenissimè soleant negotia iterum examinari, post primam sententiam dubium non est, cum dentur novi termini ad probandum, & exactè partes audiantur, prout possent in quocumque judicio plenario, ut experimur quotidie.* Hæc Fontanel. nostre.

49 Suppono quinto tanquam certissimum, restitutionem in integrum adversus Reg. sententiam in judicatum transactam à minoribus imploratam, esse speciem appellationis, vel supplicationis à sententia quo ad effectum, l. *Præses* 42. de minorib. l. si causa cognita 32. Cod. de transact. Carleval. de judiciis, lib. 1. tit. 3. disp. 16. num. 41. Excellentissimus Crespi *obser.* 9. num. 61. dominus Regens Matheu ubi supra num. 28. multis citatis Fontanel. decis. 115. num. 7. & decis. 269. à num. 5.

50 Suppono sexto, minorem 25. annis pupillum, aut infantem restitutum adversus sententiam in judicatum transactam posse opponere exceptiones dilatorias antecederent omiffas, & non oppositas, aut non rectè oppositas, Caldas Pereyra ad l. si curatorem, verb. per quod *priscum*, num. 46. ver. 7. multis Doctoribus citatis; maximè si omiffio exceptionis dilatoriæ non oppositæ notabile damnum adfert minori, quia respiceret merita causæ, ut cum decisione Senat. multis citatis observat Ripoll ad Peguer. *rub.* 9. num. 50. & 51. est aurea Cancerii doctrina *var.* 3. cap. 18. num. 83. & 84.

51 Suppono septimo, minorem 25. annis post sententiam, vel restitutum in integrum adversus sententiam posse opponere exceptiones peremptorias non oppositas, aut non rectè oppositas medio beneficio restitutionis in integrum, est text. expressus qui cavillari non potest in l. *peremptoria* 2. Cod. sententiam rescindi non posse, & ibi *glos.* & Paulus de Castro, his verbis: *Exceptio peremptoria potest opponi, & probari usque ad sententiam diffinitivam postea non, nisi lata sit contra minorem, vel alium qui mereatur restitutionem in integrum, quia tunc competit restitutio in integrum contra sententiam, est etiam text. expres-*

expressus in *l. 1. & ibi Bald. & Salicet. & glos. Cod. de juris, & facti ignorantia*, Carleval. *de judit. lib. 1. tit. 3. disput. 17. num. 7.* Prædictorum omnium ratio evidens est, nam cum restitutio in integrum adversus sententiam sit species appellationis, vel supplicationis quo ad effectum, ut supra dictum est, hinc fit ut quemadmodum exceptiones, quæ poterant opponi in prima instantia, valent opponi in causa appellationis, vel supplicationis, Scaccia *de appellat. par 11. num. 45.* & quemadmodum in causa appellationis, vel supplicationis plenissime justitia partium, & merita primæ instantiæ plenissime examinantur, & revidentur Ripoll *ad Peguer. rubr. 26. à num. 1. & rubr. 22. à num. 1.* ita similiter minor 25. annis restitutus adversus sententiam in judicatum transactam, poterit opponere omnes exceptiones dilatorias, & peremptorias non oppositas, aut non rectè oppositas; & simul merita primæ instantiæ, & alia quælibet deducta exactissime examinabuntur.

52 Suppono octavo, restitutionem in integrum à minoribus 25. annis imploratam adversus sententiam transactam in judicatum, duplicem habere inspectionem. Prima est, respectu admitendi minorem, seu pupillum ad ipsam restitutionem, & causam illius justificandi, & ex consequenti interim in executione supersedendi. Secunda, respectu declarationis faciendæ super meritis ipsius restitutionis, postquam fuit admessa illius causa, ad effectum retractandi sententiam, & reportandi totalem victoriam. In primo casu, seu inspectione, hoc est respectu admittendi minorem ad ipsam restitutionem, causam restitutionis justificandi, & interim in executione supersedendi, sufficit summaria, seu præsumpta, aut colorata probatio, & solus justitiæ fumus; In secundo verò casu, & inspectione, ad effectum retractandi sententiam, aut totalem victoriam reportandi, plena requiritur probatio justitiæ non secus, atqui in aliis remediis, in quibus agitur de sententiis retractandis, aut in melius commutandis, ut cum Statil. Pacific. *de Salvian. interdict. inspect. 4. cap. 3. num. 53. cum seqq.* Oliver. Beltram. *in addit. & decis. Ludovis. 459. num. 11.* testatur Fontanel. *decis. 114. à num. 5.* Ripoll. *ad Peguer. rubr. 29. num. 94.* Regens Matheu *de regim. Reg. Valen. cap. 12. §. 6. num. 36.* Giurb. *decis. 33. num. 6.* Gratian. *discepta. foren. cap. 449. num. 44.* Cyarlin. *lib. 2. controver. cap. 134. num. 10.* postquæ noster practicus Fontanel. *in dicta decis. 114. num. 9.* in hæc prorumpit verba: *Ad quod obsecro, attendant qui causas judicant, ne ita facilliter, sicut vidi, audientiam in restitutionibus denegent, considerantes*

ad eam non necessarium constare plenè de injustitia, cum quo motivo infinita fermè restitutiones à principio fuerunt repulsæ sine probationibus, concedendo executionem, dictis restitutionibus non obstantibus, sed sufficere quamlibet, coloratam causam, immò solum fumum, ut vidistis.

53 Quibus certissimis juris principii suppositis in ordine ad restitutionem in integrum ex capite minoris ætatis adversus Regiam sententiam in judicatum transactam, implorata. Est etiã supponendum, exceptionem nullitatis sententiæ impedire executionem illius, adeò ut restitutio in integrum adversus sententiam necessaria non sit, si ipso jure sententia annullatur, *l. cum circa 4. & ult. Cod. si minor se majorem dixerit*, & ibi DD. omnes Barbofa in collect. ad *Cod. ibidem num. 1. & 2. Sforcia Oddus de restitut. in integr. q. 17. num. 70. per text. in l. penul. Cod. si advers. rem judicat.*

54 Et sic pendente cognitione super nullitate sententiæ desistendum interim esse ab executione illius, Bart. & DD. in *l. 4. §. condemnatum de re judicat. Surd. conf. 99. num. 17. Pareja de instrum. edit. tit. 6. resolut. 7. num. 88.* qui omnes affirmant nullitatis exceptionem impedire sententiæ executionem. DD. in *l. divo pio in princ. de re judicat. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibend. Pareja ubi sup. num. 88. Roland. vol. 1. conf. 37. num. 14.* cujus conclusionis ratio est, quia sententia quæ nulla est, non est exequenda, *l. si cum nulla de re judicata, l. 4. §. condemnatum eod. glos. in l. 2. Cod. de edict. Div. Adrian. tollend. Bart. in l. 1. Cod. de execut. rei judic. Marant. in prax. part. 6. §. fin. num. 3. Pareja ubi sup. num. 89.* cum sententia nulla, nec possit dici, nec appellari sententia, nec sententiæ nomen mereatur, ut præter DD. in *d. l. 4. §. condemnatum de re judic. expressè probat text. in l. Divus de milit. testam. Bart. Philip. Corn. & Surd. citati per Parejam ubi sup. num. 87.*

55 Et non solum nullitas notoria, quæ illa dicitur, quæ ex actis constat, & oculis corporeis cerni potest, cui nullitati æquiparatur notoria injustitia impedit executionem sententiæ, sed etiam executionem impedit nullitas, quæ notoria non est, si pars patiatur fieri super eam probationes, sintque jam in processu probationes factæ, & inserte, ut hæc omnia multis citatis docet Ripoll ad Peguer. in praxi rubr. 28. num. 12. 14. 15. & 16. vel si nullitas provenit ex defectu jurisdictionis Ripoll ubi sup. num. 11. cum nostris practi-  
cis. Et omnia hæc in nostro processu concurrere extra aleam est,

56 Tertio supponendum est, remedia nullitatis, & restitutionis in integrum adversus Regiam sententiam posse simul cumulari, &



concurrere, cap. *constitutus de in integr. restit.* Bart. in l. *si expressim de appellat. num. 9.* Guid. Pap. q. 143. Mynling. *obser. 25. cent. 2.* Joannes ab Ecclef. *obser. foren. obser. 172. num. 13.*

## ARTICULUS III.

*RESTITUTIO IN INTEGRUM EX CAPITE minoris ætatis per hanc Nobilem pupillam implorata à die 22. Februarii anni 1674. adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera admit- tenda, & concedenda est, & de illius meritis debet cognosci, ac sic satisfit primo dubio adversantis de Masdeu & Solà.*

57 **S**uppositis his solidissimis principiis, & rudimentis juris, tam circa materiam restitutionis in integrum, ex capite minoris ætatis imploratam, quam circa exceptionem nullitatum ipso jure oppositam adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera in judicatum transactam, tempus est, ut primum dubium, seu difficultatem ab adversante de Masdeu & Solà oppositam, dissolvamus, & infringamus.

58 Primum ergo dubium, & difficultas adversantis opposita adversus restitutionem ab hac Nobili pupilla imploratam à die 22. Februarii 1674. est: restitutionem in integrum adversus Regiam sententiam fuisse, aliàs petitam à tutoribus, & curatoribus hujus Nobilis pupillæ, ante provisionem taxationis expensarum decreti executionis, & confirmationem illarum, & denegatam, ac rejectam extitisse in dictis Regiis provisionibus per clausulam, non obstantibus in contrarium deductis; restitutio autem semel denegata, & rejecta non potest amplius implorari concedi, aut de meritis illius cognosci, Odd. *de rest. p. 1. quest. 16. art. 1. num. 3.* Flores de Mena ad Gam. *decis. 110. num. 7.* Fontanel. *decis. 105. num. 12. 18. & 23.* ut apparet à num. 8. ad 12. sui Juris discursus.

59 Quo dubio, & difficultate, minimè obstante resolvendum est, restitutionem in integrum, ex capite minoris ætatis adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera, ab hac Nobili pupilla imploratam à die 22. Februarii 1674. fol. 232. necessario admittendam esse, de allis meritis cognosci debere; imò extra terminos hujus difficultatis, & dubii nos versari, ut ex sequentibus, tam de jure, quàm de facto deducendis luce meridiana clarius aparebit.

60 Primo, quia licet regulariter restitutio aliàs petita, & semel denegata, seu rejecta à judice, amplius non concedatur, ut ex Oddo, Flores de Mena ad Gamm. & Fontan. firmat adversans; tamen id tantum locum habere dicitur, quando petita restitutio, fuit expresse rejecta, & denegata à Judice, secus verò, quando restitutio petita, expresse denegata, & rejecta non fuit, licet concessa non sit, Joan. Andr. *in cap. final. de restit. in integr. coll. 3. vers. 2.* Ancharr. *num. 5.* Cordin. *quæst. 2.* Bellamer. *num. 26.* Barbol. *in collect. ad l. 1. Cod. si sæpius restit. in integr. postul. num. 3.* idem magnus Sfortia Oddus ab adversante allegatus, *par. 1. q. 16. art. 1. num. 8.* ibi: *Limitatur autem primo, ut procedat quando expresse denegata fuit restitutio, secus verò si non denegata, licet concessa non fuerit.*

61 Nos autem in hujus limitationis terminis propriissimè verifamur, nam quantumvis adversa prætendat tutores, & curatores Nobilis pupillæ, ante provisionem taxationis expensarum, & confirmationis illius, & ante provisionem decreti executionis petiisse restitutionem in integrum adversus Regiam sententiam in judicatum transactam; attamen in dictis provisionibus taxationis expensarum decreti executionis, & confirmatione illarum, non fuit expresse denegata, seu rejecta restitutio implorata; sed tantum non concessa, cum nulla mentio facta sit in dictis Regiis provisionibus, de dicta restitutione in integrum, & hoc adeo verum est, ut nec datus fuerit terminus duorum mensium ad probandum præfixus à Const. *unio. tit. de rest. in integr.* restitutionem in integrum implorantibus adversus Regias sententias, Fontanel. *decis. 116. num. 5.* non obstante, quod concessio hujus termini in arbitrio solius Judicis resideat, Giurba *decis. 18. num. 13. vers. Respondeo 2. & decis. 33.* Fontanel. *decis. 114. num. 10.* & non obstante, quod ad admittendam restitutionem, sola summaria præsumpta, seu colorata probatio sufficiat, & solus justitiæ fumus, Fontanel. *decis. 114. num. 6. & 8.* quem rogo legas, quæ omnia evidentissimè liquent ex meritis, & actitatis in processu à die lata Regiæ sententiæ, usque ad dictas provisiones, & ex dictismet provisionibus est videre, imò verò dictæ provisionis taxationis expensarum, & decreti executionis, non obstante petita restitutione, fuerunt scriptæ manu Notarii, & subscriptæ tantum manu Nobilis Relatoris, quod raro in Senatu contingit, nisi quoties nulla est partium contrarietas.

62 Rursus, restitutio in integrum adversus Regiam sententiam à minore implorata, duas potissimas habet partes; Primam, respectu

pectu admittendi minorem ad restitutionem, & ad illam justificandam, & ex consequenti supersedendum in executione, quæ in arbitrio solius Judicis residet, & nusquam denegatur nisi evidentissime de calumnia liqueat, solusque fumus justitiæ sufficiat. Secundam, respectu declarationis faciendæ super meritis ipsius restitutionis, postquam fuit admissa illius causa, ad effectum retractandi, vel confirmandi Regiam sententiam, adversus, quam restitutio imploratur, ut supra firmavimus *num. 51. & 52.* Ad qui ante provisionem taxationis expensarum decreti executionis, & confirmationem illarum neutrum horum fuit factum, nec discussum; igitur non potest dici, restitutionem petitam, fuisse expressè rejectam, & denegatam; sed tantum non fuisse concessam, & admissam, tunc enim diceretur rejecta, & denegata, quando discussis, & gustatis restitutionis meritis confirmaretur Regia sententia, constituto quod restitutio, calumniosè, & malitiosè implorabatur.

63 Ergo restitutio implorata à die 22. Februarii 1674. per hanc Nobilem pupillam, admittenda necessario est, & de illius meritis debet cognosci.

64 Secundo, quia tritissimum principium est in jure, quod, restitutio in integrum, aliàs petita, licet expressè denegata fuerit, nihilominus, peti, & concedi potest ex nova causa, expressi sunt textus in *l. 2. & final, Cod. si sæpius restit. in integrum postul.* ibi: *Quamquam curatores pupille dicti sunt, cum in integrum restitui pupillam desiderabant; cum tamen novis defensionibus causam, instrui posse dicas, &c.* Et ibi: *In una eademque causa iteratum in integrum restitutionis auxilium non jure, nisi novæ defensiones prætendantur possi, sepè rescriptum est.* Colligunt ex ordine DD. Bartol. Bald. Salicet. Castrenf. Aloysius Leo, Petrus de Bellam. per Joan. de Sancto Gregor. Casal. in annot. Ximenez in concordant. Barbosa in *collect. ad Cod. ad dd. leges, l. final. Cod. si minor. se major. dixerit.* & ibi præcitati DD. Federic. de Senis *conf. 285. coll. 4. textus etiam expressus in cap. final. de restit. in integr.* & ibi Canonistæ omnes Sforzia Odd. *par. 1. quæst. 16. art. 5. num. 28. cum seqq. Gamma decis. Lusitan. 110. num. 7. Fontanel. decis. 105. num. 14. & 25.*

65 Quæ conclusio ampliatur, ut prætextu novæ causæ possit etiam bis, & ter peti, etiam si bis, & ter denegata fuerit, Alberic. in *l. 1. num. 1. Cod. si sæpè restit. in integr. postul. & in rubr. Cod. si advers. rem judic.* in nostris terminis Oddus de *restitut. par. 1. q. 16. art. 5. n. 24. Gamma decis. 110. n. 7. Barbof. in collectan. ad l. 2. Cod. si sæpè restit. in integr. postuletur.*

66 Nova autem causa intelligitur tam illa quæ de novo omnino emerfit, quam ea quæ aderat quidem, sed iudici allegata non fuerat ad restitutionem obtinendam, ut ex communi sententia docet glos. in l. fin. Cod. si sæpè restit. in integrum, & ibi repetentes omnes citati, & sequuti per Oddum de restit. in integr. p. 1. q. 16. art. 6. num. 26. 29. & 30. Peregrin. decis. 252. Pereyra in l. si curatorem, verbo implorandum, num. 35. Barbos. in collect. ad l. fin. Cod. si sæpè restit. in integr. postul. num. 5. Et etiam illa dicitur nova causa, quæ allegata fuerat, & non probata, namque idem est non allegare, ac allegatam non probare, Oddus d. quæst. 16. art. 7. num. 31. & ideo nova etiam causa dicitur, si noviter probatur ætas minoris, quæ antea probata non extiterat, ut tamquam ex nova causa restitutio concedatur, unus pro omnibus Fontanel. decis. 105. num. 25. multis citatis Barbos. in collectan. Cod. ad l. si sæpè in integr. restit. postul. num. 4. in fine.

67 Quæ omnia de facto concurrunt in præsentī causa, etenim restitutio in integrum per Nobilem pupillam implorata supplicatione 22. Februarii 1674. fol. 394. in tela (de qua restitutione est quæstio in præsentī) fundatur principalitèr in nullitate Regiæ sententiæ tamquam oppositæ alteri Regiæ sententiæ in rem iudicatam transfactæ, quæ quidem causa, & defectus numquam allegatus fuerat post Regiam sententiam Nob. de Ribera, ad effectum implorandi restitutionem in integrum, ut ex actitatis processus post Regiam sententiam apparet.

68 Præterea allegantur aliæ novæ causæ ad obtinendam restitutionem, quæ hypothecam prætensam in manso Portas solvunt, & hypothecariam actionem perimunt, & extinguunt, ratione cuius hypothecæ hæc Nob. pars extiterat condemnata, ut ex allegatis, & deductis in processu à die 22. Februarii 1674. hucusque manifestè demonstratur.

69 Fuerunt quoque exhibita diversa instrumenta, & signanter capitula matrimonialia inter Antonium Portas, & Mariannam Portas, & Sunyer, schedula oblata 27. Februarii 1674. fol. 235. in tela, quæ in processu leguntur fol. 596. retro. Etcusque exhibita, inserta, seu consuta non fuerant. Quin officiat mentionem de illis habuisse Regiam sententiam in clausula: *Et licet*. Quia illorum meminit, quia partes in schedulis, articulis, & signanter in 4. fol. 205. in tela de dictis capitulis matrimonialibus specificè loquutæ fuerant: Et hoc unum est, quod dicta capitula in processu non legēbantur

bantur ante productionem factam per hanc Nob. partem, quidquid reclamet adversans, ut manifestè comprobatur ex fol. 568. retro, ubi inveniuntur computa, & rationes expensarum factarum usque ad diem latæ Regiæ sententiæ.

70 Præterea consuta noviter fuere in processu instrumenta, quæ leguntur fol. 442. & fol. 448. 460. in tela. Item, plica testium à fol. 627. ad 650. retro. Aliud instrumenta fol. 654. retro. Et quæ de novo ultima schedula exhibita fuerunt, quorum omnium instrumentorum tenor imploratam restitutionem in integrum probat, roborat, & firmat.

71 Tandem die 18. Martii 1676. exhibita extitit certificatoria baptismi hujus Nob. pupillæ, qua ejus minor ætas probatur, quæ certificatoria, nec alia illius minoris ætatis probatio hucusque in processu fuerat producta, cujus solius certificatoriæ exhibitio sufficiens est ad iterum concedendam restitutionem, quamvis antecederet foret denegata. Observat multis citatis Fontanel, *dict. decis.* 105. num. 25.

72 Quin officiat dicere hanc Nob. pupillam litigasse per tutores, & curatores, & ita satis constasse de minori ætate; Nam respondeo ex meritis processus non constare saltem contra adversantem de Masdeu & Solà, an hæc Nob. pupilla habeat tutores, & curatores, necne, nec qui sint, vel non sint tutores, & curatores illius, ita ut verum sit dicere non constasse in processu de minori ætate hujus Nob. partis, nisi postquam exhibita fuit fides baptismi.

73 Denique si discutiuntur, & perpenduntur deductiones, & allegationes factæ in processu à tempore latæ Reg. sententiæ Nob. de Ribera usque ad 22. Februarii 1674. quæ sunt in processu à fol. 219. ad 232. & pariter novæ deductiones, & allegationes factæ, & allegatæ à die 22. Februarii 1674. hucusque, quæ leguntur in processu à dicto fol. 232. apparebit, & certò certius demonstrabitur innumeras fore, & esse rationes, & motiva, quibus hæc Nob. pars prætendit imploratam restitutionem in integrum adversus Regiam sententiam sibi impartiri, secundum certissima juris elementa.

74 Tertio, & ultimo, quia nos versamur extra terminos dubii propositi ab adversante: Nam restitutio in integrum ex capite minoris ætatis ab hac Nobili pupilla implorata adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera, ex die 22. Februarii 1674. (de qua restitutione nunc agimus) jam fuit admissa à Nobili Don Francisco de Ribera Regio Senatore meritissimo, & etiam hæc Nobilis pupilla, fuit

fuit admiffa ad justificandam dictam restitutionem, & ipsi concessus fuit terminus, & tempus Constitutionis ad prædictum effectum, ut ex meritis processus liquet fol. 232. in tela; eo fanè quia Nobilis Relator de Ribera, in calce supplicationis oblatae per hanc Nob. pupillam, sub dicta die 22. Februarii 1674. in & cum qua, restitutionem in integrum, de qua nunc agimus, adversus Regiam sententiam imploravit, concessit tempus Constitutionis præfixum ad justificandam restitutionem admiffam, ibi: *Recepta dictis die, & anno concedit tempus Constitutionis ad effectum petitem, & mandetur ut petitur, & int. De Ribera*: ergo admiffa ad restitutionem, de qua agimus, jam fuit hæc Nobilis pupilla, & etiam ipsi, fuit concessa prædicta restitutio in integrum à Nobili Relatore, in, & cum dicta provisione, cum in viam juris, admiffio restitutionis in integrum adversus Regiam sententiam & concessio termini ad illam justificandam, sit Judici arbitraria, Giurba *decif. 18. num. 13. vers. Respondeo secundo, & decif. 33. Fontan. decif. 114. num. 10.*

75 Deinde hæc Nobilis pupilla, intra dictum terminum concessum à Nobili Relatore, causam concessæ restitutionis, justificavit, & ratione evictionis laudavit, & citavit in præsentem causam Michaëlem, & Mariannam Begurs, & Portas conjuges, Felicem Roca, & Portas, hæredes Francisci Marti, & Mariam Marti matrem ejus, Josephum Xaregay, Josephum Mir, Catharinam Mir, Camps, & Sanau, Joannem Serralta, tanquam tenentem mansum Sanau, Gismundum Gisbert, T. Verdalet, & T. Jutglar, ut apparet ex literis citatoriis, & præsentatione illarum in processu fol. 237. in tela; adversus quos hæc Nobilis pupilla, articulos præsentavit die 21. Augusti 1674. literas compulsorias obtinuit, exhibuit plicam, ut apparet à fol. 244. ad 249. in tela, quæ plica legitur à fol. 627. ad 655. retro, absque contradictione, imò, & cum consensu adversantis.

76 Et ex his auctoribus laudatis ab hac Nobili pupilla, quamplures in presenti causa comparuerunt, & alios auctores suos laudatos citarunt, articulos obtulerunt, ut apparet à fol. 252. ad 271. in tela, & pars adversa de Masdeu & Solà, schedulis oblatis die 8. & 15. Octobris 1674. consensit, quod residuum termini Constitutionis curreret, ut apparet fol. 251. in tela, & schedula oblata 29. Aprilis 1676. iterum consensit adversans, ut concederetur, & præfigeretur auctoribus laudatis noviter citatis terminus ad probandum: in vim cujus consensus adversantis, exigit Nobilis Relator

triginta libras de salario depositas, ut apparet in processu fol. 302. in tela.

77 Ex quibus legitimè inferitur, quod restitutio in integrum petita 22. Februarii 1674. ab hac Nobili pupilla, de qua nunc agimus, jam fuit admissa, & sic, quod dubium adversantis, an hæc restitutio sit admittenda, nec ne, est impertinens, & inane; imò sequitur, quod difficultas præsentis causæ hodie resolutivè tantum sistit in decidendo, & declarando; *an ex causis, rationibus per hanc Nobilem pupillam deductis beneficio restitutionis in integrum, sit retractanda Regia sententia Nobilis de Ribera, & revocanda provisio facta 4. Martii 1677. nec ne*; prout revocari, & retractari sperat hæc Nobilis pupilla.

78 Sed quid his immoramur, adhuc quod hæc Nob. pupilla major foret, & restitutionis in integrum beneficio non frueretur nihilominus revocanda, seu in melius commutanda veniret Regia provisio à qua, executionem Regiæ sententiæ suspendendo, & ad ulteriora in illa non procedendo. Quia hæc Nob. pars tuetur exceptione rei judicatæ, & aliis quamplurimis exceptionibus, & remediis, quæ reddunt retro nullam dictam R. sententiam, & provisiones decreti executionis, ut ex sup. deductis, & infra deducendis luce meridiana clarius apparebit, nam exceptiones nullitatis sententiæ tanquam oppositæ alteri sententiæ in rem judicatam transactæ impediunt executionem secundæ Regiæ sententiæ, tanquam nullitates notoriæ, & quæ ipso jure sententiam annullant, ut supra firmavimus à num. 53. & videbimus infra in articulis subsequentibus.

79 Tunc etiam competunt huic Nob. pupillæ exceptiones retentionis pro creditis aliisque juribus, quæ retentionis exceptiones ita privilegiatæ à jure existunt, ut in quacumque parte judicii habeant locum, & opponi valeant ad impediendam restitutionem rei petitæ.

80 Et consequenter cum hæc Nob. pupilla adversus Regiam sententiam de Ribera in judicatum transactam opponat defectum notoriæ nullitatis, quæ ipso jure annullat sententiam latam contra aliam sententiam in rem judicatam transactam, aliàs nullitatum exceptiones, tum, & etiam retentionis exceptiones, quarum singulæ sufficiunt ad supersedendum saltem in executione Regiæ sententiæ Nob. de Ribera, & ad impediendum ne ad ulteriora procedatur in executione illius, & sic ad hoc, ut in melius commutetur, seu re-

vocetur Regia provisio à qua, ut ex infra dicendis apparebit: Hinc fit, quod etiam si beneficio restituit. in integr. destituta esset hæc Nob. pupilla, valeret adhuc infringere Regiam sententiam tanquam nullam, & oppositam Regiæ sententiæ in rem judicatam transactæ, & suspendere illius executionem; quanto ergo melius cum utrumque remedium concurrat, tam restitutionis in integrum, quam nullitatis notoriæ, & retentionis adversus Regiam sententiam Nob. de Ribera in præsentī causa latam.

81. Ex quibus remanet plenissimè satisfactum primo dubio, ut amplius non sit ambigendum circa admissionem restitutionis, & illius cognitionem, ceterarumque exceptionum, & nullitatum oppositarum, sed tantum circa illarum omnium merita, & utrum Regia sententia 31. Martii 1672. & Regia provisio 4. Martii 1677. veniat revocanda, & commutanda.

## ARTICULUS IV.

*REGIA SENTENTIA NOBILIS DE RIBERA, beneficio restitutionis in integrum, nulla demonstratur tanquam opposita alteri Regiæ sententiæ in judicatum transactæ, & satisfit secundo dubio adversantis.*

82. **S**ecundum dubium per adversantem de Masdeu, & Solà propositum; est principale dubium, quod disputandum nobis est in præsentī causa, & sistit in eo; utrum ex causis, & rationibus per hanc Nobilem pupillam Potau, Ferràn & Lledò, deductis, & allegatis; beneficio restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis, sit supersedendum in executione Regiæ sententiæ Nobilis de Ribera instata, per partem adversam, & revocanda quoque sit dicta Regia sententia, & provisio à qua facta 4. Martii 1677. nec ne.

83. Circa quod dubium; fixo pede, & resolutivè asserimus; beneficio restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis implo rato ab hac Nobili pupilla supersedendum esse in executione Regiæ sententiæ de Ribera instata, imò revocandam esse dictam Regiam sententiam, & provisionem à qua factam 4. Martii 1677. quamplurimis, certissimis, & juridicis fundamentis; quorum primum in præsentī articulo refertur,



## PRIMUM FUNDAMENTUM.

84 Primum fundamentum est efficax, & insolubile, & consistit in quo; Regiæ sententiæ Nob. de Ribera, obstat alia Regia sententia in judicatum transacta facto verbo prolata in Regia Audientia 14. Novembris 1631. referente Nob. Raymundo Rubi de Marimon, in causa universalis concursus creditorum Hieronymi, & Antonii Portas, inter Antonium, Mariannam, & Michaëlem Portas ex una, & antecessores Cæcilia Masdeu partis adversæ, & hujus Nob. pupillæ Potau, Ferràn, & Lledò, & alios partibus ex altera, Not. Busquets, & consequenter quod dicta Regia sententia de Ribera in præsentis causa lata est nulla ipso jure tamquam opposita rei judicata.

85 Et ut elucescat clarius nullitas Regiæ sententiæ de Ribera resultans ex exceptione rei judicatæ supponendum est tamquam certum, Hieronymum, & Michaëllam Portas, & Seguera, in capitulis matrimonialibus Antonii Portas, eorum filii, cum Marianna Sunyera celebratis 15. Februarii 1614. quæ sunt in processu à fol. 592. ad 596. retro, donasse Antonio Portas eorum filio, omnia, & singula bona præsentia, & futura, jura, & actiones cum reservatione bis mille librarum.

86 Supponendum quoque est dictum Hieronymum Portas donatorem, tam ante donationem factam ejus filio, quam post donationem nomine suo proprio, & tanquam Procuratorem Michaëla, Antonii, & Mariannæ Portas, & Sunyer uxoris, filii, & nurus respectivè, plurima contractasse debita, firmasse obligationes, creasse censualia, & quamplurimas alienationes, & consumptiones bonorum, & hæreditatis fecisse, ut ex meritis præsentis processus apparet, & signanter à fol. 513. ad 568. retro, à fol. 480. ad fol. 449. retro, & ex eademmet Regia sententia de Rubi à fol. 37. ad 65. retro.

87 Mortuo Hieronymo Portas, Michaëlla Portas & Seguera vidua illius, Antonius Portas, & Marianna Portas & Sunyer conjuges filius, & nurus illius respectivè, videntes se tot debitis gravatos, & tot tantisque creditorum instantiis, demandis, & executionibus molestatos; 3. Aprillis 1628. littem universalem concursus creditorum intròducere in Regio Senatu ad relationem Nob. Raymundi Rubi de Marimon, Not. Busquets. In qua quidem lite citaverunt creditores suos, & signanter Nicolaum Solà patrem Cæciliae

Masdeu & Solà partis adversæ, tanquam prætenfum creditorem ratione censualis pretii 760 ₧, & pensionis annuæ 38 ₧, creati 21. Junii 1617. ex debitorio, seu mutuo 600 ₧, factò die 20. Novembris 1608. & etiam citarunt Magnificum Paulum Guiamet V. I. & Regiæ Audientiæ Doctorem, tanquam patrem, & legitimum administratorem Emanuelis Guiamet & Lledò filii sui, & eo nomine prætenfum possessorem mansi, seu hæreditatis vocatæ den Portas, cui Emanueli Guiamet, successit in vim vinculi appositi per admodum Illustrem dominum Don Salvatorem Fontanet de Consilio Regio, & Regentem in Supremo Aragonum, & de Consilio S. Cruciatæ, ejus magnum avunculum, hæc Nob. pupilla, per mediam personam Michaelis Ferràn & Lledò Civis honorati Barcinonæ ejus patris.

88 In dicta lite universali creditorum vertenti coram Nob. Rubi de Marimon, comparuit Nicolaus Solà, & petiit dictum censuale pretii 760 ₧, & pensiones 30 ₧ creatum 21. Junii 1617. tanquam descendens à debitorio 600 ₧, mutuatarum 20. Novembris 1608. exhibens instrumentum dicti debitorii anni 1608. & instrumentum censualis anni 1617. in quo instrumento censualis dicebatur hypothecatus specialiter præfatus mansus Portas possessus per Magnificum Guiamet, ut est videre in processu à fol. 11. ad fol. 27. in tela, quæ duo instrumenta debitorii, & censualis fuerunt abstracta ex processu causæ universalis creditorum, vertentis coram Nob. Rubi de Marimon, & etiam ex duabus schedulis oblatis in dicta causa de Rubi, per Nicolaum Solà 14. Julii 1629. & 8. Januarii 1631. quæ sunt in processu fol. 283. in tela, cum quibus schedulis exhibuit dicta duo instrumenta debitorii, & censualis, & opposuit de anterioritate dicti debitorii, & censualis formiter: Quæ quidem bina instrumenta debitorii, & censualis exhibita in causa universali Rubi de Marimon sunt omninò eadem instrumenta, quæ leguntur exhibita in præfenti processu, quin nova, nec diversa, aut plura instrumenta exhibuerit dictus Nicolaus Solà, tam in præfata lite de Rubi, quàm in præfata lite Nob. de Ribera.

89 Tandem in dicta lite universali creditorum dictorum Portas die 14. Novembr. 1631. factò verbo in Regia Audientia per Nob. Raymundum Rubi de Marimon fuit prolata Regia sententia si & quatenus legitur in processu à fol. 38. ad 66. retro: In qua quidem Regia sententia Rubi de Marimon factò verbo lata, fuit declaratum in primis, quo ad venditionem dictæ hæreditatis, & mansi Portas factam Nob. & Illustri Regenti Don Salvatori Fontanet,

net, validam fore, nec infirmari posse, ibi: *Et sic venditio juris luen-  
di mansum Portas facta Nob. Salvatori Fontanet, nec non domini utilis  
venditio, ante dicto nomine eidem facta, de eodem manso, ex quarum  
venditionum pretio plura fuerunt redempta censualia, & credita dicti  
Hieronymi. ut instrumentis venditionum superius calendatis latius con-  
tinetur, & præsertim censuale redemptum ex pretio dicta venditionis  
Dorotheæ Camps, quod erat quantitatis 619 ₰, 271 ₰ diversis credito-  
ribus dicti Hieronymi consignata, & etiam censuale per dictos Antonium  
uxorem, & matrem suam respectivè 270 ₰ ad satisfaciendum eidem con-  
similem quantitatem per dictum quondam Hieronymum debitam. Et in-  
fra: Nulla ratio infirmari possunt; Et ibi: Ex quibus, & aliis sua Ex-  
cellentia insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, sententiat,  
pronuntiat, & declarat, dictam Michaelam obligatam esse tam ex bonis  
propriis, quàm dicti Antonii (donatarii, cujus erat hæres) contractibus  
celebratis post mortem mariti, & sic silentium imponendum fore, & esse,  
sicuti eidem cum præsentibus imponit, quo ad interesse Petri Juglar, Petri  
Verdalet, Antonii Marti, Stephani Lucæ Tapiolas, Magnifici Pauli Guia-  
met reorum in hac causa conventorum eosdem absolvendo, &c.*

90 Deinde in dicta Regia sententia Nob. Rubi de Marimon  
quo ad censuale dicti Nicolai Solà, descendens ex debitorio anni  
1608. fuit declaratum dictam Michaelam, & Mariannam Portas  
non esse obligatas dicto Nicolao Solà, ratione præfati censualis, &  
infringendas fore earum obligationes his verbis: *In aliis verò alie-  
nationibus superius designatis, quia de læsione constat respectu dictarum  
Michaelæ, & Mariannæ in bonis propriis ipsarum infirmandæ sunt ea-  
rum obligationes.*

91 Et in Regia sententia Rubi de Marimon annullatas obli-  
gationes censualis adversantis quo ad Michaelam, & Marian-  
nam Portas. Et dictam Michaelam, & Mariannam absolutas à præ-  
statione illius.

92 Cæterùm cum dicta Michaela Portas fuisset hæres Antonii  
Portas donatarii, patris sui Hieronymi Portas, & dictus Antonius  
filius, & donatarius Hieronymi, esset quoque hæres dicti Hierony-  
mi donatoris, adeò ut secundum juris principia haberet in dictis  
bonis donatis Antonius donatarius reservationem bis mille libra-  
rum factam à Hieronymo, & tanquam hæres Hieronymi hæredi-  
tatem illius, & dicta Michaela tanquam hæres Antonii haberet hæ-  
reditatem, & reservationem Hieronymi donatoris; In dicta Regia  
sententia fuit declaratum dictam Michaelam Portas ex bonis An-

tonii Portas donatarii, & hæredis Hieronymi donatoris esse obligatam tantum propter duas mille libras reservatione contentas ad præstationem censualis empti per Sigismundum Solà, cui successerat Nicolaus Solà ejus nepos, vulgo, *nebot*, & ad præstationem censualis Monialium sancti Danielis, & ad præstationem censualis Dorotheæ Camps sup. memoratæ, his formalissimis verbis: *Ex bonis verò dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellentia prædictam insequendo conclusionem sententiat, & declarat etiam obligatam esse ad præstationem censualis Sigismundi Solà, Monialium sancti Danielis Gerunda, pretii 500 ₰, & Dorotheæ Camps, sicuti cum præsentem obligatam esse declarat, quæ Regia sententia legitur fol. 42. retro.*

93 En Michaelam Portas tanquam hæredem Antonii donatarii, & hæredis Hieronymi donatoris creatoris debitorii, & censualis partis adversæ Cæcilia Masdeu, & Solà, ex bonis dicti Antonii obligatam *tantum* propter duas mille libras reservatas in donatione per Hieronymum 15. Februarii 1614. dicto censuali Cæciliæ Masdeu, & aliis.

94 Deinde cum in dicta Regia Sententia à præstatione censualis Sigismundi Solà, nunc Cæciliæ Masdeu esset absoluta de bonis propriis Michaela Portas, & Nicolaus Solà executionem fecisset pro dicto censuali in vineis propriis Michaelæ Portas pro pensionibus dicti censualis, declaravit dictus Nob. Rubi de Marimon nullam fuisse dictam executionem factam per Nicolaum Solà, cum omnibus inde sequutis, ibi: *Hoc intellecto, & declarato, quod executio facta litæ pendente instante Nicolao Solà in vineis, quas constat ex meritis processus esse de bonis dictæ Michaelæ; retractetur, & annulletur cum omnibus inde sequutis, sicuti cum præsentem annullari mandat.* Hic est formalissimus tenor Regiæ sententiæ Rubi de Marimon, lata in causa vertenti inter dictos Portas, Nicolaum Solà, & Magnificum Paulum Guiamet antecessores partis adversæ, & hujus Nob. partis respectivè.

95 Quæ quidem Regia sententia Nob. Rubi de Marimon facto verbo lata in Regia Audientia transivit in rem judicatam, in quo sunt partes in confesso.

96 Cui ergo Regiæ sententiæ Nob. Rubi de Marimon inter has partes lata, tanquam transactæ in rem judicatam est standum. Nam principium certissimum est in jure, quod sententia in rem judicatam transacta facit jus inter partes, de albo nigrum, de indebito,

bito, debitum, de falso, verum: & habet pro se præsumptionem juris, & de jure, ut docent unanimiter DD. citati, & sequenti per Valeron. *de transaction. tit. 2. quæst. 4. num. 1.* Salgado *labyrinth. creditor. part. 3. cap. 1. num. 27.* Pareja *de instrument. editio. tit. 2. resolut. 6. specie 4. num. 316.*

97 Itaut sententia in judicatum transacta non possit impugnari, nec reprobari per aliam sententiam, Rot. *diversor. part. 3 lib. 3. decis. 1434.* Leo *decis. Valen. part. 1. decis. 107. num. 3.* Canc. p. 3. *cap. 17. num. 2. 6. & 8.* Larrea *decis. Granat. disput. 39. n. 4. in fin.*

98 Quæ omnia adeo vera sunt, ut sententia adversus aliam sententiam transactam in judicatum sit ipso jure nulla, l. 1. *Cod. quando provoc. non est necesse, leg. post sententiam, Cod. de sentent. l. 1. in princ. ff. quæ sent. sine appell. rescind.* Salicetus, & Paulus *ad d. leg. 1. Cod. quando provoc. &c.* Anton. Perez *in Cod. ad dict. tit.* Sebast. Vantius *de nullit. sentent. nullitate ex defectu processus, sive ordinis judiciarii num. 125.* multis citatis Marta *decis. 1. num. 19.* Maranta *in praxi tit. de sent. num. 119.* Pareja *de instr. editio. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. specie 4. num. 317.* Jacob. Anton. de Mauro *alleg. 38. num. 1.* Valeron. *de transact. tit. 2. num. 17.* Fontan. *decis. 175. num. 1. decis. 328. num. 7.* Cancer. *var. part. 3. cap. 17. num. 1. cum seqq. & à secunda sententia uti nulla non sit necesse appellare, ut post glos. docet Bartol. in l. si diversam, Cod. de transactio.* Magon. *decis. Florent. 67. num. 32.* Canc. *var. part. 3. cap. 17. num. 3.* Font. *decis. 318. num. 7.*

99 Præmaximè si per partem opponatur de exceptione rei judicatae resultante ex prima sententia, antequam secunda sententia proferatur, Sebastianus Vantius *de nullit. sentent. ubi supra num. 125.* Jacobus Anton. de Mauro *alleg. 38. in add. Canc. var. part. 3. cap. 17. num. 9. 23. & 27.* Valeron. *de transact. tit. 2. q. 4. num. 18. innumeris citatis.*

100 Quibus suppositis tam in jure, quàm in facto, est etiam præsupponendum in facto, quod tutores, & curatores Emanuelis Guiamet pupilli rei conventi in præsentis judicio (per mortem cujus Emanuelis Guiamet fuit citata ad præsentem causam hæc Nobilis pupilla de Potau, Ferràn, & Lledò,) scedula oblata 9. Junii 1637. formiter, & omni modo meliori, & cum clausulis salutatibus opposuerunt in præsentis judicio, & causa exceptionem rei judicatae resultantem ex dicta Regia sententia lata per Nob. Rubi de Marimon die 14. Novembris 1631. his formalissimis verbis. *La qual es passada en cosa judicada, & parit exceptionem rei judicatae in hoc judicio.*

dicio. *De la qual excepció oposa esta part formiter, & omni modo meliori.*  
 Et infra. *Demanant que de tot sen hage la deguda raho, y prot.* quæ scheda legitur fol. 65. 66. & 67. in tela.

101 Cui oppositioni exceptionis rei judicatæ non fuit contradictum per Nicolaum Solà actorem, & patrem adversantis, sed tantum responsum non obstare dictam exceptionem, quin contradiceret oppositioni, quo in casu censetur actor adhærere dictæ oppositioni exceptionis, ut multis citatis notat Ripoll ad Pegueram rubr. 9. num. 56. docet Nobilis, & Regius Senator Don Petrus de Amigant in novissimis additio ad praxim Peguer. rubr. 24. num. 55. ex Oliba de actionib. par. 1. lib. 3. cap. 4. à num. 24. & ita fuisse decisum fatetur Regia sententia lata 4. Februarii 1662. referente Magnifico Michaelle Alegre, in causa Hyacinthi Riera, & Pinoña, contra conjuges Valls, & Soler, Not. Bas, quamvis non se adhæreat meritis, & justitiæ exceptionis oppositæ, pro ut legitur in processu fol. 68. in tela.

102 De eademmet exceptione rei judicatæ fuit etiam oppositum in hac causam per conjuges Portas, contra dictum Solà, & Masdeu partem adversam, scheda oblata 10. Martii 1638. & articulis oblatis 1. Julii 1667. art. 6. fol. 204. & 205. in tela.

103 Tandem hæc Nobilis pupilla articulis oblatis 11. Julii 1667. opposuit de dicta exceptione rei judicatæ, referendo se ad primam oppositionem in articulo 2. ibi: *Posa, que à la pretensió de la part altra, obsta plenariament lo que està ja dedubit en procès en exclusió de la pretensió de dit Solà, y es ver.* Et in initio dictorum articulorum reproduxit omnia procedimenta hucusque facta in causa, si & quatenus, ibi: *Reproduhint los demès procehiments fins assí fets, si & in quantum, &c.* Citra binam cum clausulis salutaribus in fine articulorum, quæ oppositiones, protestationes, & salvitates necessariò intelligendæ erant de dicta exceptione rei judicatæ cum nil aliud præter dictam exceptionem rei judicatæ fœrme extitisset oppositum in hac causa adversus prætensionem dicti Solà.

104 Constito ergo de dicta oppositione exceptionis rei judicatæ, & de dicta Regia sententia Nob. Rubi de Marimon facto verbo prolata, solum nobis restat probare dictam Regiam sententiam latam per Nob. Rubi de Marimon in causa universali creditorum domus de Portas, inter binos conjuges Portas, Nicolaum Solà, & Magnificum Paulum, & Emanuelem Guiamet, & alios parere, & producere exceptionem rei judicatæ in præsentis iudicio, adversus

Ciciliam Masdeu , & Solà partem aduersam , & in favorem hujus Nob. pupillæ Potau , Ferràn , & Lledò : & simul comprobare Regiam sententiam latam per Nobilem de Ribera, opponi Regiæ sententię Nob. Rubi de Marimon in rem judicatam transactę : ad hoc ut in necessariam consequentiam appareat de nullitate Regię sententię Nob. de Ribera.

105 Quod sic comprobatur cum in hoc judicio concurrat tri-  
na idemtitas requisita , scilicet ejusdem rei , causę , & personarum,  
*l. cum queritur cum duabus seqq. de excep. rei judic. Gallup. in praxi,*  
*par. 2. cap. 13. num. 6. cum seqq. Muscatel. in pract. par. 4. glos. judica-*  
*ta , num. 6. Salgad. de retent. Bullar. part. 1. cap. 12. num. 18. cum seqq.*  
*Et labyrint. credit. part. 3. cap. 1. num. 3. Barbosa in collect. ad cap. in*  
*causa 8. Et finali de causa posses. Et propriet. num. 3. quę concurrebat*  
in primo judicio , & priori sententia.

106 In primis concurrat idemtitas personarum, nam in causa  
primitiva Rubi de Marimon , intervenit Nicolaus Solà , à quo pars  
alia causam , & jus habet , intervenit Magnificus Paulus Guiamet Ju-  
dex Regiæ Curia , pater , & legitimus administrator Emanuelis  
Guiamet impuberis , à quo hæc Nobilis pupilla Potau , & Ferràn in  
vim fideicommissi causam habet , & alii diversi creditores , & An-  
tonius, Michaela , & Marianna Portas communes debitores illorum ;  
In præsentem autem causam concurrat , idem Nicolaus Solà qui litem  
introduxit , cui successit Cæcilia Masdeu , & Solà ejus filia pars al-  
tera, concurrat Magnificus Paulus Guiamet Judex Regiæ Curia , pa-  
ter , & legitimus administrator Emanuelis Guiamet impuberis, reus  
in hac causa conventus , à quo hæc Nobilis pupilla Potau , Ferràn,  
& Lledò in vim fideicommissi causam habet per mediam personam  
Michaelis Ferràn patris sui , & concurrunt quoque conjuges Portas,  
& Begurs successores dicti Antonii , Michaelæ , & Mariannæ Por-  
tas , qui omnes tamquam hæredes , & successores sunt interpretati-  
vè eademmet personæ , *l. si à te , §. Julianus , ff. de sent. Et rei judic.*  
*Franch. decis. 179. num. 1. Gaccialup. in praxi part. 2. cap. 3. num. 18.*  
*Muscatel. ubi supr. num. 6.*

107 Secundo concurrat idemtitas rei , nam dictus Nicolaus  
Solà , nunc Cæcilia Masdeu , tunc , & nunc petierunt censuale pre-  
tium 760 ₰ , creatum 21. Julii 1617. cum pensionibus decursis , &  
dicti Guiamets defendebant mansum Portas.

108 Tertio concurrat idemtitas causæ , nam censuale , & pen-  
siones petite in hac causa , & priori per Nicolaum Solà : petuntur ,

in vim instrumenti creationis illius factę 21. Junii 1617. absque novatione tanquam descendens ab anteriori mutuo, & debitorio 600 ₰, facto 20. Novembris 1608. exhibendo, tam primitivum instrumentum debitorii 600 ₰, actum 20. Novembris 1608. quam instrumentum creationis censualis 760 ₰ ex præfato debitorio, in quo quidem instrumento censualis longa, & specifica fiebat mentio de dicto debitorio, & mutuo antecedenti, & specialiter hypothecatus inveniebatur præfatus mansus Portas, ut est videre ex dictis duobus instrumentis in processu à fol. 11. ad fol. 28. in tela, quæ duo instrumenta debitorii, & censualis fuerunt abstracta à processu dictę causę Rubi de Marimon; & exhibita in præfenti causa opponendo de anterioritate dicti debitorii, & censualis; sicut de dicta anterioritate cum exhibita dictorum instrumentorum debitorii, & censualis opposuerat Nicolaus Solà in dicta causa de Rubi de Marimon schedulis oblatis 14. Julii 1629. & 8. Januarii 1632. quæ leguntur in processu fol. 283. in tela, & sic dicta bina instrumenta debitorii, & censualis exhibita in præfenti processu sunt eademmet instrumenta debitorii, & censualis exhibita in causa priori Rubi de Marimon, quin nova, nec diversa, aut plura instrumenta exhibuerit dictus Nicolaus Solà in præfenti lite, quam illa eadem numero instrumenta quæ exhibuerat in præfata lite de Rubi de Marimon: igitur triplex idemptitas rei, causæ, & personarum requisita quæ concurrat in lite præfenti, concurrat in lite vertenti coram Rubi de Marimon.

109 Sed quid his hæsitamus si ex combinatione tenoris declarationis Regiæ sententię latę per Nobilem Rubi de Marimon, cum tenore, & declaratione Regię sententię latę per Nob. de Ribera, resultat evidens contrarietas, & repugnantia inter dictas binas Regias sententias, eo quia in Regia sententia Rubi de Marimon præfente dicto Nicolao Solà fuit approbata venditio, & alienatio asferri mansi Portas, factę Nobili Salvatori Fontanet, qui quidem mansus Portas præfenditur hypothecatus censuali partis adversę) pro solvendis ex illis pretio certis, & designatis creditoribus censualistis, & aliis domus dels Portas, ut est videre ex dicta Regia sententia fol. 38. ad 66. retro, & suprà latius num. 89.

110 Hęc Regia sententia Rubi de Marimon fuit intimata, & notificata dictomet Nicolao Solà creditori censualistę & actori in hac causa, prout apparet ex relatione intime fol. 39. retro.

111 Per quam quidem declarationem Regię sententię factam



de validitate alienationis, & venditionis mansi Portas per dictos Portas communes debitores, qui quidem mansus Portas dicitur hypothecatus censuali Nicolai Solà præsente dicto Nicolao Solà, & non reclamante, sed patiente, & expressè consentiente dictæ Regiæ sententiæ, & declarationi validitatis alienationis prætenfæ rei hypothecatæ fuit omninò extincta hypotheca asserti mansi Portas pro præfato censuali partis adversæ Nicolai Solà; itaut amplius agere non possit hypothecaria actione adversus præfatum mansum Portas, & illius possessores, igitur si per sententiam Regiam Rubi de Marimon, extincta omninò fuit hypotheca prætenfa per Nicolaum Solà, supra manso Portas pro præfato censuali; Regia sententia de Riberra condemnans actione hypothecaria tutores, & curatores hujus Nobilis pupillæ tanquam prætenfi possessores dicti mansi Portas, pro supra memorato censuali, erit omninò contraria, & ex diametro repugnans Regiæ sententiæ Rubi de Marimon transactæ in rem judicatam.

112 Quod enim per declarationem validitatis venditionis, seu alienationis prætenfi mansi Portas hypothecati dicto censuali, factæ per debitores, præfente Nicolao Solà creditore hypothecario prætenfo; non contradicente, sed expressè consentiente, & per transitum dictæ Regiæ sententiæ in judicatum extinguitur hypotheca Nicolai Solà in præfato mansi Portas, sic probatur ab evidenti.

113 Certissimum enim est juris dogma, quod si creditor hypothecarius consentiat venditioni, aut cuicumque aliæ alienationi rei hypothecatæ, hypotheca solvitur, & extinguitur, expressus est tex. in l. si debitor 4. §. si in venditione quib. mod. pig. vel hyp. sol. ibi: Si in venditione pignoris consenserit creditor, vel ut debitor hanc rem permittet, vel donet, vel in dotem det, dicendum erit pignus liberari nisi salva causa pignoris sui consensit, vel venditioni, vel ceteris. Et infra. Sed etsi non consenserit pignus venundari, sed ratam habuit venditionem, idem erit probandam, l. si consensit 7. in princ. ff. eod. ibi: Si consensit venditioni creditor, liberatur hypotheca, l. 8. §. si voluntate 6. ff. eodem, l. 1. Cod. de remis. pignor. si te manumissum, & in libertate moratum sciente ea cui pignoris nomine obligatus diceris præfidi probaveris: ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit, l. 2. si probaveris te fundum mercatum, possessio nempe ejus sibi traditam sciente, & consentiente, ea qua sibi eum à venditione obligatum dicit exceptione eam removebis, nam obligatio pignoris consensu contrahitur, & dissolvitur, Cod. eod. l. 4. ibi: Cum ejus consensu nexus pignoris evanuerit si non nova vo-

*luntas intercefferit, quæ denuo obligationem pignoris constituerat, ea res velut obstricta, non potest vendicari, l. si eo tempore 6. Cod. eod, si eo tempore quo prædium distrahebatur programmata admoniti creditores cum præsentibus essent jus suum exequuti non sunt, possunt videri obligationem pignoris amississe, l. 8. Cod. eod. ibi: Si hypothecas fisco distrahente creditores silentio tradiderunt negotium, palam est etiam actionem suam amississe eos, quam in rem habebant, quod juris dogma tot Jurisconsultul. & interpr. fulsitum, probant unanimiter DD. omnes, & signanter Bald. conf. 123. num. 2. lib. 1. polid. Ripa observat. 282. Menoch. conf. 58. num. 24. lib. 1. Rot. Genuen. decis. 190. num. 13. Franc. March. decis. 721. num. 2. lib. 2. Caroc. decis. 124. Surd. conf. 713. num. 7. noster Canc. var. 3. cap. 21. num. 212. & Fontanel. decis. 588. num. 6.*

114 Et tam efficaciter operatur iste consensus alienationis dissolutionem hypothecæ, ut tametsi res hypothecæ subjecta consensu creditoris pignoris nexu liberata, redeat in dominium ejusdem debitoris adstricti obligatione generali bonorum futurorum, nihilominus amplius non incurrat obligationem hypothecæ; est textus expressus in *l. ult. Cod. de remiss. pignor.* Surdus *decis. 163. à num. 1.* Gratian. *discep. foren. cap. 38. num. 15.* Covarrub. *var. resol. lib. 3. cap. 12. num. 2.* cum communi Jurisprudendum voto.

115 Quæ supra diximus, de creditore consentiente, & ratam habente alienationem rei hypothecæ à debitore factam; potiorem locum sibi vendicant, & fortius procedunt in alienatione, adjudicatione, seu venditione facta per sententiam Judicis creditori notificatam, & transitum facientem in rem judicatam; Nam alienatio, adjudicatio, seu venditio hypothecæ facta à Judice per sententiam citato, & vocato creditore, tanquam approbata, & ratificata à creditore in judicio; hypothecæ jus dissolvat (& in his terminis propriissimis nos versamur). Cum sententia in judicatum transacta, ultra consensum, & ratificationem creditoris in judicio vocati, & præsentis, qui ex sententia elicitur in creditore, faciat jus inter partes, etiam quo ad ipsum creditorem vocatum. Celebris est ad præsentem intentum doctissimus Salgado *labyrin. credit. part. 3. cap. 2. à num. 64. ad num. 99.* qui in fortioribus terminis asserit, tacitum consensum creditoris in oblatione conditionali facta per licitatorum auctoritate Judicis sufficere ad extinctionem hypothecæ, dummodo fuerit creditori intimata, & notificata licitatio hæc, & conditionalis oblatio; & num. 108. docet cum communi Doctorum, rem

subhastatam, & publicè distractam, liberam ab omni pignoris, seu hypothecæ nexu transire in emptorem, saltem respectu creditorum, qui ad iudicium, & distractionem fuerunt citati, cum Cevallos *in speculo practic. quæst. 820. num. 49.* Tepato *in compend. variar. tit. 417. cap. 19. vers. Emens.* Anton. Fabr. *lib. 8. Cod. tit. 32. defin. 4. num. 1. 2. 3. & 7.* Fontanel. nostro *de pactis claus. 5. glos. 8. par. 7. à. num. 48.*

116 Et tandem adjudicatio pignoris, seu hypothecæ facta creditori à Judice per sententiam extinguit jus hypothecæ quo ad alios creditores interessentes, & præsentés in iudicio, *l. à divo Pio, §. postquam de re iudicata, l. si deferente 13. ff. quibus modis pig. vel hypoth. solvat,* & ibi Bartol. & reliqui interpretes *Surd. decis. 266. Matr. decis. 120.*

117 Aurea doctrina Galuppi *in praxi par. 4. cap. 7* qui omnia supra tradita sic elegantissimè complectitur, *num. 8. Insuper huc scire pertinet hypothecam non semper extingui pecuniaria solutione, sed alii modu equipollentibus, inter quos præcipuè consideratur in praxi consensus creditoris, in distractione rei pignoratæ, juxta tex. in l. fin. de remiss. pignor. & ista extinctio est adeo efficax, quod si dictares denuo pervenerit ad eundem debitorem ante debiti solutionem, nunquam reviviscit, latè per Covarrub. var. resol. lib. 3. cap. 12. num. 2. & per Surdum decis. 163. & Gratian. discep. forens. cap. 38. num. 15. cum seqq. & non solum requiritur consensus expressus, sed sufficit tacitus; qua in re multa possunt adaptari exempla, & signanter si res hypothecaria fuerit mediante sententia evocata à debitore sciente creditore, l. sepe de re iudic. Negus. de pignor. 3. memb. 6. par. num. 39. vers. Secunda conclus. Surd. decis. 256. num. 6. quæ quidem scientia sufficeret etiam præsumptiva; quæ elicitur ex conjecturis, &c.* Hæc Galuppus.

118 Quorum omnium, & aliorum similium resolutio, eam decidendi habet rationem, quia dictæ oblationes, adjudicationes, distractiones, & alienationes rei hypothecatæ factæ in iudicio auctoritate Judicis, & per sententiam præsentibus, & non contradicentibus creditoribus; quibus notificantur, dicuntur celebratæ de consensu, & voluntate saltem eorum creditorum, qui ad iudicium fuerunt citati, & quibus intimatæ, & notificatæ extiterunt, & non contradixerunt, & consequenter hypotheca extinguitur, nexus pignoris dissolvitur, & creditores interessentes, & non contradicentes jus pignoris amittunt, & sibi præjudicant in hypotheca.

119 Qui sanè consensus, approbatio, voluntas, & creditorum rati habitio depromitur, ex vulgaribus, & indubitabilibus juris

axiommatibus, quod in judicialibus præfens, & tacens videtur consentire, *cap. 2. de accusat. in 6. l. cum ostendimus, §. final. de fidejus. l. servus si heredi de statu liber. l. 1. ff. famil. herciscundæ, Bartol. & alii in l. 1. Cod. de relation. & in l. ne in arbitris, Cod. de arbitris, Fulgositius, Paris. Ripa, Beroius, Vantius relati, & sequuti per Salgado labyr. credit. par. 3. cap. 2. num. 68. Canc. var. 1. cap. 20. num. 25. Barbos. axiom. 217. num. 4.*

120 Nam in judiciis taciturnitas consensum inducit, *l. cum ostendimus, §. 1. de fidejuss. Surd. conf. 465. num. 10. Tuschus lit. C. conclus. 747. num. 3. Salgad. ubi proximè num. 70. & non quidem qualem consensum; sed etiam inducit consensum irrevocabilem, l. de accessionibus, §. final. ff. de perpet. & tempor. præscript. l. final. Cod. de judiciis, & ibi Jason. num. 1. Cravet. conf. 74. num. 8. Salgad. ibidem, num. 71.*

121 Idemque operatur in judiciis consensus tacitus, quam expressus, Bartol. *in l. quis ad se, Cod. ad l. Juliam de vi public. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 72. de acquir. possess. Decius conf. 48. num. 2. Cravet. conf. 248. num. 3. tradunt omnes, in l. que dotis, ff. solut. matrim. & ibi Jason. num. 77. in fine, Menoch. de recup. poss. remed. 1. num. 126. & sequentib. Cancer var. 1. cap. 18. num. 38. Salgad. labyr. dict. par. 3. cap. 2. num. 71. qui num. 72. in hæc aurea verba prorumpit: quoniam quando actus alicui præjudicialis, & damnosus ex judicis decreto parti cujus interest intimatur, & nihil in contrarium allegaverit, tacitus ex inde ejus inducitur consensus, & approbatio; itaut de cætero ei estare cogatur, Mascard. de probat. conclus. 1300. Hieronymus Gonzalez de alternt. glos. 64. ex num. 22. & seqq. Surd. decis. 199. num. 8. & conf. 445. num. 24. Marefcot var. resol. lib. 1. cap. 81. num. 9. & 14. Aloys. Riccius decis. 189. per totam, qui quamplurimos alios allegant. Hæc Salgado, qui doctissime profequitur per multos numeros subsequentes.*

122 Si enim cum extrajudiciali consensu, & voluntate creditoris, vendita, aut quoque modo alienata re hypothecata per debitorem, pignus extenuatur, & resolvitur, quanto fortiùs, & priori jure solvetur, & extinguetur nexus hypothecæ alienatione, venditione, distractione, & adjudicatione judiciali firmata auctoritate Regiæ sententiæ in judicatum transactæ, cum citatione, & notificatione creditoris, illiusque judiciali consensu.

123 Actus enim judicialis, potentior est extrajudiciali, & ea quæ in judicio geruntur, efficaciora sunt his quæ extrajudicialiter fiunt,

fiunt, *Barbatia conf.* 47. & 53. *lib.* 2. Jason *in l. pacta novissima*, *Cod. de pactis*, Ferrer. *in consuetud. Burdegal. tit. de retract.* §. 13. Tiraquel. *de retract. conven. ad finem tit. num.* 154. Rom. *conf.* 63. *num.* 2. Cravet. *de antiquit. tempor. partic.* 3. *num.* 27. Cencius *conf.* 305. *lib.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumptio.* 133. *num.* 3. Salgado *labyrinth. creditor. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 145.

124 Quod in tantum verum est, ut simplex præsentia in iudicio habet vim stipulationis, absque alia vocis expressione de textu celebri *in l. cum ostendimus*, §. *final. de fidejuss.* Pyrrus Maurus Aretin. *in tract. de fidejuss. part.* 2. *principali sect.* 3. *num.* 2. *fol. mibi* 256. *l. pacta novissima*, *Cod. de pactis*, ibi: *Maximè sicut proponis apud actu præsidis asseveravit*, Salgado *ubi proximè num.* 146.

125 De quo sanè consensu, voluntate, approbatione, & ratificatione judiciali creditorum in iudicio interessentium, dubitare nemini licet cum litigantes in iudicio quasi contrahant, & obligantur ex concordia omnium Jurisprudentium voto, *l. licet Prætor* 3. §. *idem scribit*, *ff. de peculio*, ibi ita iudicio contrahi, *cum vulgatis*, Carleval. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 1. *num.* 1. *cum seq.* Salgad. *labyrinth. credit. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 143. qui quasi contractus in iudicio non solum celebratur per litem contestationem, Carleval *ubi supra num.* 9. & 11. verum etiam per sententiam, *glos. in d. l. 3. §. idem scribit de peculio*, *verb. iudicio contrahi*, idest *sententia*, sequuntur Bartolus, & Baldus, & alii communiter, Carleval *num.* 10. & 11. per quem quidem contractum per sententiam initum, & in iudicio celebratum obligantur litigantes parere sententiæ, & ea quæ in sententia continentur perficere, & adimplere, Carleval multis citatis *num.* 11. *in fine.*

126 Igitur cum Regia sententia de Rubi, & Marimon in iudicatum transacta approbaverit, & validam declaraverit venditionem manso Portas à conjugibus Portas, Seguer, & Sunyera factam Illustri, & Admd. Don Salvatori de Fontanet; & Nicolaus Solà pater adversantis, judicialiter consenserit, approbaverit, & ratificaverit dictam Regiam sententiam de Rubi, & Marimon, & cuncta decisa, & declarata in & cum dicta Regia sententia de Rubi, & Marimon; per non supplicationem ab ea, & per transitum illius in rem iudicatam; subsequitur quod per hunc consensum, approbationem, & ratificationem judicialem Nicolai Solà præstitam Regiæ sententiæ de Rubi, & Marimon, & declarationi validitatis venditionis prædictæ de manso Portas, extincta omninò fuit prætensa hypotheca

in supradicto manso Portas, respectu debitorii censualis, pensionum per Nicolaum Solà, & partem adversam ejus filiam petitarum. Et per consequens cum semel hypotheca extincta, amplius non reviviscat, non potuit Regia sententia Nobilis de Ribera condemnare hanc Nobilem Pupillam, seu illius tutores, tanquam pretensores possessores mansi Portas, actione hypothecaria, ad solvendum parti adversę pensiones dicti censualis, vel ad deserendam rem hypothecatam; cum à die latę sententię Rubi de Marimon extincta jam fuerit pretenso hypotheca; imò verò resultat evidens contrarietas, & repugnantia inter dictas binas sententias Regias Nobilis Rubi de Marimon, & Nob. de Ribera, cum ex prima extinguatur hypotheca pretenso, & ex secunda, hypotheca declaretur; atque ideo cum sententia prima Nobilis Rubi de Marimon transitum fecerit in rem judicatam; annullabit infringet, & conteret secundam sententiam Nobilis de Ribera ipso jure, tanquam oppositam alteri Regię sententię priori, in rem judicatam transactę.

127 Sed reassumamus iterum Regiam sententiam Rubi de Marimon, ut clarius appareat de contrarietate dictarum Regiarum sententiarum, & de exceptione rei judicatę ex dicta Regia sententia Rubi de Marimon resultante, contra Regiam sententiam Nob. de Ribera, quia in dicta causa universali creditorum domus Portas, non obstante exhibitione instrumenti debitorii anni 1608. ex quo partim censuale emanabat, & non obstante exhibitione instrumenti censualis 21. Julii 1617. in quo instrumento expressa mentio fiebat dicti debitorii anni 1608. & legebatur hypothecatus pretenso mansus Portas, qui dicitur fuisse Antonii Portas donatarii, & non obstante quod oppositum fuerat de anterioritate dicti debitorii, scedulis exhibitis in presenti processu fol. 283. in tela, nihilominus Reg. Senat. facto verbo referente Nobili Rubi de Marimon, quo ad interesse dicti Nicolai Solà decidit, & declaravit, tantum esse obligatam ad præstationem censualis Sigismundi Solà, Michaelam Portas, tanquam hæredem Antonii Portas donatarii, & Hieronymi Portas donatoris, & rei principalis dicti censualis, & debitorii, ex bonis dicti Antonii donatarii, propter bis mille libras reservatas per Hieronymum Portas donatorem in donatione, quæ reservatio præsumitur extare apud dictam Michaelam tanquam hæredem donatoris, & donatarii per mediam personam donatarii, his aureis verbis: *Ex bonis verò dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellentia, prædictam insequendo con-*

clu-

*clusionem, etiam obligatam esse ad præstationem censualis Sigismundi Solà Monialium sancti Danieli Gerunde, pretii 500 ₰, & Dorotheæ Camps, sicuti cum præfenti obligatam esse declarat.*

128 En declaratio, & Regia sententia transacta in iudicatum facta ex causa quæ tangit, & vulnerat obligationem censualis, & tangit, & vulnerat bona obligata, & hypothecata dicto censuali, quæ decidit, & declarat dicto censuali Nicolai, & Sigismundi Solà tantum fuisse obligatam dictam Michaellem hæredem donatoris, & donatarii, ex bonis donatoris, & donatarii respectivè, propter duas mille libras tantum reservatas.

129 Igitur cætera bona, quæ fuerunt, aut fuisse dicuntur donatoris, & donatarii per dictam Regiam sententiam declarata fuerunt omnimodè libera à præstatione, seu obligatione dicti censualis Nicolai, & Sigismundi Solà; ita ut pars alia de Masdeu, & Solà non possit amplius agere, nec audiri pro dicto censuali, & pensionibus illius in & super bonis quæ fuerunt principalis debitoris, & rei, nec contra bonatenentes, & minus adversus tutores, & curatores hujus Nobilis partis, tanquam assertos possessores dicti mansi Portas, qui asseritur hypothecatus, cum semper obstet dicta Regia sententia Rubi de Marimon in iudicatum transacta, qua declaratum extitit quod ex bonis dicti Antonii donatarii, tantum erant obligatæ dicto censuali de Masdeu, & Solà, duo mille libræ reservatæ per Hieronymum donatorem reum principalem debitorii, & censualis, ibi: *Tantum propter duas mille libras reservatione contentas.*

130 Particula enim, *tantum*, dictio est taxativa, quæ includit expressa, & reliqua omnia excludit, *l. qui in aliena, §. libertas, ff. de negotiis gest. l. qui cella. §. qui actum de servit. rust. præd. Surd. decis. 291. num. 19. & de alimentis, tit. 1. quæst. 2. num. 2. Cald. de emphyteusi quæst. 11. num. 15. & plusquam viginti authoribus citatis Barbof. decis. 402. num. 2.* Item est dictio, *tantum*, exceptiva, limitativa, restrictiva, & exclusiva, sicut dictio, *tantummodo*, Franch. decis. 123. num. 4. Rota apud Farin. decis. 600. num. 7. & decis. 740. n. 4. part. 2. recentior. Barbof. dicta dictione 402. in numeris relatis, n. 15. & ideo mansus Portas, qui prætenditur fuisse ex bonis Antonii, & Hieronymi, & quod ab illis hæc Nobilis pars illum teneat, & possideat remanebit omninò deliberatus à præfensa hypotheca, & obligatione qua teneri dicebatur dicto censuali de Solà, & pariter remanserunt liberata cætera bona dicti Antonii, & Hieronymi, ab obligatione, & hypotheca dicti debitorii, & censualis præter dictas  
duas

duas mille libras reservatas, existentes penès Michaellam, ut asseritur si, & quatenus declaravit Regia sententia Nob. Rubi de Marimon in iudicatum transacta.

131 Hanc doctrinam in his terminis in jure expressam habemus, deductam ex solidissimis Jurisprudentiæ principiis, nam certum est in jure hypothecariam obligationem esse accessoriam obligationi principali, *l. in omnibus 43. de solut. l. contrahitur 4. l. res hypothecæ 5. de pignor. l. item liberat. 6. quibus modis pig. vel hypotheca sol.* Negusan. *de pignor. 3. par. membro. 1. à num. 8.* Carleval. *de judiciis lib. 1. tit. 2. disp. 1. num. 13.* Barbof. *axiom. 4. num. 3.* sicut accessoria est fidejussoria obligatio, Barbof. *axiom. 4. num. 3.* & accessorium sequitur naturam sui principalis, unus pro cunctis Barbof. *axiom. 4. num. 1.* adeò ut sublato principali corruat accessorium, idem Barbof. maximè in juribus individuis, & inseparabiliter connexis, unde sublata, aut limitata obligatione principali ex causa quæ tangit, & vulnerat obligationem, & bona obligata, hypothecæ fidejussores, & omnia alia accessoria tolluntur, & limitantur juxta principalem obligationem, Gozadin. *conf. 28. num. 27. & seqq.* Ramon *conf. 42. num. 3.* Tusch. *lit. A. conclus. 87. num. 14.* Barbof. *ubi proximè num. 13.*

132 Ex his solidissimis principiis colligitur, quod sententia lata pro reo principali maximè ex causa quæ contingit, & vulnerat bona obligata prodest fidejussori, *l. cum is de fidejussoribus, l. fin. de pact.* Bartol. *ad d. l. fin.* Alberich. *de Rosat. par. 1. statu quæst. 146.* Franc. Marc. *decis. 518.* Pyrrus Maurus Aretin. *in tract. de fidejussoribus sect. 9. §. 15. num. 14. & seqq. & ex text. expressus in l. adversus 29. de receptis qui arbitrium, ibi: Adversus sententiam arbitri fit, si petatur ab eo à quo arbiter peti vetuit, quid ergo si à fidejussore ejus petatur, an pœna committatur? & puto committi, & ita Sabinus scribit, nam à reo petit, & ibi glos. nam per quandam, ut ita dicam possibilitatem à reo petit, cum si fidejussor olvat contra reum actionem habet, Alciat. *lib. 2. disp. cap. 9.**

133 Et eodem modo sententia lata super debito principali inter creditorem, & principalem debitorem influit, & operatur in hypotheca, expressi sunt tex. in *l. si deferente 13. ff. quibus modis pig. vel hypoth. sol.* ibi: *Si deferente creditore juraverit debitor se dare non oportere pignus liberatur, quia perinde habetur, atque si judicio absolutus esset, nam etsi à Judice quamvis per injuriam absolutus sit debitor, tamen pignus liberatur, l. solvitur 5. §. fin. ff. eodem, Salgad. de Reg.*



proteſt. part. 4. cap. 9. num. 192. idem Salgad. labyrinth. credit. part. 3. cap. 1. num. 132. ibi: *Quando quis declaratur per ſententiam creditorem eſſe, ſive creditorem non eſſe, jure vel injuria Judicis ſolvatur, & ſubſiſtet hypotheca reſpective.* Et num. 168. ibi: *Et in ſpecie de ſententia lata ſuper debito principali influat, & operetur in hypotheca ratione per eum tradita, quia res judicata obtenta ſuper principali ex cauſa quæ tangit, & vulnerat bona obligata operatur ſuper acceſſoriis, & inſeparabiliter dependentibus ab ipſa obligatione, & jure principali, videlicet hypothecis juribus, &c. aliàs enim ſequerentur innumera abſurda in jure ſupra expreſſa in num. antecedenti. ex gloſ. in l. adverſus 29. de receptis qui arbitrium, & per Salgad. labyrinth. creditorum, par. 3. cap. 1. num. 179. & 188. longa doctorum ſerie.*

134 Undè reſolvit idem Salgad. ubi ſupra, quod res judicata favore rei principalis contra creditorem obtenta, prodeſt tertio hypothecæ poſſeſſori, & fidejuſſori, etiam ſi in cauſa citati non forent, quæ regula ſi ſibi locum vendicat etiam non citatis tertiis poſſeſſoribus, ut ſuprà meminimus; quanto fortiùs in noſtro caſu, & cauſa Rubi de Marimon, in quo fuerunt conventi anteceſſores hujus Nob. partis, tanquam tenentes, & poſſidentes manſum Portas, & amplius cognitum, & declaratum fuit favore dictorum anteceſſorum Guiamet, & Lledò, & etiam cognitum, & declaratum fuit ſuper juribus cenſualis de Maſdeu, & Solà, viſo, & reviſo inſtrumento debitorii, & inſtrumento creationis cenſualis, in quo expreſſè inveniebatur obligatus, & hypothecatus prætenſus manſus Portas, ut prætenditur.

135 Prætereà, quia poſt dictam Regiam ſententiam Rubi de Marimon, dictus Nicolaus Solà, & pars alia tantum potuit petere dictum cenſuale, & debitorium adverſus Michaellem Portas tanquam hæredem Hieronymi rei principalis, & donatoris, & adverſus bona illius, & Antonii Portas donatarii, propter duas mille libras reſervatas, ut ex Regia ſententia Rubi de Marimon apparet: ergo extincta fuit omnimodè actio contra cætera bona prætenſa reorum principalium, & tertios poſſeſſores illorum non citatos in cauſa, præmaximè contra dictos Guiamets citatos, & liberatos in ea, & nunc adverſus tutores hujus Nob. Pupillæ tanquam tenentes, & poſſidentes aſſertum manſum Portas hypothecatum dicto cenſuali.

136 Aliàs enim ſi Regia ſententia Nob. Rubi de Marimon tranſacta in judicatum, non influeret, & operaretur in ordine ad manſum

sum Portas prætentum hypothecatum, & respectu tutorum, & curatorum hujus Nob. pupillæ, sequeretur unum ex his absurdis, videlicet quod sententia illa Rubi de Marimon, non prodesset dictis conjugibus Portas illam obtinentibus, quod absurdum est, aut quod non noceret Nicolao Solà subcumbenti, aut quod Regia sententia noceret tutoribus hujus partis, & dictis Guiamets, & Lledòs obtinentibus in dicta sententia, quod pariter absurdissimum est.

137 Nam si tutores hujus Nob. partis petentes evictionem adversus hæredes dicti Antonii Hieronymi, Michaellæ, & Mariannæ Portas, ipsi responderent se ratione illius censualis tantum teneri ex bonis Antonii, propter duas mille libras reservatas, juxta tenorem Regiæ sententiæ Nob. de Rubi de Marimon tutores hujus Nob. partis, maxime gravarentur cum haberent frustratoriam, & inutilem evictionem stipulatam contra naturam illius, quod ingens absurdum est, ut sententia ipsis noceat super evictione, de qua tunc casus non venerat.

138 Si verò ratione stipulatæ evictionis hæredes Michaellæ, Mariannæ, Hieronymi, & Antonii condemnarentur ad solvendum, & refarciendum tutoribus hujus partis, quidquid & quantum ratione evictionis pati contingerit, ob condemnationem censualis, & pensionum de Masdeu, & Solà, ratione dicti mansi Portas, sequeretur aliud absurdum, nempe quod propter stipulatam evictionem hæredes Michaellæ, & Mariannæ tenerentur solvere dictum censuale, & nihil eis prodesset absolutio à præstatione dicti censualis obtenta per Regiam sententiam Rubi de Marimon in judicatum transactam contra dictos Masdeu, & Solà promulgatam: & sequeretur quod condemnatio contra Masdeu, & Solà ipsi non noceret, & idem dicendum est, respectu hæredis Antonii, & Hieronymi, ultra quantitatem bis mille librarum reservatarum, quod etiam est absurdum.

139 Hæc absurda ponderavit Consultus in l. adversus 29. ff. de receptis qui arbitrium, ibi: *Quid ergo si à fidejussore ejus petatur, an pœna committatur, & putq committi, & glos. ibi: Nam per quandam ut ita dixerim possibilitatem à reo petit, cum si fidejussor solvat contra reum actionem habeat.* Alciatus lib. 2. disp. cap. 9. nam si à tutoribus hujus partis petit Nicolaus Solà ab omnibus dictis Portas liberatis petit, quia si dicti tutores hujus Nob. partis solvunt, contra omnes dictos Portas insolidum habent actionem. Hæc similima, & alia absurda perdoctè ponderat sapientissimus Salgado *labyrinth. creditor. part. 3.*

cap. 1. num. 197. & 198. & de illis absurdis opposuit pars alia hæredum conjugum Portas ante Regiam sententiam Nob. de Ribera, art. 25. 26. & 27. & aliis oblati 1. Junii 1667. fol. 209. in tela.

140 Resultat ergo ex his omnibus, quod cum per Regiam sententiam Rubi de Marimon sit declaratum tantum teneri, & esse obligatam ad præstationem dicti censualis de Masdeu, & Solà Michaellam Portas, tanquam hæredem Antonii, & ex bonis dicti Antonii donatarii, propter duas mille libras reservatione contentas, ibi: *Ex bonis verò dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellentia prædictam insequendo conclusionem, etiam obligatam esse ad præstationem censualis Sigismundi Solà Monialium sancti Danielis Gerundæ, pretio 500 ₧ Dorothea Camps, sicuti cum præfenti obligatam esse declarat.* Quod extincta fuit omnis actio hypothecaria, & alia quævis pro dicto censuali, adversus tertios possessores bonorum dicti Antonii; maximè adversus illos qui fuerunt citati, & inter quos jus fuit dictum in & cum Regia sententia Rubi de Marimon transacta in judicatum, cui est necessariò standum tamquam faciens jus inter partes, inter quas promulgata fuit ac quod solummodo potest suas actiones dirigere, aut prosequi pars alia de Solà, & Masdeu ratione dicti censualis, & pensionis illius adversus hæredes dicti Antonii, propter duas mille libras reservatione contentas.

141 Et per consequens sententia Nob. de Ribera tamquam posterior, & opposita sententiæ Nob. de Rubi in judicatum transactæ sustineri nequit, & tamquam nulla executioni non est demandanda.

142 Rursus stabiliuntur superius ponderata, nam nullus auctorum Jurisprudentiæ à nobis visus ausus est affirmare, vel asserere posse creditorem post motam litem contra debitorem principalem cum interventu tertiorum possessorum, & latam sententiam, amplius molestare eosdemmet tertios possessores citatos in prima causa, quia confunderentur omnia juris principia, & lites immortalifarentur.

143 Imò verò si creditor obtinuit sententiam adversus aliqua bona ex obligatis, ex quibus posset satisfieri, non potest persequi cætera bona ei obligata, *Surd. conf. 413. num. 19. lib. 3. Oliba, & Montaner de actionibus part. 2. lib. 1. cap. 29. num. 80. in fine*, hæc sunt verba Surdi: *Et ideo videmus, quod etsi creditor: cui bona omnia debitoris sunt obligata agendo hypothecaria ad unam rem non excludatur ab aliis, sed*

possit etiam agere pro aliis, ut per Capyc. decis. 119. tamen si super una re fuerit iudicatum in favorem creditoris, & per illum potest sibi satisfieri non potest variare, idem Capyc. decis. 38. si hæc procedunt in creditore respectu diversarum rerum obligatarum, quanto fortius procedent in parte adversa, cui pro suo credito censuales fuerunt tantum certa bona, & tantum certa persona declarata obnoxia cum Regia sententia, nempe hæres Antonii donatarii propter duas mille libras reservatas, & in necessariam consequentiam cætera bona, & eorum possessores, saltem qui interfuerunt in causa, remanserunt liberati, ut amplius respectu dictorum bonorum, & crediti valeat in iudicio audiri, illorumque possessores, & successores molestare à cætero: maxime cum adversa de Masdeu potuerit instare executionem Regiæ sententiæ de Rubi, propter duas mille libras reservatas adversus Michaelam Portas, tanquam hæredem Antonii donatarii, insequendo tenorem Regiæ sententiæ de Rubi.

144 Tandem etiam respectu anterioritatis dicti debitorii anni 1608. quantitatis 600 ₰, ex quo dimanavit censuale, obstat Regia sententia de Rubi, & exceptio rei iudicatæ ex illa resultans adversus Nicolaum Solà, & partem adversam, quia sententia lata inter creditores oponentes de anterioritate, & privilegio sui crediti, & exhibentes instrumenta in quibus fundatur antellatio, & prælatio dicti sui crediti parit exceptionem rei iudicatæ inter ipsos creditores, etiam quo ad gradus anterioritatem, & prælationem ipsorum, adeo ut amplius creditores non possint agere de gradu, & anterioritate inter se se, nec ad invicem molestari obstante rei iudicatæ exceptione, ut in his terminis magistraliter resolvit Salgado *labyrinth. creditorum*, part. 3. cap. 1. à num. 14. ad 68. præcipuè num. 17. ad 25. ea de ratione, quia sibi ipsi creditor imputet, quare à sententia non supplicavit si sententia ei displicebat, cui non appellando, vel ab ea supplicando consentire videtur, & transit in iudicatum appellare enim debuisti, si sententia vobis displicebat, l. 1. Cod. si sæpius in integr. restitutio postuletur, qui enim à sententia non appellat, videtur illam approbare cum omnibus ejus qualitatibus, & suo facto illam confirmat.

145 Manet ergo à primo ad ultimum firmissimè, & concludenter probatum contrariari inter se se Regiam sententiam Nob. de Rubi, & Regiam sententiam Nob. de Ribera, & per consequens sententiam Nob. de Ribera, tanquam posteriorem, & latam contra sententiam de Rubi transactam in iudicatum, nullam fore ipso jure,

jure, & executioni non esse demandandam, prout petatum fuit medio in integrum restitutionis beneficio implorato, & aliàs omnimodo meliori, & supersedendum fore in executione Regiæ sententiæ de Ribera, in melius commutando, tam dictam Regiam sententiam Nobilis de Ribera, quam Regiam provisionem à qua, medio beneficio restitutionis in integrum adversus eam ab hac Nob. pupilla implorato.

## ARTICULUS V.

*PRIMA OBJECTIO AB ADVERSANTE CICILIÆ MASDEU, & Solà adversus merita restitutionis in integrum adducta, proponitur, & multis responsionibus confutatur, ac extenuatur.*

146. **L**icet ex contrarietate, & repugnantia Regiæ sententiæ Nobilis de Ribera, cum Regia sententia Nobilis Rubi de Marimon in rem judicatam transacta hucusque exposita, & ad animadversa; satis superque liqueat dictam Regiam sententiam Nobilis de Ribera, nequam sustineri, nec exequi posse, & simul remaneant etiam elisæ cunctæ objectiones ab adversante de Masdeu, & Solà oppositæ, recurrendo semper ad tutissimum præsidium exceptionis rei judicatæ, nihilominus distinctis, & separatis articulis, proponentur objectiones ab adversante deductæ, una cum solutionibus, & satisfactionibus, quas ad eas adhibebimus.

### OBJECTIO PRIMA.

147. Prima objectio opposita ab adversante Ciciliæ Masdeu, & Solà adversus merita restitutionis in integrum, ab hac Nob. Pupilla imploratæ consistit, in eo quod Hieronymus Portas instrumento recepto 20. Novembris 1608. firmavit debitorium 600 £ Sigifmundo Solà, ex quibus 600 £, mutuatis junctis cum quantitate 160 £ creatum fuit censuale, de quo agitur pretii 760 £ die 21. Junii 1617. absque novatione, & derogatione priorum obligationum præfati debitorii, & mutui, & sic cum dictum censuale initium, & anterioritatem sumat ab anno 1608. non potest obstare ei donatio facta in capitulis matrimonialibus per dictum Hieronymum Portas, Antonio ejus filio, cum fuerit posterior debitorio, &

mutuo : imò quod potuit Hieronymus Portas donatione non obstante pro solvendo dictum debitorium , & mutuuum 600 £ antè donationi : creare ex post præfatum censuale pretii 760 £ , eique obligare , non solum bis mille libras reservatas , sed cætera bona donata allegando doctrinam Cancerii *part. 1. cap. 9. de dote, n. 185.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 4. cap. 5. num. 5.* Gratian. *discep. foren. discep. 43. num. 31.* & aliorum allegando vulgares regulas, quod omne æs alienum contractum per donatorem solvendum est per donatarium , & de bonis donatis , & quod tantum censeantur donari ea bona , quæ supersunt deducto ære alieno , & quia pro solutione hujusmodi æris alieni ante donationem contracti, potest donator vendere , & alienare de rebus donatis, quemadmodum potest vendere, & alienare pro reservatione sibi satisfacienda , & hæc est prima adversantis objectio.

#### RESPONSIONES AD PRIMAM OBJECTIONEM.

148 Hæc objectio , duas habet partes ; primam , respectu facultatis donatoris circa hypothecandi bona donata ; & secundam , respectu anterioritatis pensionum censualis, de quo agimus ; & exordiendo à prima parte objectionis , illi sic concludenter respondimus ; Sit ergo prima responsio , quod donator facta donatione cum hypotheca , & donatione perfecta , ac re tradita , non potest à jure creare censuale sub obligatione bonorum donatorum ; nam donator donatione perfecta , & re tradita non remanet amplius dominus rei donatæ , nec potest super illam imponere hypothecam , pactum , aut conditionem , Fontanel. *decis. 298. num. 8. cum seq. decis. 46. & 47. & de pact. claus. 4. glos. 5. num. 20.* Olea *de cessio. jur. tit. 1. quest. 6. num. 15.* Ita ut rigore juris attento , non possit donator pro quantitate reservata hypothecare , seu alienare bona donata , Fontan. *decis. 298. num. 14.* ea ratione , quia donator jam dominus non est bonorum donatorum , nec habet jus in bonis donatis , sed tantum ad quantitatem reservatam ; ergo multo minùs poterit donator donatione perfecta rigore juris attento hypothecare bona donata ultra quantitatem reservatam creando censualia.

149 Et dato , quod permittatur donatori donatione perfecta , & re tradita , alienare bona donata , pro exsolvendo ære alieno ante donationem contracto , cum æs alienum solvendum jam fuerit per donatarium ex bonis donatis ; tamen id intelligendum esset , si alic-

alienatio, & venditio rei donatæ fieret à donatore, bona fide, absque dispendio, vel cum minori dispendio donatarii, & bonorum donatorum; secus verò si fieret alienatio, mala fide, & cum magno dispendio, ut in his terminis docet Fontanel. *decis. 298. & decis. 299. num. 21. & 22.* in quibus terminis nos versamur. Nam Hieronymus Portas pro solvendo debitorium 500 ₰ Sigismundo Solà, quod nullum parit interesse, creaverit censuale pretii 760 ₰ stipulando pensiones, & præstationes annuas, in notorium detrimentum, damnum, atque dispendium Antonii Portas donatarii, bonorum donatorum, & habentium causam ab ipso donatario, ex quo resultat mala fides præsentis alienationis censualis factæ à Hieronymo Portas, & invaliditas alienationis, & hypothecæ bonorum donatorum post donationem perfectam, & rem traditam.

150 Nec obstant Cancer, Molina, Gratianus, & DD. allegati per adversantem, quia hi loquuntur de herede gravato, cui permittunt vendere, & creare censualia pro solvenda dote, & inter heredem gravatum, & donatorem, maxima intercedit differentia. Fontanel. *decis. 298. tota.* Nam donator donatione perfecta cum retentione ususfructus, non remanet amplius dominus rei donatæ, Fontanel. *ubi proximè, & de pactis, claus. 4. glos. 3. num. 17.* Xammar *defin. 64. num. 10.* hæres verò gravatus interim dominus est saltem revocabiliter bonorum hæreditariorum. *l. 1. de successio. edict. princ. tit. & §. restricta inst. de fideicom. hered. cum vulgaris.* Prætereà dos ex se parit usuras, & interesse à die matrimonii. *l. vir usuras, ff. de donat. inter.* Fontanel. *claus. 5. glos. 8. part. 15. à num. 19. & claus. 6. glos. 2. part. 4. à num. 3.* Giurba *decis. 72. num. 2. cum vulgaris*, sicut censuale pensiones stipulatas, & sic non gravatur hæreditas fideicommissaria, creando censuale pro solvenda dote, cum tam ex dote, quam ex censuale, interesse, aut pensiones debeantur; attamen mutuum, & debitum simplex nullas parit usuras, nec interesse, censuale autem parit pensiones stipulatas singulis annis; tum etiam quia fideicommissum potest alienari pro solvenda, aut constituenda dote, interesse, & appendicibus. *Auth. resque, Cod. commun. de legat.* Fontanel. *claus. 5. glos. 1. part. 2. Marinis var. resol. lib. 2. cap. 16. & 17. toto*, pro ut quotidie decidit Regius Senatus noster, & sic quid mirum ut possint bona fideicommissi hypothecari censuali creato pro exsolvenda dote; & quod donator è contra non possit hypothecare bona donata, nec intra, nec extra reservationem rigore juris attento; ut docet Fontanel. *decis. 298. num. 9.* & ideo argumen-

tum ab hærede gravato, ad donatorem nullatenus procedit. *151* Et est adeò verum, ut donator donatione perfecta, & re tradita, non possit hypothecare bona donata etiam intra reservationem; ut quamvis Fontanel. *dicta decis. 299.* in principio teneat ex doctrina Sesse, donatorem posse æquitate attendita bona donata intra reservationem hypothecare, tamen Fontanella loquitur ex doctrina Sesse, & Doctores allegati, & adducti per Sesse tale non afferunt, de quo possumus testari nos, qui illos in fonte examinabimus; Doctoribus autem non credimus nisi secundum leges, & DD. quos allegant Galeota *controver. lib. 2. controver. 37. num. 4.*

*152* Denique, quia non desinit non, transire absque magna contradictione inter Doctores, an hæredi gravato liceat pro solvenda dote, imponere censualia super bonis fideicommissi, ut ex eodem Cancer *variar. 1. cap. 9. num. 185.* & ex Doctoribus allegatis per adversantem liquet; & tandem, quia nihil prodesset donatio cum hypotheca, & rei donatæ traditio facta donatario, si donatione, & traditione non obstante, valeret donator pro ejus libito res donatas hypothecare, & obligare creationi censualium; & doctrina Fontanel. *claus. 4. glos. 9. part. 5. num. 24. & 178.* ex qua adversa deducit donatorem donatione perfecta, & re tradita adhuc dominum illius remaneret; nihil ad intentum nostrum facit, & nefas est allegari, nam loquitur de eo qui contrahendo matrimonium, filios ab eo nascituros hæreditat, qui interim dominus permanet bonorum; non verò loquitur de patre, qui filio matrimonium contrahenti omnia bona sua donat retento usufructu, & quantitate ad testandum, qui est casus noster, nam hic amplius dominus non est, ex Fontanella, & Xammar *ubi supra à num. 148.* ex quibus concludenter satisfit primæ objectionis parti.

*153* Secunda responsio ad primam objectionis partem sistit, in eo quod, hic nos præcisè non agimus, an donator donatione perfecta, & re tradita possit ex debitorio, & mutuo antecedenti ad donationem creare censuale, cum repetitione eorundem pignorum, vel vendere bona donata pro exsolvendo ære alieno; necne; sed tantum quærimus utrum donator donatione perfecta, & re tradita, possit noviter hypothecare bona donata sorti, & pensionibus censualis in contractu posteriori, & novante stipulatis necne; inter quas difficultates, magna versatur disparitas, & differentia, quia quantumvis admitteremus donatorem posse creare censuale pro exsolvendo ære alieno ante donationem contracto, quod negamus;



cum nullus auctorum in jure id in donatore admitterit; ad huc non posset talis donator hypothecare bona donata pensionibus dicti censualis; eo quia contractus censualis regulatur cum mero contractu emptionis, & venditionis, Fontanel. *clausf. 4. glosf. 18. part. 2. num. 14.* & venditio rei alienę inter contrahentes mero jure valet, Salgado *labyr. credit. part. 2. cap. 9. num. 74. & 75.* ceterum res aliena nusquam absque domini consensu obligari, & hypothecari valet per expressa jura, in *l. si probaveris 2. l. 4. l. quę prædium 6. & tot. tit. Cod. si res pig. data sit, l. 1. §. 1. & tot. tit. ff. quę res pignor. oblig. l. rem alienam, & l. 41. de pignor. action.* Salgad. *innumeris relatis labyr. credit. part. 2. cap. 9. num. 73.* & hæc est differentia maxima inter rei alienę venditionem, & hypothecam, quod venditio rei alienę valet, sed rei alienę hypotheca non subsistit; Igitur quantumvis permetteretur donatori pro solvendo ære alieno, ante donationem contracto, re tradita, & donatione perfecta creare censuale; quod expressè negamus; adhuc non posset hypothecare bona donata saltem pensionibus in creationis actu stipulatis, quia pensiones in creationis actu stipulatę non sunt æs alienum ante donationem debitum; sed tantum æs alienum post donationem contractum.

154 Exemplo fit res clarior: in præsentem enim censuali pretii 760 £, creato 21. Junii 1617. duę aderant obligationes, prima, & antiqua obligatio erat debitorii 600 £ ante donationem; secunda, & nova obligatio erat additamenti 160 £ ad pretium, & pensionum annualium 38 £ post donationem; undè tantum 600 £ mutui, erant æs alienum ante donationem; atverò additamentum 600 £ pretii, & stipulatio pensionum decurrendarum, erant debitum contractum post donationem perfectam, re jam tradita; ergo ad additamentum pretii 160 £ & ad solutionem pensionum annualium 38 £ post donationem stipularum, neutricam potuit Hieronymus Portas donator donatione perfecta, & re tradita, bona, sub hypotheca filio suo donata, denuo hypothecare, saltem extra reservationem bis mille librarum cum sin æs alienum post donationem contractum, & tunc donator Portas, nec esse dominus, nec possessor illorum.

155 Augetur argumentum, nam Hieronymus Portas convertendo mutuum 600 £ in sortem censualis, & sortem mutui augendo in favorem Sigismundi Solà, cum stipulatione annualium pensionum 38 £; si attentè inspicitur non exsolvebat æs alienum mutui 600 £ dicto Solà ante donationem debitum; sed potius subiciebat,

bat, & obligabat se, ejusque bona novis obligationibus, videlicet, pensionibus annualibus, & additamento 160 ₰ in casu luitionis.

156 Et quod, donator donatione perfecta, & re tradita prohibeatur bona donata hypothecare creditori suo, docuerunt Imperatores Dioclecianus, & Maximianus, in *l. quæ prædium 6. Cod. si res aliena pignori data sit*; his verbis: *quæ prædium in filios à se titulo donationis translatum, creditori suo dat pignori, se magis contrario pignoratitio obligat iudicio, quam quidquam dominis noceat, cum serviana etiam actio declaret evidenter jure pignoris teneri non posse, nisi quæ obligantis in bonis fuerint, & per aliam rem alienam invito domino pignori obligari non posse certissimum est.* Hæc est notissima Imperatorum decisio prohibens parentibus res donatas, & traditas filiis, obligare, & hypothecare; quæ decisio cæsarum juncta cum doctrina Fontanel. *decis. 298. num. 9.* asserentis donatorem rigore juris attento non posse bona donata hypothecare, nec intra quantitatem reservatam; imò neque æquitate attenta, quia Doctores allegati per Sesse, ex cujus auctoritate id docet Fontanel. *decis. 299. in princip.* id neutiquam affirmant, ut superius nos meminimus num 149. extenuat, & infringit primam objectionis partem.

157 Tertia responsio ad primam objectionis partem, omnes amaritudines tollit: nam quidquid sit, an donator pro solvendo ære alieno ante donationem contracto; possit donatione perfecta, & re tradita censuaria creare, bona donata intra, aut extra reservationem hypothecare nec ne; tamen hoc unum est: quod Regius Senatus Cathalonix, sententia facto verbo lata referente Nobili Rubi de Marimon die 14. Novembris 1631. inter Nicolaum Solà patrem Cæciliæ Masdeu, & Solà partis adversæ Magnificum Paulum Guiamet antecessorem hujus Nobilis pupillæ, & conjuges Portas reos principales; & in rem judicatam transacta, declaravit, & decidit, venditionem mansi Portas validam fuisse, Michaellam, & Mariannam ex bonis propriis non esse obligatas censuali partis adversæ, & tandem, declaravit quod ad dictum censuale adversantis de Masdeu, & Solà, ex bonis Antonii Portas donatarii, & Hieronymi Portas donatoris, tantum propter duas mille libras reservatas, erat obligata dicta Michaela Portas tanquam hæres donatoris, & donatarii, ibi: *Ex bonis vero dicti Antonii, tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excelentia prædictam insequendo conclusionem, sententiat, & declarat etiam obligatam esse, ad præstationem censualis Sigismundo solà, monialium Sancti Danielis Gerunda præ-*

iii 500 H, & Doratheæ Camps, sicut cum præsentem obligatam esse declarat; ut supra diximus num. 92. quæ R. sententia cum transitum fecerit in rem judicatam, & de illa oppositum sit in præsentem judicio, ante prolationem Regiæ sententiæ de Ribera; facit in hac causa jus inter partes, extinguit hypothecam præsentem mansi Portas, & obligationem, & præstationem censualis de quo agimus coarctat, & restringit tantum ex bonis Antonii propter duas mille libras reservatas, adversus Michaellam Portas illius hæredem, & matrem, cætera bona domus de Portas à præstatione dicti censualis liberando; & dictæ Regiæ sententiæ Nobilis de Rubi, & Marimon est præcisè, & necessario standum, ita ut amplius audiendæ non sint quærelæ partis adversæ, quare enim, si Regia sententia Nobilis de Rubi, & Marimon ei displicebat, ab ea intra tempus non supplicabat, juxta *l. 1. Cod. si sæpius in integr. restit. postu. ibi: Appellare enim debuisti, si sententia vobis displicebat*, qui enim à sententia non supplicat, aut appellat, videtur illam approbare cum omnibus ejus qualitatibus, & suo facto illam confirmat.

158 Etenim nos rem decisam, & in judicatum transactam habendo evidentiam pro nobis habemus, *cap. vestra de cohabit. clericor. l. is cui, ff. de tutor. & curat. datis ab his, Cæphal. cons. 57. num. 4. cons. 180. num. 1. tom. 1. Jacob. Mandel. cons. 90. num. 5. Federic. de Senis quæst. 31. num. 4. nec aliud est quærendum quam de ipsa sententia, & postquam illa in judicatum transivit, non de illa, sed secundum illam est judicandum, cap. in iis 4. dist. Probus ad Joannem Monach. in cap. Romana de appellat. num. 7. l. qualem, ff. de recep. arbitr. l. si prætor, ff. de judic. l. cum putarem, ff. famil. hercisc. Valenzuela Velazq. cons. lib. 1. cons. 68. num. 25. 28. & 31. & sic postquam in, & cum Regia sententia Nobilis de Rubi, & Marimon decisum fuit, ad præstationem dicti censualis adversantis tantum esse obligatam Michaellam Portas pro reservatione bis mille librarum, nihil aliud est quærendum; sed secundum dictam Regiam sententiam Nobilis de Rubi, & Marimon est judicandum, annullando Regiam sententiam Nobilis de Ribera in hac causa latam tanquam contrariam, & oppositam Regiæ sententiæ de Rubi, & Marimon in rem judicatam transactæ.*

159 *TRANSEAMUS* ad responsionem alterius partis primæ objectionis, quæ objectio nititur in anterioritate pretii, & pensionum censualis, de quo agitur; & prætenditur cum ea, pretium, & pensiones censualis creati 21. Junii 1617. descendere ex debitorio

600 H mutuo 20. Novembris 1608. absque novatione, & derogatione priorum obligationum, & quod quemadmodum debitorium trahit antellationem, ex dicto anno 1608. sic similiter antellationem trahunt pretium, & pensiones censualis creati anno 1617. à dicto anno 1608. juxta regulam juris, quod fors, & pensiones censualis eandem habent anterioritatem, & per consequens non solum bis mille libræ reservatæ, sed cuncta bona donata à Hieronymo sunt obnoxia pensionibus censualis adversantis, cum donatio facta 15. Februarii 1614. sit posterior debitorio anni 1608.

160 Hæc objectio est indigna, ut allegetur coram tam sapientissimo Senatu nostro Regio, cum sit prorsus erronea, & contraria juris rudimentis, & opposita facto, & ipsismet instrumentis ab adversante exhibitis, ut ex sequenti responsione patefiet juris tiro-nibus.

161 Nam licet regulariter verum sit, quod creditor anterior pro sorte, habeat eandem anterioritatem pro interesse, & pensionibus, eademque anterioritas sit sortis, interesse, & pensionum; unus pro cunctis Carleval *de jud. lib. 1. tit. 3. disp. 35. num. 49.* Salgad. *labyr. credit. part. 2. cap. 27. num. 70.* cæterum hæc juris regula tantum habet locum, quoties interesse, & pensiones oriuntur, & proficiuntur ex eodem fonte, seu contractu, ex quo oritur, ac proficitur fors principalis propter unitatem obligationis primordialis, Salgado *ubi supra num. 70*; si verò ex diverso fonte, aut contractu nascuntur fors, interesse, aut pensione, eo tunc nusquam pensiones, & interesse habeant, eandem anterioritatem, sortis principalis.

162 Ex qua theorica, omnes Doctores à nobis perlecti unanimiter, & absque contradictore, docent quod quoties ex mutuo, v. g. creatur censuale, cum protestatione non novandi, dantur duo contractus, nempe contractus mutui primitivus, in censuale transfatus, & contractus censualis secundarius, ex mutuo creatus; & in hoc casu pensiones dicti censualis creati ex mutuo, tantum anterioritatem, & prælationem habebunt à die secundi contractus, & creationis censualis, in quo die stipulantur, & ex quo die tantum incipiunt deberi; Licet pretium, & fors censualis tanquam à primitivo contractu mutui descendens antellationem habeat à die contractus mutui; inter quos Doctores adest doctissimus Carleval. *de jud. lib. 1. tit. 3. disp. 35. num. 50.* Rodoerius ad Marinis *cap. 76. num. 8.* Marinis *remissivè lib. 2. var. resol. cap. 126. in fine*, favet acutissimus Mesa *var. resol.*

*resol. lib. 1. cap. 18. num. 2. 3. 4. 14. & ferè per totum; Mantica de taci-*  
*citis, & ambig. tom. 1. lib. 11. tit. 31. num. 25.*

163 Hic conducunt, quæ ab omnibus DD. traduntur circa re-  
 petitionem pignorum prioris contractus in secundo contractu, quæ  
 semper intelliguntur in omne id tantum quod debeatur ex primo  
 contractu, non verò in plus, per expressissima jura in *l. creditor qui*  
*prior 12. §. si idem, l. si prior 18. l. querebatur 21. ff. qui potiores in*  
*pignor. habeantur, l. 15. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solvat, l. pupilli*  
*96. §. cum eodem tempore, ff. de solution. celebris text. in l. 3. qui po-*  
*tiores in pig. & ibi glos. in verbo novatione, ibi: Per quod videbatur,*  
*quod secundus creditor, cui inter primum contractum, & hunc secundum,*  
*prima pignora erant obligata esset prior; quod removet hic, quantum est*  
*in primis pignoribus, & pecunia primo super his data, non autem in plus.*  
*Salgad. labyrint. credit. part. 3. cap. 13. §. unico à num. 87. ad 98.*

164 Hinc fit, quod quamvis pretium 760 £, & pensiones cen-  
 sualis partis adversæ creati 21. Junii 1617. descenderent ex debi-  
 torio 600 £ mutuato anno 1608. absque novatione, & derogatio-  
 ne priorum obligationum; & mutuum, seu pretium dicti censualis  
 quo ad 600 £ anterioritatem sumat à dicto anno 1608. nihilomi-  
 nus 160 £ additamenti pretii censualis, & pensiones illius solum  
 anterioritatem sumere valent à die 21 Junii 1617. in quo fuit crea-  
 tum censuale prædictum, & extitit translatum mutuum 600 £ in  
 censuale, licet quo ad mutuum 600 £ numeretur antellatio, & præ-  
 latio à dicto anno 1608. quia in hoc casu pars fortis censualis, &  
 pensiones, non proficiscebantur ex eodem fonte, obligatione,  
 aut contractu, ex quo proficiscuntur sexcentum libræ fortis mutui;  
 nam sexcentum libræ fortis mutui oriuntur ex contractu mutui ce-  
 lebrati anno 1608. & additamentum pretii 160 £, ac pensiones  
 censualis, oriebantur ex secundo contractu censualis creati 21. Ju-  
 nii 1617.

165 Faciamus hanc theoricam evidentiore aduersanti; Nam  
 ante diem 21. Junii 1617. & ante creationem censualis; pensiones  
 dicti censualis nondum debebantur, nec stipulatæ extiterant, aut  
 promissæ; imò nec erant in rerum natura, & non entis nullæ sunt  
 qualitates; & solum stipulatæ fuerunt, ac extiterunt promissæ die  
 21. Junii 1617. in qua die fuit creatum censuale, & mutuum exti-  
 tit conversum in censuale; & tantum deberi cæperunt prædictæ  
 pensiones à dicto die 21. Junii 1617. ad unum annum subsequen-  
 tem; ergo tantummodo pensiones censualis aduersantis anteriori-  
 tatem

tatem sumere possunt à die 21. Junii anni 1617. à quo die promissæ, & stipulatæ fuerunt, & à quo anno deberi ceperunt.

166 Exemplo fiet res clarior, si quis ponamus ex pensionibus censualis creati anno 1608. decursis usque ad annum 1617. crearet in anno 1617. aliud censuale, absque novatione (quod in Cathalonia licet) quis auderet affirmare, pensiones decursas à secundo censuali anni 1617. habere eandem anterioritatem, quam habebant pensiones decursæ primi censualis quæ sunt pretium secundi censualis? nullus qui jura novit, qualeque quale lumen naturæ habet, itaut pensiones à cætero decurrendæ censualis anni 1608. & pensiones ex quo fuit creatum censuale anno 1617. semper essent priores, quam pensiones decurrendæ à censuali anni 1617. eo quia proficiscuntur, & oriuntur pensiones hæ ex diversis contractibus, & censualibus; ergo sic similiter, fors mutui in censuale conversa, semper erit potior, quam pensiones censualis, & hæ posteriores, cum censuale descendat ex die mutui, & pensiones ex die creationis censualis.

167 Sed cur fatigamur, & fatigamus Lectores, in probando pensiones censualis adversantis solum deberi, & anterioritatem sumere ab anno 1617. juribus, Doctoribus, & exemplis, si in probationem hujus veritatis habemus probationem probatam in eodemmet instrumento creationis censualis adversantis recepto 21. Junii 1617. & exhibito per adversantem in processu fol. 13. in tela, in quo hæc leguntur verba, ibi: *Quia teneor vobis Sigismundo Solà Not. pub. Gerundæ in sexcentum libras monetæ Barcin. causis, & rationibus in debitorio per me vobis firmato penès Not. infrascriptum 20. Novembris 1608. Et ibi: Ideò gratis, & ex certa scientia, sine tamen dicti debitoris, & obligationum in eo contentarum dissolutione, & earum confusione, &c. vendo, &c. triginta octo libras monetæ Barcin. platæ annuales, rendales, censuales, atque perpetuales de censali mortuo vulgariter nuncupato, quas dictis nominibus impono, onero, &c. quasque dictis nominibus solvere promitto à die præsentis ad sex menses 19 ₰, & à die præsentis ad unum annum aliàs 19 ₰, & sic deinde anno quolibet de medio, in medium annum. Et ibi: Volens quod per hujusmodi venditionem non fiat aliquod præjudicium, novatio, seu derogatio tacita, nec expressa in dicto debitorio, nec contentis in eo, &c.*

168 Ex quo instrumenti tenore, duo depromuntur; primum est, protestationem non novandi solum fuisse conventam pro debitorio 600 ₰ mutui (imò nec in plus poterat pacisci;) secundum est,

est, pensiones dicti censualis 38  $\text{℥}$  solum solvi promissas fuisse à die firmati contractus censualis ad unum annum : ergo pensiones censualis ab adversante petita in hac causa huic Nobilis Pupillæ tantum sumere possunt anterioritatem à die 21. Junii 1617. & creationis illius, quidquid sit de anterioritate sexcentum librarum mutui, conversi in partem fortis præfati censualis.

169 Qua illatione supposita, est quoque supponendum; partem adversam de Masdeu, & Solà in præsentem lite tantum petuisse, & petere potuisse pensiones decursas dicti censualis, & Regiam sententiam Nobilis de Ribera, etiam tantum condemnasse hanc Nobilem Pupillam ad solutionem pensionum; quorum omnium ratio est, quia emptor censualis, solum est creditor pensionum, & venditor censualis, tantum est pensionum debitor, non verò fortis principalis, vel pretii, *Olea cess. jur. tit. 4. quæst. 2. num. 30. in fine. Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 18. par. 5. num. 10.* idque adeò certum est, quod quoties ex mutuo creatur censuale, etiam absque novatione, jam amplius nequit creditor petere sortem mutui in censuale translata. *Cancer var. 3. cap. 13. num. 371. in fine, Amato var. resol. part. 1. resol. 50. num. 34. vers. Ponamus pro exemplo;* quia fors mutuata definit per necessè, esse mutui, & fit pretium censualis, contra cujus naturam est sortem peti, *Olea cessio. tit. 4. quæst. 2. n. 30. Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 18. part. 5. num. 10.* & protestatio non novandi adjecta, non impedit, quod ex necessaria juris dispositione, & ex incompatibilitate contractuum resultat, *Fontan. claus. 6. glos. 2. part. 6. num. 39. cum sequent. Amato ubi supra num. 19. Mesa var. resol. lib. 1. cap. 40. num. 23.* cum protestatio non novandi, tantum operetur quo ad temporis anterioritatem quantitatis, seu fortis mutui, conversæ in censuale. *Amato var. resol. lib. 1. resol. 50. n. 20.*

170 Ex qua firmissima juris suppositione, & ex hucusque ponderatis, sequentes exaurimus illationes, cum quibus claudimus responsionem ad primam objectionem, & præsentem articulum. Prima illatio sit, quod in præsentem lite tantummodo agimus, & agere possumus de pensionibus præfati censualis creati anno 1617. & sic de nihil alio est curandum quam de anterioritate illarum. Secunda illatio sit, quod pensiones dicti censualis creati anno 1617. tantum anterioritatem sumere valent à dicto anno 1617. in quo extitit censuale creatum, quidquid sit de sorte mutui, & censualis. Ex qua secunda illatione resultat, & alia illatio, videlicet quod donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta per Hieronymum

Portas Antonio Portas illius filio in capitulis matrimonialibus die 15. Februarii 1614. sub hypotheca omnium bonorum erit prior, & potior in bonis donatis sub hypotheca extra reservationem saltem; quam pensiones censualis adversantis creati anno 1617. post perfectam donationem, & rem traditam. Sit quarta illatio, quod tam Antonius donatarius, quàm Marianna Portas, & Sunyer illius uxor pro dote, & tertii possessores habentes causam à dicto donatario, & uxore illius, in dictis bonis donatis præferuntur, & debent præferri; pensionibus dicti censualis anni 1617. & ipsi adversanti de Masdeu, & Solà actrici. Sit & quinta illatio, quod Hieronymus Portas pensionibus censualis creati anno 1617. non potuit hypothecare bona jam donata, & tradita ab anno 1614. saltem extra reservationem.

171 Ac pro coronidè nostri articuli resolvimus, ad solutionem pensionum dicti censualis adversantis creati anno 1617. tantum esse obligatas bis mille libras in donatione reservatas, tam ex eo quia donatio ista anni 1614. cum hypotheca, fuit prior quam stipulatio pensionum, & creatio censualis anni 1617. quam quia ita extitit formiter provisum, & declaratum facto verbo in Regio Senatu, in & cum Regia sententia Nobilis Rubi de Marimon lata 14. Novembris 1631. transacta in iudicatum, ibi: *Ex bonis verò dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellen. prædictam insequendo conclusionem, sententiat, & declarat etiam obligatam esse ad præstationem censualis Sigismundi Solà Monialium sancti Danielis Gerundæ, pretii 500 ₰ & Dorotheæ Camps, sicuti cum præsentem obligatam esse declarat.* Absque eo quod adversa de Masdeu, & Solà amplius possit prætere uulla aliqua bona esse obnoxia dicto censuali, quam dictas bis mille libras reservatas; nec possit amplius opponere de imaginaria anterioritate pensionum dicti censualis. Obstante semper ei exceptione rei iudicatæ, Regiæ sententiæ Nobilis de Rubi, & Marimon, quia sententia lata inter creditores opposcentes de anterioritate, & prælatione sui crediti, in rem iudicatam transacta parit exceptionem rei iudicatæ, etiam quo ad gradus anterioritatem inter ipsos creditores, ut magistraliter resolvit Salgado *labyr. credit. part. 3. cap. 1. à num. 14. ad 68. præcipuè n. 17. & 25.* & nos supra firmavimus n. 144. videant nunc lectores quam confutata, & extenuata remanet prima adversantis objectio.



## ARTICULUS VI.

SECUNDA OBJECTIO ADDUCITUR AB ADVERSANTE  
Cicilia Masdeu, & Solà; & illi concludenter satisfit.

172 **C**icilia Masdeu, & Solà objicit secundo contra merita restitutionis imploratæ, & exceptionis rei judicatæ oppositæ, asserens exceptionem rei judicatæ esse dilatoriam, & opponi deberi infra octo dies post reproductionem, ex *Cancer var. 3. cap. 17. num. 13. Fontanel. decis. 132. num. 2.* & cum non constet exceptionem rei judicatæ resultantem ex Regia sententia Rubi de Marimon, fuisse oppositam suo debito tempore; quod nulla est habenda ratio de dicta exceptione rei judicatæ, resultante ex Regia sententia Rubi de Marimon.

## PRIMA RESPONSIO.

173 Secunda ista objectio quamplurimis responsionibus, & solutionibus confringitur, quarum prima fundatur, in eo quod; exceptio rei judicatæ ex sua propria natura, est exceptio peremptoria, textus est expressus, & rotundus qui cavillari non potest *in l. exceptiones 3. ff. de exception. ibi: Exceptiones aut perpetuæ, & peremptoriæ sunt, aut temporales, & dilatoriæ; perpetuæ, atque peremptoriæ sunt, quæ semper locum habent, nec evitari possunt, qualis est doli mali, & rei judicatæ, & si quid contra leges, Senatusve Consultum factum esse dicetur: & ibi interpretes omnes cap. 1. de litis cont. estat. in 6. ubi Canonistæ Pichard. ad §. appellant. 8. inst. de exception. num. 3. Maranta in prax. part. 6. membro 9. num. 12. Galup. in prax. part. 2. cap. 13. num. 1. Muscatel. in prax. part. 4. in princ. glos. peremptoriæ. Sesse de inhibit. cap. 5. §. 1. num. 11. cum seq. Mastril. decis. 148. num. 35. Perez de Lara in tract. de vita hominis, cap. 25. num. 28. Pareja de instrum. edit. tit. 1. resol. unica, num. 54. Molina de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 39. & ibi additionator, Paz in praxi part. 1. tom. 1. temp. 7. num. 17. Pichard. in manudic. ad praxim part. 1. precept. 3. num. 11. Afflict. lib. 3. Const. Neapol. rubr. 17. Cæsar Ursin. ad Afflict. decis. 271. num. 3. Rebuffus in tract. de except. num. 240. Trentacinq. lib. 2. pract. resolut. tit. de exception. resol. 1. Burfatus conf. 291. in princ. Petrus Gregorius syntagmat. cap. 17. num. 8. Zangerius de except. part. 3. cap. 19. num. 3. cum aliis innumeris, adeò ut nullus Auctorum quem videri-*

mus asserat, exceptionem rei judicatae non esse peremptoriam.

174 Exceptiones autem peremptoriae perimunt omne jus actoris, perpetuae sunt, semperque locum habent, nec evitari possunt. *dict. l. exceptiones 3. de except. ibi: Quae semper locum habent, nec evitari possunt, §. appellant, inst. de except. & ibi Pichard. num. 3. cap. 1. de litis contest. in 6. ubi glos. verb. peremptoriae, Maranta ubi supra, cum Doctoribus supra citatis, Petrus Gregorius syntagmat. cap. 17. num. 18. Camillus Borrel. in summa decisionum, tit. 48. de except. num. 16. Et exceptiones peremptoriae ejus naturae sunt, ut in quacumque parte judicii usque ad ipsam sententiam opponi valeant, d. l. exceptiones 3. ff. de exception. ibi: Quae semper locum habent, textus in l. peremptoriae 2. Cod. sentent. rescind. non posse, Pichard. ad §. appellant 8. inst. de excep. Paz in praxi tom. 1. part. 1. tempor. 7. num. 17. Maranta ubi supra, Carleval de judiciis, lib. 1. tit. 2. disp. 5. num. 5. multis citatis.*

175 Et quamvis exceptio rei judicatae à multis Doctoribus appelletur exceptio anomala, ut videre est apud Marantam, Carleval ubi sup. num. 4. Larream decis. Granat. tom. 1. disp. 40. num. 16. Attamen id non est, quia exceptio rei judicatae ex sui propria natura sit dilatoria, & non peremptoria; sed tantum ideo dicitur anomala, quia exceptio rei judicatae potest opponi uti dilatoria ante litem contestatam, & post litem contestatam tanquam peremptoria, Cancer variar. 3. cap. 18. num. 91. & quid valde diversum est aliquam exceptionem esse dilatoriam, & aliud est, posse opponi tanquam dilatoriam; exceptio enim rei judicatae nunquam est dilatoria, sed semper, semperque est exceptio peremptoria, ex sua natura, & propriissima essentia, Maranta ubi supra num. 13. Carleval de judic. ibidem num. 23. in fine, quamvis privilegiis dilatoriae exceptionis gaudeat, & ob id anomala nuncupetur.

176 Haec adeò vera sunt, ut exceptio rei judicatae uti dilatoria opposita, & rejecta; nihilominus valet opponi tanquam peremptoria, Larrea decis. Granat. lib. 1. disp. 40. num. 16. Salgad. labyrint. credit. part. 3. cap. 1. num. 61. multis adductis Pareja de instrum. edit. tit. 4. resol. unica, §. 2. num. 54. & haec est mera veritas; & cum effectus praecipuus exceptionis rei judicatae sit, finem controversiae imponere, & jus agentis perimere, semperque opponi posse, & locum habere, toties quoties opponitur, l. 1. de re judic. d. l. 3. ff. de except. Pareja de instrument. edit. tit. 2. resol. 6. spec. 4. num. 216. multis relatis, sicut & primarius effectus est reliquarum exceptionum

peremptoriarum *d. l. 3. ff. de except. §. apellant, inst. eodem*, cum supra citatis, semper & toties quoties opponetur effectum suum necessarium debet operari, hoc est in totum perimere jus agentis, Aureus Maranta *in praxi part. 6. membr. 9. num. 11. & 15.*

177 Quæ enim sententiæ, (ne dicam opinio) quod exceptio rei judicatæ est peremptoria, juri communi, & communi Doctorum, & Senatum voto est conformis, ut ex *d. l. exceptiones 3. ff. de except. cap. 1. de litis contestat. in 6. fatetur Carleval dicta disput. 5. num. 23.* Et nos in Cathalonia ab ea sententia non licet recedere cum per jura patriæ *in cap. 40. Constit. anni 1599.* caveatur deficientibus patriæ legibus, judicandum fore secundum jus Canonicum, & in defectum juris Canonici secundum jus Civile, meritissimus Jurisprudentiæ Parens Don Michael de Cortiada *decis. 24. num. 185.* Ergo exceptio rei judicatæ, est exceptio perpetua, & peremptoria, semperque locum habet, semperque opponi valet, nec evitari potest; quæ consequentia, & illatio est desumpta ex verbis textus *in dic. l. exception. 3. ff. de exception. ex quibus satisfit primo dictæ objectioni adversantis.*

### SECUNDA RESPONSIO.

178 Secunda responsio infringit secundam objectionem adversantis, eo quia, Pupillus Emanuel Guiamet, (adversus quem præfens lis introducta extitit) per cujus mediam personam hæc Nobilis pupilla, successit in vinculo, schedula oblata 9. Junii 1637. formiter, & omni meliori modo cum clausulis salutiferis opposuit in præfenti lite, & judicio, exceptionem rei judicatæ resultantem ex Regia sententia Rubi de Marimon, facto verbo lata 14. Novembris 1631. his formalissimis verbis, ibi: *La qual es passada en cosa judicada, & parit exceptionem rei judicatæ in hoc judicio, de la qual excepcio oposa esta part formiter, & omni modo meliori.* Et ibi: *Demnant que de tot sen haze la deguda raho, y prot.* Quæ schedula legitur fol. 65. 66. & 67. in tela; Cui oppositioni exceptionis rei judicatæ à dicto pupillo Emanuele Guiamet factæ, nullatenus contradictum fuit per Nicolaum Solà actorem, & patrem adversantis, sed tantum

### NOTA.

Hæc autem procedebant jure veteri, atamen jure novo ad Principem recurrendum est, & servari debent ea quæ statuta sunt Regio Phelipi V. die decimo sexto Januarii anno millesimo septingentesimo decimosexto sive auto acordado decimosexto *titul. 2. libr. 3. Collectio nis Regiarum Constitutionum Hispania idemque observari oportet in his que in hoc opere dicta sunt de ritibus, & stilo Audientie veteris Cathalonia que ad novam formam pænitus redacta fuit, & hoc jure utimur.*

responsum, & replicatum fuit, dictam exceptionem non procedere, neque obstare; quin contradiceret oppositioni exceptionis, ut apparet in processu fol. 68. in tela; & in viam juris, quoties actor, non se opponit, nec contradicit oppositioni exceptionis, censetur adherere dictæ oppositioni exceptionis, quamvis non se adherat meritis, & iustitiæ exceptionis oppositæ, ut multis citatis docet Ripoll ad Peguer. *in praxi rub. 9. num. 56. de textu in cap. ex parte Deciani de rescriptis*, Bartol. *in l. non utrique, ff. de exception.* Anton Gabriel *de regul. juris*, Marti. Uranio *in cap. venerabilis de exception. num. 8. & seq.* refert Cancer *var. I. cap. 18. num. 14.* aliud enim est exceptionem rectè opponi; aliud verò est, exceptionem rectè semel oppositam, non urgere, neque procedere, ut per se patet.

179 Et adeò verum est, partem adversam Nicolai Solà patris adversantis, & ipsamet partem adversantis nusquam contradixisse oppositioni rei judicatæ; ut non obstante, quod conjuges Portas, & Bagurs articulo 6. ex oblatiis 1. Julii 1667. fol. 204. & 205. in tela, opposuerunt de eademmet exceptione rei judicatæ resultante ex Reg. sententia Rubi de Marimon, nihilominus non contradixit adversans dictæ oppositioni.

180 Rursus hæc Nobilis pupilla articulis oblatiis 1. Julii 1667. opposuit de dicta exceptione rei judicatæ, referendo se ad primam oppositionem de dicta exceptione factam sub die 9. Junii 1637. fol. 65. ad 67. in tela; in & cum articulo 2. ibi: *Posa, que à la pretensió de la part altra obsta plenariament lo que està ja dedubt en proces en exclusió de la pretensió de dit Solà, y es ver.* Et in initio dictorum articulorum reproduxit, hæc Nobilis pars omnia procedimenta hucusque facta in causa si & quatenus, ibi: *Reproduhint tots los procehiments fins assifets, si, & in quantum, &c. Citra binam, cum clausulis salutiferis, justitiæ complementum ministrari omni modo meliori formiter, &c.* quarum clausularum vis efficax est ad validandam cujusque exceptionis oppositionem, ad latè tradita per Ripoll ad Peguer. *in praxi rubr. 8. num. 32. & 36. cum seqq.* Barbosa *claus. 95. tota, & num. 30. & claus. 76.* quæ oppositiones, protestationes, reproductio- nes, & salvitates necessariò erant intelligendæ, de dicta oppositio- ne exceptionis rei judicatæ, ac de ipsamet exceptione rei judicatæ; cum antecedenter ad Regiam sententiam Nobilis de Ribera in hac causa latam, nihil aliud fœrme præter dictam exceptionem rei judicatæ extiterit oppositum adversus prætensionem adversantis de Masdeu, & Solà; quibus omnibus toties repetitis oppositionibus

exceptionis rei judicatæ, tam ante, quàm post denunciationem processus, nusquam legimus in processu contradixisse adversantem de Solà, & Masdeu, & Solà; igitur adhæsit pars adversa de Masdeu, & Solà oppositioni dictæ exceptionis rei judicatæ, & sic nullatenus quæri potest, vel objicere contra dictam oppositionem, sed tantum super meritis exceptionis, utrum ne ex Regia sententia Nobilis Rubi de Marimon transacta in judicatum, resultat exceptio rei judicatæ adversus sententiam Regiam Nobilis de Ribera necne; pro ut nos resultare evidenter probavimus supra.

### TERTIA RESPONSIO.

181 Sit tertia responsio, quod exceptio dilatoria si à parte opponatur post lapsum termini octo dierum, & pars non opponat de lapsu termini, tenetur Judex super illa declarare, nec eam potest ex officio repellere, ut ex Jason. *ad l. admonendi, ff. de jurejurand. num. 12.* & in *l. universa, Cod. de precibus Imperat. offeren.* & aliis observavit Eruditus Oliba *de action. part. 1. lib. 3. cap. 4. num. 26.* & ex Oliba adnotavit Regius Senator D. Petrus de Amigant in *noviss. addit. ad Peguer. in praxi rubr. 24. num. 55.* & hanc theoreticam illustravit cum Regia decisione nostri Senatus, hæc sunt verba Nobilis de Amigant, ibi: *Quod aliter procedit, si exceptio dilatoria opponatur post lapsum terminum octo dierum, & à parte non opponatur de lapsu termini, quia tunc tenetur Judex super illa declarare, nec eam potest ex officio repellere, Oliba de action. part. 1. lib. 3. cap. 4. à num. 24. pag. 424. tom. 1.* & fuit decisum referente Magnifico Michaelle Alegre sententia lata 4. Februarii 1662. in causa Hyacinthi Riera, & Pinosa, contra conjuges Valls, & Soler, Not. Bas, cum qua fuit commutata provisio denunciationis processus facta per Magnificum Josephum Aleny, & declaratum quod ante omnia super exceptione dilatoria jus diceretur. Hæc Amigant.

182 Ergo, quamvis exceptio rei judicatæ esset dilatoria, quod falsissimum est, & deberet opponi intra octo dies, quod æquè est falsissimum, tamen cum dicta exceptio rei judicatæ opposita fuerit in hac causa scheda 9. Junii 1637. formiter, & omni modo meliori, & in aliis actitatis processus, præsentis causæ, ut ex dictis in secunda responsione, & supra à *num. 100. ad num. 104.* liquet; & à parte de Masdeu, & Solà non extiterit oppositum de prætenso termini lapsu; nihilominus Judex non potuit ex officio dictam exceptionem rei judicatæ repellere, sed tunc, & nunc tenebatur super illa declarare; ac per consequens inutilis, y frustratoria est dicta

objectio adversantis, contra nostram nullitatem Regiæ sententiæ Nobilis de Ribera, fundatam in exceptione rei judicatæ.

QUARTA RESPONSIO.

183 Hæc quarta responsio rem clariorem reddit, nam ut sententia lata adversus alteram sententiam in rem judicatam transactam, si nulla, sufficit ut de dicta prima sententia in rem judicatam transacta opponatur à parte; antequam secunda sententia contraria proferatur, ut expressè docet Sebastianus Vantius *de nullitat. senten. nullitate ex defectu process. num. 125. ibi: Et quoniam sententia quæ in judicatum transivit in eadem causa, & inter easdem partes facit jus: propterea si talis exceptio rei judicatæ opposita fuerit, & probata: & ea non obstante Judex adversus illam sententiam contrariam proferat, perinde ac si foret contra jus expressè lata, non valebit, ut in l. 1. in princ. ff. quæ sen. sine appellat. rescind. l. post sentent. Cod. de sentent. l. 1. Cod. quando provoc. non est necesse, est communis opinio Doctorum, ut asserit Franc. in c. dilecto, q. 41. de appellat. & quod sit communis asserit etiam, & comprobat Felin. in c. inter monasterium, ubi latissimè post alios hoc disputat in col. 7. vers. Regulariter de re judic. & idem attestatur Alexan. in cons. 53. quæritur col. 4. lib. 5. & Deci. in cons. 295. in causa istorum col. 2. vers. Prædicta tamen, l. 2. declarat. Aretin. cons. 73. diligenter col. 1.*

184 Nec omittenda in proposito aurea verba Jacob. Anton. de Mauro allegat. 38. num. 1. ibi: *Maximè quia idem Tribunal, quod primas sententias, & decreta dederat notitiam habuit de eis ante prolationem secundæ, cum eisdem pluries pro parte ipsorum civium fuerit oppositum, quo casu sententia secunda redditur ipso jure nulla, ita punctualiter Anton. de Butr. cons. 27. in princ. visis punctis, & quæsitis Feli. ubi sup. multa allegat; Et immediatè prosequitur his verbis: De qua nullitate, quia non est aliquid in contrarium, & in jure est manifestè verum, aliter me non extendo. Concordat additionator ibidem: Quod sententia contra sententiam sit nulla ultra allegata concordat Joan. Vincent. de Anna allegat. 26. num. 4. usque ad fin. & Senat. Pedamont. Octavi. Cacherani in decis. 1. num. 49. ubi dicit hoc procedere si prima sententia allegetur, & producat, aliàs non.*

185 Eidem sententiæ subscribunt Baldus in l. 1. Cod. quando provoc. non est neces. col. 2. num. 3. vers. Ex prædictis, Franc. in cap. 63. num. 12. de appellat. Felinus in cap. inter monasterium 20. de sentent. & re judicat. num. 23. Valeron de transact. tit. 2. q. 4. num. 18. multis citatis claudit agmen noster Cancer var. 3. cap. 17. n. 27. ibi: *Nam ut valeat sententia, jure sententiæ contra sententiam in rem judicatam*

tran-

*transactam*, tria requiruntur, ut causa committatur uti Judici primo, secundo, ut parte non opponente de injustitia primæ sententiæ cognoscatur tertio, &c. Et cum sine lege loqui erubescamus, recurrimus ad Marcellum in l. duobus 19. ff. de except. rei judicata, ibi: *Duobus diversis temporibus eandem rem pignori dedit: egit posterior cum priore pignoratitia, & obtinuit mox ille agere simili actione instituit; quæsitum est an exceptio rei judicatæ obstaret? si opposuerat exceptionem rei sibi ante pignorata, & nihil aliud novum, & validum adjecerit sine dubio obstabit, eandem enim quæstionem revocat in judicium.*

186 Ergo cum Pupillus Emanuel Guimet schedula 9. Junii 1637. formiter, & omni modo meliori exceptionem rei judicatæ Regiæ sententiæ Rubi de Marimon opposuerit, Regiamque sententiam exhibuerit, illamque opposuerint, & reproduxerint hæc Nob. Pupilla, conjuges Bagurs, & Portas, ut ex dictis num. 100. ad 104. & in secunda responsione evidentissimè liquet; necessariò nulla, annullandaque venit Regia sententia Nob. de Ribera tanquam contraria primæ Rubi de Marimon in judicatum transactæ.

#### QUINTA RESPONSIO.

187 Quinta responsio ampliationem continet ad superiora, nam interpretes omnes supetius adducti num. 98. quibus addendi sunt Doctores allegati, & sequuti à sapientissimo D. Michaelle de Cortiada Regio Senatore decis. 12. num. 43. & 44. de textu in l. i. Cod. quando provocare non est necesè, l. post sententiam, Cod. de senten. & interlocut. omni. Jud. l. 1. ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind. uno ore fatentur, & resolvunt sententiam contra sententiam in rem judicatam transactam esse ipso jure nullam; & merito nam littera textus in dict. l. 1. Cod. quando provoc. non est neces. apertissima est, ibi: *Latam sententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod contra res prius judicatas, à quibus provocatum non est lata sit; quibus rei probationem si promptam habetis, etiam citra provocationis adminiculum, quod ita pronunciatum est, sententiæ auctoritatem non obtinebit.* Ex cujus textus littera, & communi sententia Doctorum inferri possumus non ineptè, igitur ut secunda sententia lata contra primam sententiam in judicatum transactam non teneat, sufficit ut post prolationem secundæ sententiæ, in promptu probetur, hanc secundam fuisse latam adversus sententiam primam in judicatum transactam; Ergo ut sententia lata contra alteram sententiam in judicatum

catum transacta, nulla sit, non requiritur ut ante prolationem secundæ sententiæ opponatur de exceptione rei judicatæ; sed sufficit ut post prolationem secundæ sententiæ probetur hanc fuisse prolatam adversus aliam sententiam in judicatum transactam; ergo oppositio exceptionis rei judicatæ toties in hac causa facta, ante prolationem sententiæ Nobilis de Ribera superabundat, nec necessaria erat, ut Regia sententia Nobilis de Ribera annullaretur, & sententiæ auctoritatem non obtineret.

188 Quæ sanè illatio legitima est, & valde consona juris principiis, nam sententia lata contra sententiam in rem judicatam transactam est ipso jure nulla, etiamsi in secunda sententia partes consenserint expressè, cum nec consensu partium fieri possit, ut secunda sententia contra primam sententiam valeat, glos. in *l. diversa*, verb. *agi*, Cod. de *transact.* quam sequuntur Bartol. *ibidem* num. 4. Bald. num. 2. Alex. collat. 2. num. 3. idem Bartolus à nobis originaliter examinatus in *l. 1. Cod. quando provoc. non est neces.* Decius in *addit. ad Bald. in d. l. 1. vers. contra sententiam.* Bartol. in *l. acta* 45. ff. de *re judic.* num. 2. vers. *Tertia opinio*, Imol. in *l. quod jussit in fine*, ff. de *re judicat.* Baldus in *l. 1. in fine*, Cod. *sent. rescind. non poss.* & in *l. post rem de transact.* Aldovin. *conf.* 42. num. 36. Pancirol. *conf.* 166. num. 5. Gabriel *tit. de sentent. conclus.* 7. num. 12. Caccialup. *tract. de transact. quest.* 9. num. 5. tom. 6. part. 1. fol. 32. Ancharran. *conf.* 345. Valenzuel. Velazq. *conf. lib. 1. conf.* 68. num. 24. noster benè eruditus Ramon *conf.* 60. num. 5.

189 Ratio est, quia licet juri quæsito ex sententia possit renunciari, & valeat renunciari primæ sententiæ, tamen aliud est renunciare sententiæ primæ, aliud consentire secundæ sententiæ, nam cum sententia secunda tanquam contraria primæ in judicatum transactæ sit nulla ipso jure, ita consensus ei accessorius erit nullus, ex quibus opus est, ut prius renunciatur sententiæ; & idem est in sententia arbitrari; non enim valet secunda sententia arbitraria post primam etiam de consensu partium; nisi in compromisso expressè sit dictum, non obstante tali sententia. Castren. in *l. causas*, num. 4. Cod. de *transact.* Bald. in *l. post rem*, & in *l. item si unus*, num. 2. de *arbitr.* Alex. *conf.* 22. num. 22. lib. 1. Corn. *conf.* 148. num. 20. lib. 2. Sylvan. *conf.* 71. num. 1. Cels. Hugo *conf.* 94. num. 10. Blanch. de *comprom. quest.* 6. num. 10.

190 Præterea, quia sententia transacta in judicatum, nequit retractari saltem citra voluntatem illius, in cujus favorem lata fuit,



*l. duobus de except. rei judic.* Innocen. & alii *in cap. cum dilecta in fine de rescript. in cap. fraternitatis de frigid. & malef. & in cap. cum Bertoldus de re judic.* Felin. *in cap. inter monasterium ab eodem, Roman. conf. 510. num. 4.* Ruin. *conf. 71. num. 1. vol. 5.* Paz *decif. 154. num. 9.* Paris. *de resignat. benef. lib. 1. quest. 1. num. 25.* Osasch. *decif. 1. num. 49.* Lofred. *conf. 32. num. 18.* Mascard. *de probat. conclus. 13. & 25. num. 4.* Et cum sententia Nobilis Rubi de Marimon lata fuerit 14. Novembris 1631. in quo tempore Emanuel Guiamet solum erat ætatis septem annorum, cum natus fuisset 24. Februarii 1624. ut ex fide baptismi apparet fol. 666. retr. & anno 1635. quo inchoata fuit hæc causa, erat ætatis 11. annorum, & die 27. Januarii 1638. in quo fuit provisa denunciatio præsentis processus, dictus Emanuel Guiamet adhuc erat pupillus cum non haberet quatuordecim annos completos; Ergo nullum consensum possumus dijudicare, neque considerare in dicto Emanuele Guiamet infante, & pupillo, ut retractari posset Regia sententia Nobilis de Rubi, & Marimon transacta in judicatum, & in illius favorem lata, cum infans ignoret quæ agit, *l. 1. vers. Impuberes, Cod. de falsa moneta, l. final. de juris, & facti ignorantia, cum vulgatis*, nec scire præsumitur dum pubes est, ea quæ gesta sunt in impubertate, Narbona *de atate ann. 14. q. 44. & 45.* latè, igitur quamvis Emanuel Guiamet in præsentili lite formiter, & omni meliori modo non opposuisset exceptionem rei judicatæ resultantem ex Regia sententia Rubi de Marimon; quam opposuit, nihilominus esset nulla Regia sententia Nobilis de Ribeira adversus illam lata.

#### S E X T A   R E S P O N S I O .

191 Sexta responsio est insolubilis, Nam sententia pro hærede gravato, aut fideicommissario lata, & in rem judicatam transacta prodest omnibus succedentibus in fideicommissio, & contra eos lata, eis quoque nocet Fontanel. *decif. 594. num. 6.* Gratian. *discept. lib. 5. cap. 869. num. 16.* Castil. *contro. lib. 6. cap. 157. num. 23.* Mieres *de majorat. part. 4. q. 14. num. 17.* Censualis ad Peregrin. *art. 3. vers. Hæc conclusio ampliatur*, & in fortioribus terminis declaravit Senatus Regius Cathalonix, facto verbo 16. Januarii 1662. referente Magnifico Joanne Baptista Pastor Regio Senatore, & Fisci Advocato emerito, & confirmante Magnifico Josepho Aleny, in causa Excellentissimi Ducis Cardonæ ex una, contra Excellentissimum Al-

mirantium Aragonum ex altera, ibi: *Cæterum quia ex præcalendatis Regiis sententiis contra dictum Illustrem Marchionem de Guadalest in hac causa agentem rei judicata exceptio oritur, tum quia sententia in causa majoratus, & perpetui fideicommissi cum legitimo contradicatore lata cæteris omnibus substitutis, & vocatis in infinitum quamvis non citatis, etiam per generale proclama potest, & nocet.*

192 Et Emanuel Guiamet obtinens Regiam sententiam Rubi de Marimon, uti tenens, & possidens præfatum mansum Portas hæreditatis Jacobi Lledò erat gravatus de restituenda hæreditate Jacobi Lledò, cujus esse dicebatur mansus Portas, (ut liquet ex Regia sententia Nobilis de Ribera supra num. 19.) Michaelli Ferràn, & Lledò Civi honorato Barcinone parenti hujus Nobilis pupillæ, in vim vinculi, & fideicommissi appositi per admodum Illustrem Don Salvatorem Fontanet de Consilio suæ Majestatis, & Regentem in Supremo Aragonum, & de Consilio sanctæ Cruciatæ, hujus Nobilis partis magnum avunculum; quod sanè fideicommissum per mortem dicti Emanuelis Guiamet absque liberis, extitit purificatum in favorem Michaellis Ferràn, & Lledò, quæ omnia in facto evidentissimè ex processu apparent; Unde sententia Nobilis Rubi de Marimon supra manso Portas lata, in favorem Emanuelis Guiamet, & exceptio rei judicata ex illa resultans prodest ex propria persona Michaelli Ferràn, & Lledò fideicommissario; ita ut Emanuel Guiamet quamvis non opposuisset, aut non rectè opposuit de dicta exceptione rei judicata in præsentī lite, quod negamus, nihilominus non potuisset nocere, neque præjudicare dicto Michaelli Ferràn, & Lledò fideicommissario, ut per se patet; imò dictus Michael Ferràn, & Lledò ex propria persona valeret quodcumque objicere exceptionem rei judicata resultantem ex Regia sententia Rubi de Marimon in judicatum transacta, contra sententiam Nobilis de Ribera. Maximè si animadvertimus Michaellem Ferràn, & Lledò numquam extitisse citatum, neque vocatum in hac causa, ut evidentissimè liquet ex meritis processus, cum hæc causa ab anno 1637. quo inchoata fuit, usque ad annum 1645. prosequuta fuerit tantum contra Emanuellem Guiamet, & ab anno 1645. usque ad diem 4. Novembris 1666. dormiverit, & cessaverit; & solum à dicto die 4. Novembris 1666. prosequuta fuerit adversus hanc Nobilem pupillam, mortuo jam Michaelle Ferràn & Lledò ejus parente, Igitur hæc Nobilis pupilla tanquam hæres gravata Michaellis Ferràn, & Lledò illius patris, poterit opponere denuo  
except-

exceptionem rei judicatæ resultantem ex Regia sententia Rubi de Marimon, competentem ex propria persona dicto Michaelli ejus patri, quamvis illam non opposuerit, aut non rectè opposuerit, quod negatur.

193. Hanc legitimam illationem nobis probatam relinquit doctissimus Cancer *var. 3. cap. 17. num. 14. ad 18.* asserens successorum obtinentis sententiam in rem judicatam transactam posse quancumque opponere exceptionem rei judicatæ, ratione justæ ignorantia, maxime petita in integrum restitutione.

194. Quam sanè justam ignorantiam non tantum considerare valemus in hac Nobili pupilla, verum etiam in eodemmet Emanuele Guiamet reo convento, cum hæc causa ab anno 1635. quo sumpsit initium, usque in diem præsentem semper prosequuta extiterit contra infantem, aut pupillum, in quibus jus semper præsumit ignorantiam juris, & de jure.

195. Nam Emanuel Guiamet natus fuit 24. Februarii 1624. ut ex fide Baptismatis apparet fol. 666. retro, sententia Regia Rubi de Marimon extitit lata 14. Novembris 1631. & Guiamet erat infans.

196. Præfens lis incepta fuit 23. Junii 1635. denunciatusque processus extitit 27. Januarii 1638. & Guiamet adhuc erat pupillus, & prosequuta fuit usque ad annum 1645. dictusque Guiamet erat minor 25. annorum.

197. Hæc lis dormivit usque ad diem 4. Novemb. 1666. quo tempore incæpit prosequi adversus hanc Nobilem pupillam tunc in infanti ætate constitutam, cum nata extiterit 7. Aprillis 1661. apparet in processu fol. 652. retro, & de novo citatam ad continuandam causam. Et tandem prolata extitit Regia sententia Nobilis de Ribera 31. Martii 1672. & hæc pars adhuc erat pupilla.

198. Unde legitime inferitur, quod præfens causa incæpta, & semper prosequuta, ac declarata fuit contra infantem, Pupillum, vel minorem annis 25. & per consequens tam in Emanuele Guiamet, quam in hac Nobili pupilla ex persona sua, & tanquam hærede Michaellis Ferràn, & Lledò sui parentis, possumus considerare justam ignorantiam Regiæ sententiæ Rubi de Marimon in judicatum transactæ, & exceptionis rei judicatæ ex illa resultantis.

199. Ratione cujus justæ ignorantia, ac minoris ætatis Emanuelis Guiamet, & hujus Nobilis pupillæ competit nunc & semper dicto Emanuelli, & huic Nobili pupillæ beneficium restitutionis in-

integrum in præſenti cauſa aduerſus omnia , in quibus læſi fuerunt, præcipuè reſpectu exceptionis rei iudicatæ non oppoſitæ , vel non rectè oppoſitæ (caſu negato, quod non rectè oppoſita extitiſſet.)

200 Eo quia minor non ſolum reſtituitur aduerſus exceptiones peremptorias non oppoſitas, aut non rectè oppoſitas, Oddus *de reſtitut. in integrum, part. 2. quæſt. 65. art. 19. num. 43.* quia omit- tendo exceptiones peremptorias ſuas deſenſiones videtur omittere, & jus ſuum abjicere, cum illa ſemper jus actoris perimant, verum etiam reſtituitur minor ob non oppoſitas exceptiones dilatorias, quoties omiſſio earum notabile damnum adfert minori, ut quia reſpicerent merita cauſæ, ut cum deciſione Regii Senatus obſervat Ripoll ad Peguer. *rubr. 9. num. 50. & 51.* Aureus Cancer *var. 3. cap. 18. num. 83. & 84.* & noviter in fortioribus terminis declaravit Senatus factò verbo referente Nobili de Ribera, in cauſa Don Gaſparis Cors, contra Bernardum Cors U. J. Doctorem, Not. Melchiore Cortès, cum in exceptionibus à minore opponendis non tam attendatur ad naturam earum, quam præjudicium quod infe- runt minori, Ripoll ad Peguer. *rub. 9. num. 51.* Igitur exceptio rei iudicatæ reſultans ex Regia ſententia Nobilis Rubi de Marimon procederet aduerſus ſententiam Nobilis de Ribera, etiam ſi hæc non extitiſſet oppoſita, aut minus legitima oppoſita, in præſenti cauſa ante prolationem dictæ Regiæ ſententiæ Nobilis de Ribera; quod fixo pede negamus.

#### SEPTIMA, ET ULTIMA RESPONſIO.

201 Efficaciſſima eſt hæc ſeptima, & ultima reſponſio fundata, in quo minor reſtitutus in integrum aduerſus ſententiam in iudica- tum tranſactam poteſt poſt ſententiam opponere omnes exceptio- nes dilatorias antecedenter non oppoſitas, aut non rectè oppoſitas, gloſ. *notab. in l. final. Cod. ſi aduerſus rem iudicat.* & ibi Bartolus, Ri- minald. *ad l. ſi cauſa cognita, Cod. de tranſaction.* Decius *in rubr. de appel. num. 7.* Baldus *in cap. cum Bertoldus de re iudic. num. 2. in cap. præterea, col. fin. de dilation.* Jaſon *in l. ita demum, Cod. de procurator. num. 15. per textum in l. minor 36. ff. de minoribus,* & intrepidè de- fendit Caldas *in comment. anal. ad l. ſi curatorem, Cod. de in integr. reſti- tut. verb. per quod priſtinum, num. 41. in fine, & num. 46.* maximè ſi omiſſio oppoſitionis exceptionis dilatoriæ notabile damnum adfer- ret minori, quia reſpiceret merita cauſa, ut cum Regio Senatu, &

Ripoll ad Peguer. *rubr. 9. num. 50. & 51.* observavimus supra in fine sextæ responsionis.

202 Et similiter minor post sententiam, vel restitutus in integrum adversus sententiam in judicatum transactam medio beneficio restitutionis in integrum valet opponere exceptiones omnes peremptorias ante sententiam non oppositas, vel non rectè oppositas, ex textu expresso in *l. peremptorias 2. Cod. sentent. rescind. non posse,* & ibi glos. & Paulus de Castro his verbis: *Exceptio peremptoria potest opponi, & probari usque ad sententiam diffinitivam, postea non, nisi lata sit contra minorem, vel alium qui mereatur restitutionem in integrum, quia tunc competit restitutio in integrum contra sententiam;* est etiam textus expressus in *l. 1. & ibi Bald. Salicet. & glos. Cod. de juris, & facti ignorantia,* Carleval de judic. lib. 1. tit. 3. disput. 17. num. 7. quibus omnibus addo originalem doctrinam Bartoli à nobis in fonte examinatam ad *l. 1. Cod. de juris, & facti ignorant. num. 6.* tetigimus supra num. 50. & 51.

203 Ergo hæc Nobilis Pupilla in integrum restituta, & admissa ad restitutionem adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera imploratam, ut ex dictis in Articulo tertio, præcipuè à num. 64. ad 77. apparet; quamvis exceptio rei judicatæ esset dilatoria, aut peremptoria, & non extitisset opposita, vel rectè opposita, quod negamus, nihilominus nunc beneficio restitutionis in integrum absque dubio valeret opponere adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera; exceptionem rei judicatæ resultantem ex Regia sententia Rubi de Marimon; si & pro ut ad uberiores cautelam hæc Nob. pars opposuit, & iterum iterumque opponit formiter, & omni modo meliori, & cunctis his responsionibus arbitramur elisam, atque contractam remanere secundam, & ultimam objectionem ab adversante de Masdeu, & Solà oppositam contra merita nostræ restitutionis.

## ARTICULUS VII.

*HYPOTHECA IN MANSO PORTAS AB ADVERSANTE  
prætensa, extincta, & soluta demonstratur.*

204 **H**Oc secundum fundamentum quamvis similitudinem quandam habeat cum allegatis supra in Articulo 4. à num. 111. ad 126. tamen in modo proponendi illud; latet præcipua vis, & efficacia illius. Nam

205 Nam per consensum, & ratihabitionem judicialem, irrevocabilem præstitam à Nicolao Solà patre adversantis, Regiæ sententiæ Rubi de Marimon declaranti validam venditionem mansi Portas antecessoribus hujus Nobilis partis factam per debitores communes, & decidenti tantum Michaellam Portas pro bis mille libris reservatis esse obligatam censuali partis adversæ, per non supplicationem à dicta Regia sententia, extincta & soluta fuit omnimodè prætenfa hypotheca mansi Portas pro censuali adversantis; Ex juribus, Doctoribus, & rationibus superius latissimè expositis Articulo 4. à num. 111. ad num. 126. & à num. 129. cum seqq. Nam qui à sententia non supplicat, vel appellat, videtur illam approbare cum omnibus suis qualitatibus, & suo facto illam confirmat, *l. ab eo 3. Cod. quomodo, & quando, Anton. Conciol. allegat. 34. n. 55. cum vulgatis.*

206 Arqui actio semel extincta amplius non reviviscit, Barbofa *axiom. 9. num. 1.* & actiones suas remittentibus non est dandus ad eas regressus, Barbofa *num. 3.* cum agmine Doctorum, & in terminis actionis hypothecariæ viget hæc regula juris, quod hypotheca semel extincta amplius non reviviscit, *l. jus qui, §. final. de jure Fisci, glos. in l. si cum, §. final. ff. de furtis, Surdus decis. 51. num. 1. Salgado labyrinth. creditor. part. 2. cap. 27. num. 53.* ut nec partes possint resuscitare obligationem, & hypothecam jam extinctam, Mas-tril. *decis. lib. 1. decis. 94. num. 8. circa medium;* conducit quod ex Signolo, & Tuscho tradit Barbofa *axiom. 9. lib. 2.* quod si statutum liberet fidejussorem si principalis debitoris persona potest haberi, eo ipso quod est captus principalis, fidejussor est liberatus, nec reviviscit obligatio, si relaxetur.

207 Ergo prætenfa hypotheca mansi Portas pro præfato censuali partis adversæ de Masdeu, & Solà non potuit amplius reviviscere, exerceri, nec intentari adversus hanc Nob. Pupillam, & ejus tutores tanquam prætenfos possessores dicti mansi Portas; cum à die latæ sententiæ Rubi de Marimon fuisset prorsus extincta, & soluta hypotheca asserti mansi Portas, & actio ex hypotheca resultans per judicialem, ac irrevocabilem consensum, & ratihabitionem Nicolai Solà præstitam venditioni, & adjudicationi mansi Portas, ut supra tetigimus. Et sic hæc Nobilis Pupilla, & tutores illius non poterunt condemnari actione hypothecaria, in & cum Regia sententia Nob. de Ribera, cum hypotheca, & actio hypothecaria essent extinctæ, & non entis, nullæ sunt qualitates.

Unde

208 Unde cum Judex ex officio teneatur agentem sine actione repellere, etiam parte non opponente, glos. in cap. 1. verb. *defensionis*, ut lite non contestat. Bartolus, & glos. in l. ubi pactum, Cod. de transact. Maranta in prax. part. 6. memb. 9. num. 7. Gutierrez de jurament. confirmat. part. 1. cap. 1. num. 37. Cancer var. 1. cap. 18. n. 27. Fontanel. de pactis, claus. 4. glos. 15. num. 60. & 61. Xammar de offic. Jud. part. 1. quest. 9. num. 81. Ripoll ad Peguer. rubr. 9. num. 44. & defectus actionis hypothecariæ, & extinctio illius manifestè depromeretur ex Regia sententia Rubi de Marimon exhibita in hac causa per Emanuellem Guiamet ab anno 1637. formiter, & omni modo meliori; debebat ab hac causa ex officio repelli pars adversa Cici-liæ Masdeu, & Solà.

209 Atque ideo nunc multo facilius venit in melius commu-tanda dicta Regia sententia Nobilis de Ribera, supersedendo in il-lius executione, & denegando extractionem executorialium adver-sus hanc Nobilem Pupillam beneficio restitutionis in integrum.

210 Et illa extinctio, & solutio prætenfæ hypothecæ mansi Portas orta ex Regia sententia Rubi de Marimon ex consensu irre-vocabili, & judiciali, ac ratihabitione Nicolai Solà præstita vendi-tioni rei hypothecatae, ita est efficacior, ut adversantem repellat etiam si non oppositum fuisset de exceptione rei judicate; cum ex-tinctio hypothecæ potius proveniat ex consensu, & ratihabitione creditoris, quam ex auctoritate rei judicate, & hoc argumentum in-solubile est ad obtinendum in restitutione in integrum implorata.

## ARTICULUS VIII.

RESERVATIO BIS MILLE LIBRARUM FACTA PER

Hieronimum Portas in donatione celebrata 15. Februarii 1614.

extitit consumpta ante creationem censualis

adversantis.

211 **Q**uantumvis ex tenore Regiæ sententiæ Rubi de Ma-rimon, ibi: *Ex bonis verò dicti Antonii, tantum prop-ter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellentia, prædictam insequendo conclusionem, sententiat, pronunciat, & declarat etiam obli-gatam esse ad præstationem censualis Sigismundi Solà Monialium sancti Danielis Gerunda, prætii 500 ₰, & Dorothea Camps sicuti cum præsen-ti obligatam esse declarat; quæ legitur fol. 42. retro. Colligatur ad-*

ver-

versantem pro dicto censuali tantum agere posse adversus Michaelam. Portas hæredem donatoris, & donatarii propter bis mille libras reservatas tantum, non verò adversus hanc Nobilem Pupillam.

212 Et ex doctrina Surdi *conf.* 413. *num.* 19. *lib.* 3. supra ad litteram proposita *num.* 143. inferatur quod si super una re fuerit iudicatum in favorem creditoris, & per illam potest sibi satisfieri, quod non possit creditor variare, Capycius *decis.* 38. & ideo cum Nicolaus Solà non tantum supra una re, verum etiam super omnia id quod obligatum habebat ad censuale (nempe reservationem bis mille librarum) obtinuerit sententiam, non possit variare à dicta Michaela, & agere contra hanc partem, sed teneatur exequi Michaelam hæredem donatoris, & donatarii, apud quam esse præsumitur reservatio.

213 Nihilominus dato, & non concessio, quod hæc Nob. pars, & ejus tutores essent obligati tanquam prætensi possessores mansi Portas solvere pensiones dicti censualis parti adversanti pro bis mille libris reservatis, quod juxta supradicta firmiter negamus: Adhuc non subsistet prætensio adversantis, quia Hieronymus Portas donator ex die 15. Februarii 1614. in quo firmavit donationem, usque ad 21. Junii 1617. quo creavit censuale, consumpsit dictam reservationem bis mille librarum, ante cujus probationem supponendum est.

214 Primo, reservationem bis mille librarum factam fuisse à Hieronymo Portas die 15. Februarii 1614. ut ex capitulis matrimonialibus liquet fol. 596. retro.

215 Præterea supponendum est, partem aliam solum in hac causa petere, & petere potuisse pensiones dicti censualis; non sortem principalem cum sit contra naturam censualis, Olea *cessio. jur. tit.* 4. *quest.* 2. *n.* 30. *in fine*, Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 5. *num.* 10. & contra naturam mutui transfusi in censualem, Cancer *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 371. *in fine*, Amato *var. resol.* 50. *num. fin. vers. Ponamus pro exemplo.*

216 Tertio supponendum est, ad obligationem dicti censualis tantum esse obligatas dictas bis mille libras reservatas, ut ex tenore dictæ Regiæ sententiæ Rubi de Marimon liquet.

217 Quarto, & ultimo supponendum est, anterioritatem dictarum pensionum solum sumi à die 21. Junii 1617. quo creatum fuit censuale, quidquid sit in capitali mutui, ex quo partim fuit



creatum censuale (nam dictum capitale mutui, & censualis, nec peti- tum fuit, nec potest peti, ut supra dictum fuit.)

218 A die ergo 15. Februarii 1614. usque ad diem 21. Junii 1617. fuisse consumptas à Hieronymo Portas bis mille libras re- servatas; en quomodo rectè probatur per consumptiones distinc- tas.

### PRIMA CONSUMPTIO RESERVATIONIS.

219 Ut primam consumptionem reservationis evidenter de- monstremus, præsupponendum est, quod Hieronymus Portas in capitulis matrimonialis firmatis 15. Februarii 1614. inter Anto- nium Portas filium ejus legitimum, & naturalem, & Mariannam Sunyer contemplatione dicti matrimonii dedit dicto Antonio Por- tas ejus filio omnia bona sua præsentia, & futura, &c. cum reserva- tione 2000 ₰, sub obligatione generali omnium bonorum, ibi: *Et pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & firmiter complendis, tenendis, & observandis obligamus pars parti, & nobis ad invicem, & vicissim omnia, & singula bona, &c.*

220 In quibus capitulis matrimonialibus Marianna Sunyer uxor, & nurus futura respectivè, constituit, & aportavit in dotem omnia, & singula bona sua præsentia, & futura, &c. dicto Anto- nio Portas, qui quidem Antonius Portas acceptavit dictam consti- tutionem, & asportationem dotis, cum expresso consensu, & vo- luntate dicti Hieronymi Portas patris sui, ibi: *Fabent estas cosas de exprès consentiment, y voluntat dels dits senyors Geronim Portas, y Mi- quela Seguera sos pares, &c.* quæ quidem capitula matrimonialia fir- marunt Antonius, & Marianna Portas futuri conjuges, & Hierony- mus, & Michaella Portas conjuges donatores, & consentientes, ibi: *Signum Hieronymi Portas, & Michaella Saguera conjugum donan- tium, & consentientium;* quæ quidem capitula matrimonialia legun- tur fol. 596. retro.

221 Ex quo expresso consensu Hieronymi Portas patris conf- titutioni, numerationi, & receptioni dotis factæ filio suo Antonio, firmando se capitulis matrimonialibus initis, & stipulatis, ac con- ventis in illius præsentia de illius consensu expresso, & cum illius firma, sub obligatione, & hypotheca omnium bonorum, &c. dicti Hieronymi resultat, quod dictus Hieronymus Portas remansit ob- ligatus propter duas mille libras reservatas doti Mariannæ Sunyer ejus nurus, saltem in subsidium.

222 Quia principium certum est in jure, quod quoties pater consentit expressè matrimonio filii, aut constitutioni, receptioni, & numerationi dotis factæ filio, quod ex tali consensu, & firma, sub obligatione omnium bonorum, & hythoteca, remanet obligatus etiam pro bonis reservatis doti nurus ipsius saltem in subsidium.

223 Hanc certissimam juris sententiam tenent Speculator *in tit. de dote post diver. restit.* §. 2. num. 11. Guid. Papæ *singular.* 880. Boerius *decis.* 195. num. 1. Paschalis *de patria potestate*, lib. 2. cap. 7. num. 90. *cum seq.* Pellice. *ad consuetu. Avers.* cap. 7. num. 147. Sanfelicius *decis.* 141. num. 4.

224 Rodoerius ad Marinis *cap.* 94. num. 7. ibi: *Tertius casus est quando pater consensit tantum numerationi dotis, & receptioni illius firmando se capitulis matrimonialibus, & similes actus faciendo ex quibus resultat consensus ejus, & tunc remanet obligatus ad beneficium nurus pro dote ejus, &c.*

225 Hanc eandem sententiam tenet dominus Regens Leo *decis.* 54. atque ita in his eisdem terminis fuisse declaratum per Senatum Valentiæ anno 1610. docet quæ quidem decisio est videnda cum omnes abstergat nebulas, quæ rem hanc offuscare possent.

226 In Cathalonia non possumus recedere à prædicta sententia, nam illam firmiter tenent duo Jurisprudentiæ Gotholaunicæ Atlantes, Cancer, & Fontanel. Cancer *var.* 1. cap. 9. num. 217. ex doctrina Curtii junioris *cons.* 133. num. 5. Cornei *cons.* 256. num. 6. & 7. vol. 1. Milanensis *decis.* 19. num. 33. qui quidem Cancer asserit, quod pater consentiens quod filius recipiat dotem, obligatur pro dote.

227 Doctissimus Fontanel. hanc sententiam acriter defendit *de pact. claus.* 7. glos. 2. part. 2. num. 72. & refer decisionem Regii Senatus 15. Februarii 1614. referente Magnifico Josepho Ferrer, ibi: *Quando autem pater consensit expressè, quod dos solvatur filio nullam omninò res habet difficultatem quamvis ut diximus non sit necessarium, sed sufficiat sola præsentia, & consensus in matrimonio.*

228 Idem Fontanel. *claus.* 7. glos. 3. part. 12. num. 56. ibi: *Item quando pater consensit, quod filio dos solvatur, an nunc teneatur infolidum ad illius restitutionem, dic quod sic, &c.*

229 Quid amplius quærimus, eadem adversans in suo juris discursu num. 54. convenit cum hac sententia, quod si filio dos trahatur de consensu patris expresso, remanet pater obligatus, allegans doctrinas Negusan. *de pignor.* 4. memb. 2. part. num. 36. Barboſ.

*in §. transgrediamur*, num. 33. & aliorum relatorum per Capycium  
*Latro consult.* 138. num. 14. Gizzi. *ad decisionem Latro* 36. num. 11.  
 Hodierna ad *Surd. decis.* 47. num. 1. & 2.

230 Possem in comprobationem hujus sententiæ deducere, & allegare innumeros alios DD. sed fatis nobis fit deducere decisionem Regii Senatus factam in causa in Reg. Aud. vertenti inter Nobilem Mariam Descallar, & Paulam Barrera ex una, contra Nobilem Elisabethem Descallar, & Bru viduam ex altera, referente Magnifico Augustino Pinyana, Not. Vila, & Margarit, in qua quidem causa die 8. Januarii 1663. per Magnificum Augustinum Pinyana fuit provisum, bona reservata in donatione Nob. Jacobi de Alemany esse obligata doti, & sponsalicio Nob. Elisabethi Bru in subsidium, & deficientibus aliis bonis non reservatis.

231 Quæ quidem Regia provisio fuit in gradu supplicationis confirmata sententia provisionali facto verbo lata 16. Novembris 1665. referente Nob. D. Michaelle de Cortiada.

232 Hæc Regia provisio, & provisionalis sententia omnimodè confirmat & fertiorat juris sententiam à nobis supra traditam, nempe reservationem factam in donatione inita in capitulis matrimonialibus esse, & remanere doti obligatam ex expresso consensu, & firma patris in capitulis matrimonialibus filii matrimonium contrahentis.

233 Quam juris sententiam, quod consensu expresso, & firma patris interveniente in capitulis matrimonialibus filii, pater remanet obligatus etiam pro reservatis in subsidium, saltem pro dote nurus; adeò veram esse putant Doctores, ut multi non inferioris censuræ, imò magnæ authoritatis doceant, & defendant patrem esse obligatum in subsidium pro bonis reservatis ad dotem nurus, ex solo consensu ejus interposito super matrimonio tantum, imò quod pater consentiendo matrimonio à filio contracto illico censetur obligatus pro restitutione dotis ex vi tacitæ hypothecæ, inter quos connumerantur Regens Leo *decis. Valen. decis.* 54. tota; cum decisione dicti Senatus Valentiæ, noster Fontanel. *de pact. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 2. num. 70. & 71. his de rationibus. Primo, quia filius dum sponsalitia contrahit de futuro adhuc est in patris potestate, & solum ab ea liberatur cum per verba de præsentis matrimonium contrahit. Secundo, quia voluntas, & consensus patris, qui oritur ex patientia sua, quod dos solvatur filio cum posset dicere se velle dotem recipere, ne illam filius dissipet habetur pro jussu, ad hunc

justum effectum, Fontanel. *ubi supra num. 66. 70. 71.* cum decisione Senatus Valentiæ, idem Fontanel. *claus. 7. glos. 3. part. 12. num. 56.* ibi: *Item, quando pater consensit, quod filio dos solvatur, an tunc teneatur ipse infolidum ad illius restitutionem, dic quod sic, nedum quando consensit receptioni dotis, sed etiam quando consensit celebrationi, & contractui nuptiarum filii.* Hæc Fontanel.

234 Amplius extenditur hæc conclusio, ut non obstante, quod pater expressè protestatus fuerit nolle teneri pro securitate, & restitutione dotis, nihilominus si consensit matrimonio filii, remanet obligatus pater, & ita defendit Paschalis *de viribus patriæ potestatis, lib. 2. cap. 7. num. 90. cum seq.* Regens Sanfelicius *decis. 161. num. 4.* Rodoerius ad Marin. *cap. 94. num. 9. 10. 11. & 14.*

235 Quibus omnibus in jure certissime procedentibus, necessario fatendum est reservationem bis mille librarum factam per Hieronymum Portas, saltem obligatam esse in subsidium doti Mariannæ Portas ejus nurus, cum dictus Hieronymus Portas non solum consenserit matrimonio Antonii filii sui, verum etiam consenserit expressè constitutioni, numerationi, & receptioni dotis, rerumque dotalium factæ per Mariannam Sunyer, tempore quo habebat Antonium filium sub patria potestate, firmando se capitulis matrimonialibus sub obligatione, & hypotheca expressa omnium bonorum.

236 Quæ quidem obligatio subsidiaria reservationis Hieronymi ad dotem nurus, & actio subsidiaria ex illa resultans, habet locum in præsentī casu, in quo versamur; quin prius excutienda sint bona Antonii Portas, filii, & mariti respectivè rei, & debitoris principaliter obligati ad dotem uxoris, quia in jure cessat excussio, & habet locum obligatio, & actio subsidiaria quoties debitor excutiendus formavit concursum creditorum, nam tunc debitor præsumitur non solvendo, & bona illius intricata, in his terminis docent Salgado *labyrinth. credit. part. 1. cap. 23. num. 13. 50. & toto.* Olea *de cess. jur. tit. 5. quæst. 3. num. 38.* multis citatis.

237 Secundo, cessat excussio, & intrat obligatio, & actio subsidiaria quoties debitor excutiendus est inops, & pauper, Salgado *ubi supra, Olea cess. jur. tit. 3. quæst. 7. num. 11.* Costa *de remediis subsidiar. prælud. 5. num. 2.* Tandem quid quærimus exteros DD. si patrii nos authorant in terminis mulieris repetentis dotem, quæ inopia viri probata non cogitur, sed excusatur bona excutere, Fontanel. *de pact. claus. 7. glos. 2. part. 3. num. 35.*

238 In nostro casu utraque limitationes concurrunt, nam Antonius Portas maritus, formavit creditorum concursum 3. April. 1628. in Regia Audientia ad relationem Nob. Raymundi Rubi de Marimon, ut apparet ex sententia in dicta causa lata per dictum Rubi, quæ legitur in processu à fol. 41. ad 66. præcipuè fol. 44. retro.

239 Præterea pendente dicta causa de Rubi, Antonius Portas, Marianna, & Michaella Portas provisione facta 2. Maii 1629. quæ in processu legitur fol. 301. in tela, fuerunt tractati ut pauperes in prosecutione dictæ litis, & causæ, & etiam in præsentis causa provisione facta 2. Junii 1638. fuerunt tractatæ ut pauperes, & miserabiles personæ dicta Michaella Portas hæres Antonii, & Marianna Portas vidua Antonii, apparet in processu fol. 96. & 103. in tela.

240 Ex quibus resultat manifestè non esse locum excussioni prætensæ, sed immediatè, & directo obligatam esse reservationem bis mille librarum consumptionibus, & alienationibus dotis Mariannæ Portas, & nos versari in casu subsidiariæ obligationis bis mille librarum reservatarum ad dictam dotem.

241 Adhuc intendimus demonstrare adversanti evidentius reservationem bis mille librarum Hieronymi Portas à fortiori esse obnoxiam, & obligatam doti Mariannæ Portas illius nurus. Nam Hieronymus Portas tempore factæ donationis nihil aliud in bonis habebat quam præensum mansum Portas, qui erat valoris trium, aut quatuor mille librarum, salvo jure, & dictus donator tunc temporis erat obligatus, & obnoxius sequentibus creditis. Primo, censuali 257 £ pretii Communitatis Presbyterorum Villæ Turricellæ de Montegrino, creati 25. Octobris anni 1596. est instrumentum fol. 539. retro.

242 Secundo, se incarricaverat 2000 £ diversorum censualium Universitatis Turricellæ de Montegrino 14. Junii 1597. sunt instrumenta fol. 514. retro.

243 Tertio, penès se incarricavit aliud censuale pretii 225 £, 17. Aprillis anno 1599. est instrumentum fol. 560. ret.

244 Quarto, faciebat censuale Antonio Torras pretii 200 £, 30. Septembris 1602. est instrumentum fol. 617. retro.

245 Quinto, præstabat censuale Antichæ Vicens, & Puig pretii 300 £, sub die 28. Septembris 1602. est instrumentum fol. 614. retro.

246 Sexto, bina censualia pretii simul juncta 400 £, sub die 14. Aprillis 1603. instrumenta leguntur fol. 558. retro.

247 Septimo, debet Sigismundo Solà antecessori adversaris, sexcentum libras platae, sub die 20. Novembr. 1608. quæ de moneta currenti sunt 900 ₰, est instrumentum fol. 27. ad 29. in tela.

248 Octavo, aliud censuale pretii 150 ₰, sub die 10. Octobris 1613. quæ credita importabant simul juncta 4207 ₰ salvo jure, atque ideo die 15. Februarii 1614. & factæ donationis debita dicti Hieronymi exsorbebant, & superabant universam illius substantiam, & bona.

249 Unde si Hieronymus Portas reservationem bis mille librarum factam in donatione, non haberet obligatam doti suæ nurus, dicta Marianna nulla bona haberet obligata suæ doti; nam Antonius illius maritus nulla prorsus habebat bona, quam donata à Hieronymo Portas patre suo, in cujus erat potestate, & hæc bona donata non erant sufficientia solutioni æris alieni donatoris, & multo minus solutioni reservationis bis mille librarum, atque ideo ne prorsus decepta remaneret dicta Marianna Portas, & Sunyer; necessariò fatendum est, reliqua bona Hieronymi Portas soceri ejus, & donatoris si quæ supererant soluto ære alieno ante donationem contracto, esse obligata, & obnoxia doti ipsius, aliàs autem fuisset frustratoria donatio soceri, & obligatio mariti ad dotem, & omni auxilio esset destituta dicta Marianna uxor, & nurus respectivè dictorum Hieronymi donatoris, & Antonii Portas donatarii.

250 Unde necessariò fatendum est præfatas bis mille libras reservatas existere obnoxias obligatas, & hypothecatas doti dictæ Mariannæ Portas, & Sunyer.

251 Et si instat adversans, & asserat, si æs alienum ante donationem contractum tempore donationis exsorbebat bona Hieronymi donata, ad quid intendit hæc pars ut reservatio sit obligata doti; respondemus, quod post donationem contractam fuerunt plura debita soluta, novata, & extincta, quorum solutione, & extinctione forsan supererunt aliqua pro assecuranda dote Mariannæ, quæ aliàs nulla superessent si ante obligationem ad dotem essent prius detrahendæ bis mille libræ reservatæ; ergo dicta reservatio est doti Mariannæ obligata, & hypothecata.

252 Supposita obligatione reservationis bis mille librarum doti Mariannæ Portas, supponendum est tanquam certum in jure, dictam obligationem, & hypothecam reservationis bis mille librarum pro restitutione, & securitate dotis Mariannæ Sunyer, desumere initium, & anterioritatem à die 15. Februarii 1614. in quo fuerunt  
stipu-

stipulatę, & inite capitulationes matrimoniales, & celebratum matrimonium, quamvis alienatio dotalis, & dotis restitutio ex post facto fiat, Fontanel. *decif.* 375. *tota*, & *de pact. claus.* 7. *glos.* 2. *par.* 1. *num.* 27. & 28. & expressius *part.* 4. *num.* 24. & 26. Amato *var. resol.* *lib.* 1. *resol.* 5. *num.* 2. plusquam quinquaginta Doctores allegans.

253 Dicta Marianna Sunyer, & Portas constituit, & apportavit in dotem universam hereditatem, omnia bona presentia, & futura, jura, & actiones quas habebat, ut ex eisdem capitulis matrimonialibus apparet fol. 594. retro. Ex bonis ergo dotalibus Mariannę Portas, & Sunyer fuerunt factę sequentes consumptiones.

254 Prima fuit mille librarum; nam Jacobus Texidor Curator dictę Mariannę Sunyer, instrumento transactionis firmato 21. Octobris 1619. fol. 567. retro, promissit dare, & solvere dictę Mariannę Sunyer, & Antonio Portas 1900 ₰ pro reliquo administrationis tutelarıs.

255 Cujus quantitatis Hieronymus Portas consignavit, & cessit 1000 ₰ Stephano Lluch Tapiolas, instrumento cessionis recepto 15. Februarii 1620. fol. 557. retro, pro satisfaciendo dicto Lluch Tapiolas quoddam cambium 1215 ₰ 9 & 6. quod ei debebat Hieronymus Portas, cujus cessionis virtute Stephanus Lluch Tapiolas recepit à Jacobo Texidor dictas 1000 ₰ consignatas per Hieronymum Portas, ut ex apocha solutionis apparet fol. 556. retro.

256 Unde cum Hieronymus Portas ex bonis dotalibus Mariannę Portas consumpsit dictas mille libras in sui ipsius utilitatem, pro satisfaciendis suis creditoribus, certo certius est dictas mille libras dotales consumptas minuisse, & consumpsisse bis mille libras reservatas, obligatione, & hypothecca antecedenti dicto censuali, scilicet ab anno 1614.

257 Secunda consumptio fuit 500 ₰, nam Antonius Portas filius dicti Hieronymi recepit à dicto Jacobo Texidor residuas 500 ₰ resultantes à dicta transactione, easque consumpsit, quę similiter erant dictę dotis Mariannę Sunyer, ut apparet ex instrumento apochę die 7. Martii 1620. fol. 553. retro.

258 Tertia consumptio fuit 130 ₰, nam idem Antonius Portas die 11. Decembris 1619. recepit 130 ₰ resultantes ex luitione censualis ejusdem pretii, quod censuale erat hæreditatis, & dotis dictę Mariannę uxoris suę, ut apparet ex actu luitionis in processu fol. 555. retro.

259 Quarta consumptio fuit 900 ₰, nam sub die 22. Decembris

bris 1626. Antonius Portas vendidit cum pacto de retro hæredita-  
tem mansi Bonet uxoris suæ, & in dotem constitutam pretio 900 ₰,  
ut de dicta venditione, & pretii receptione apparet fol. 528. retro.  
260 Quibus omnibus alienationibus dotalibus factis tam per  
Hieronymum focerum, quàm per Antonium maritum ( quæ junctæ  
summam efficiunt 2530 ₰, salvo jure ) extitisse obligatam reserva-  
tionem bis mille librarum dicti Hieronymi à die 15. Februarii  
1614. quo fuit celebratum matrimonium, & inita capitula certò  
certius est.

### SECUNDA CONSUMPTIO.

261 Hęc secunda consumptio reservationis bis mille librarum  
est inevitabilis : nam Hieronymus Portas die 3. Septembris 1616.  
& sic ante creationem censualis firmavit debitorium sub obligatio-  
ne omnium bonorum Petro Badia quantitatis 580 ₰ monetę argen-  
teę, quę de moneta Barcinonensi sunt 890 ₰, cujus debitorii inf-  
trumentum legitur fol. 532. ret.

262 Quod quidem debitorium fuit solutum die 20. Augusti  
1619. ut constat in processu fol. 532. ex pretio resultante ex ven-  
ditione mansi Portas per antecessores hujus partis facta, videlicet  
300 ₰ solutæ Petro Badia per antecessores hujus Nobilis Pupillæ,  
cum apocha loci, & cessionis fol. 505. & 506. retro, & restantem  
quantitatem dicti debitorii, præsumitur fore solutam ex eodem pre-  
tio ob temporis brevitatem : nam præfata venditio fuit facta 12.  
Augusti 1619. ut apparet in processu fol. 425. & die 29. Augusti dic-  
ti anni 1619. fuerunt integræ solutæ bis mille libræ, quæ erant  
pretium dictę venditionis, constat fol. 460. & 448. in tela ; & etiam  
eadem die 20. Augusti fuerunt solutę per Tabulam Gerundę ab an-  
tecessoribus hujus partis, in partem pretii 400 ₰, & eędem 400 ₰  
eadem die fuerunt abstractę à Tabula Gerundę, ut patet ex processu  
fol. 532. & eadem die 20. Augusti fuit integrè solutum dictum de-  
bitorium Petro Badia per dictos Portas, & hanc partem, ob quam  
temporis brevitatem intercedentem inter solutionem pretii, & de-  
bitorii præsumitur debitorium solutum fuisse ex pretio venditionis  
factæ mansi Portas antecessoribus hujus Nob. partis, juxta admis-  
sam doctrinam Amati *var. resol. part. 1. resol. 3. num. 29. resol. 7. n. 19.*  
*Olea cess. jur. tit. 4. quæst. 1. num. 22. & 23. Cyriac. controvers. foren.*  
*lib. 3. controu. 415. num. 55.*

263 Et consequenter cum Hieronymus Portas ad solvendum  
dic-



dictum debitorium antequam creationi censualis coactus fuerit vendere mansum Portas antecessoribus hujus partis, ut ex pretio resultante Petro Badia satisfaceret dictas 890 £, necessariò dictæ 890 £ debitorii debuerunt extinguere, & consumere reservationem bis mille librarum pro rata, non obstantibus deductis in contrarium per Masdeu, & Solà, cum non applicentur huic casui.

### TERTIA CONSUMPTIO.

264 Die 21. Aprillis 1616. Hieronymus Portas incarricavit, & acollavit sibi quoddam censuale 300 £ pretii, quod Antonius Portas præstabat Anniversariis annuis Sedis Gerundæ, constat in processu fol. 350.

265 Idem Hieronymus Portas die 16. Maii 1616. vendidit Anticho Torras censuale aliud pretii, & proprietatis 200 £ ut constat fol. 135. retro.

266 Idem vendidit, & creavit idem Hieronymus Petro Puig, & Pedrolo censuale quoddam pretii 200 £ sub eadem die 16. Maii 1616. ut in processu videre est fol. 538. retro.

267 Quibus quidem censualibus cum post donationem factam, & ante creationem censualis petiti, obligaverit, & hypothecaverit Hieronymus Portas omnia sua bona, ut ex tenore dictorum instrumentorum apparet, & sua bona tantum consistebant in reservatione bis mille librarum, necessariò dicendum est, dictam reservationem prius, & antedecenter fuisse obligatam dictis censualibus anterioribus, quam censuali de Masdeu, & Solà, & sic consumere, & extenuare reservationem, quidquid in contrarium velit prætere adversans.

268 Hæ omnes consumptiones per Hieronymam Portas factæ important summam, & quantitatem 4220 £, salvo jure.

269 Unde sequitur evidentem reservationem bis mille librarum factam à Hieronymo in capitulis matrimonialibus Antonii filii sui initis 15. Februarii 1614. jam fuisse consumptam, & extenuatam die 21. Junii 1617. in quo creatum extitit censuale adversantis; atque ideo nulla bona dicti Hieronymi venditoris possunt esse hypothecata pensionibus censualis petitis ab adversante in hac causa, cum non entis nullæ sint qualitates, & inutilis est actio quam excludit debitorii inopia.

## ARTICULUS IX.

RETENTIO PRÆTENSI MANSI PORTAS  
*concedenda est Nobili pupillæ pro diversis creditis liquidis saltem  
 ex beneficio restitutionis in integrum implorato.*

270 **Q**uartum fundamentum hujus Nob. partis, efficacissimum est ad debellandam adversantis machinam; nam illud nititur in beneficio retentionis: certum enim in jure est retentionem facilius, quam actionem concedi: *l. Paulus de doli except. innumeris relatis Castillo tom. 3. controver. cap. 15. à num. 9. tom. 4. cap. 42. num. 113. & tom. 6. cap. 164. à num. 6. Olea cess. jur. tit. 4. quæst. 7. num. 30. Barbosa axiom. 9. num. 11.*

271 Adeò ut exclusa actione, petitione, & prohibita exceptione, non censeatur prohibita, neque exclusa retentio, *l. debitori, Cod. de pact. Tuschus lit. Q. conclus. 374. num. 28. & lit. R. conclus. 306. num. 1. Surdus decis. 255. num. 11. Cyriaco contro. 180. num. 5. Thom. decis. 19. num. 10. per textum in l. debitori 6. Cod. de pact. Olea de cess. jur. post tractat. decis. 34. num. 16.*

272 Cujus retentionis exceptio, sententiæ executionem impedit, quamvis in ea reservata non sit, *Corn. cons. 147. num. 18. vol. 2. Rol. cons. 28. num. 3. vol. Tusch. lit. Q. conclus. 374. num. 31. Capyc. decis. 17. num. 3. decis. 119. num. 1. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 83. Negufan. de pignor. part. 5. membr. 4. num. 10. Surd. decis. 277. num. 13. Gutier. pract. quæst. Canon. lib. 2. quæst. 8. num. 58. Caroc. de exception. except. 26. Franch. decis. 112. Surdus decis. 277. num. 14. Fab. de Anna cons. 90. num. 1. 2. 3. lib. 1. Amato var. lib. 1. resol. 39. num. 59. per textum in l. ex sectante, §. latinus, ff. de execut. rei judicata. Giurba in consuet. Messanen. cap. 10. glos. 8. num. 10.*

273 Quia retentionis exceptio sententiam non impugnat, *Bald. in l. peremptorias, num. 12. Cod. quæ sentent. rescind. non poss. Menoch. de recup. possess. remed. 11. num. 9. cons. 110. num. 77. Magon. decis. Lucen. 81. num. 7. Surd. decis. 277. num. 14. Exceptiones enim quæ directo sententiam non impugnant, sed eam modificant, possunt semper, & quandoquunque opponi ante totalem executionem sententiæ. Fontanel. decis. 46. num. 23. Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 3. num. 36. Maranta in praxi part. 6. membr. 9. num. 18. etiam contra sententiam transactam in judicatum, *Larrea allegat. Fiscal. part. 1. alleg. 31. num. 12.**

274 Quibus in jure jactis principiis est etiam supponendum, cuilibet creditori possidenti bona debitoris competere retentionem, *l. si non sortem* 26. §. *si certum*, ubi *Bart. num. 1. Alex. & alii*, ff. *de condit. indeb.* *Surdus decis. 46. num. 9.* *Gratian. discep. foren. cap. 54. num. 18.* *Fabr. in Cod. lib. 8. tit. 15. defin. 4.* *Mangil. de subhast. quæst. 53. num. 5. & seq.* *Post. de subhast. inspect. 17. num. 215.* *Cyriac. contro. 428. num. 25. & contro. 430. num. 13.* *Andreol. cont. 269. num. 15.* *Gayto de credito, cap. 4. quæst. 8. num. 1065.* *Capyc. Latro decis. 13. num. 12.* *Ludovif. decis. 254. & ibi Beltram. Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 1. num. 28.* *Fontanel. decis. 545. num. 9.*

275 Etiam adversus alios creditores hypothecarios, maxime pro creditis hypothecariis anterioribus, absque cessione creditorum anteriorum. Ita docent *practicus Cancer variar. 2. cap. 6. num. 44. vers. Item limita*, *Molina de retentione, quæst. 416.* *Magon decis. Floren. 59. num. 3.* *Negufant. de pignor. part. 3. membr. 3. num. 3.* *The-saur. lib. 2. quæst. foren. 30. num. 1.* *Mangil. de evict. quæst. 47. num. 18.* *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 29. num. 6.* *Gratian. discept. foren. cap. 269. in fine*, *Leo decis. Valen. lib. 1. decis. 1. num. 37.* *Intrigliol. decis. 28. num. 5.* *Costa de jur. & fact. ignor. centur. 2. distinct. 73. num. 4.* *Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 35. num. 18.* *Olea cess. jur. tit. 4. quæst. 1. num. 14. & quæst. 7. num. 30. & præ omnibus Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 18. toto, præcipue à num. 8. ad partes, per text. ex l. 3. de distract. pignor. l. eum qui 17. alias l. qui à debitore 18. qui potior. in pig. hab.*

276 Quam sententiam æquiolem, & humaniorem esse profitentur, à qua in judicando, neque in consulenda recedendum esse existimant, cum creditoribus posterioribus, quorum interest, primum esse dimissum nulla irrogetur injuria, quando quidem si primus dimissus non esset proculdubio veniret præferendus, ut rectissime considerat *Franchis decis. 134. num. 5.* *Mesa ubi sup. num. 3.* quo retentionis jure non solum tueri poterit solvens, & hæres ejus, sed etiam singularis successor, licet cessio non intervenerit, quoniam jus retentionis etiam absque cessione in singularem transit, *l. in hoc judicium 14. §. impendia, vers. Si is qui, commun. dividum.* ex *Gratiano, Romano, Magonio, Arias de Mesa lib. 1. var. resolut. cap. 18. num. 14.* cui addit *Trentacinquium, Garciam, Negufant. Joannem Garciam, Mutam, Rodriguez, Aretin, Postium, & alios, Olea cess. jur. tit. 4. quæst. 7. num. 29. & nos addimus practicum Cancer var. 1. cap. 9. num. 61. & 62.*

277 Et consequenter nulla ratione deneganda est retentio mansi Portas Tutoribus hujus Nob. pupillæ pro creditis anterioribus hypothecariis sequentibus.

278 Primo, pro censuali pretii 1500 $\text{fl}$ , creato die 5. Maii 1611. Magnifico Jacobo Vives Cive honorato Gerundæ, quod quidem censuale fuit promissum Bartholomæo Geroni lui intra unum annum proxime venturum, sub fidejussione Hieronymi Portas Agricola, instrumento recepto 10. Octobris 1613. prout cum effectu luitum fuit per antecessores hujus Nob. partis, ex pretii augmento addito venditioni mansi Portas, cum apocha, loci, & cessionis, ut apparet binis instrumentis receptis die 29. Augusti 1619. & ex partita Tabulæ Civitatis Gerundæ facta Jacobo Vives, quæ est in processu fol. 301. & 289. in tela. Quod quidem creditum censualis, tam in sorte, quàm in pensionibus, quo ad creditores posteriores permanere dicitur, & pro ejus sorte, & usuris hæc Nob. pars prælationem, & retentionem habebit, unus pro cunctis *Olea cessio. jur. tit. 5. quæst. 1. num. 10. circa med.* adversus pensiones censualis petitas ab adversante, quæ posteriores sunt, nempe à die 21. Junii 1617.

279 Secundum creditum antierius, virtute cujus competit retentio huic Nob. parti, est 580 $\text{fl}$  monetæ argenteæ, quæ de moneta Barchinonensi sunt 890 $\text{fl}$ , contentæ in debitorio firmato per Hieronymum Portas Petro Badia die 3. Septembris 1616. quod legitur fol. 532. retro, & sic ante creationem censualis adversantis. Quod quidem debitorium 890 $\text{fl}$  fuit solutum per antecessores hujus Nob. partis dicto Badia ex pretio resultante ex venditione mansi Portas facta antecessoribus hujus Nob. pupillæ, quo ad 300 $\text{fl}$ , cum apocha loci, & cessionis fol. 515. & 516. retro.

280 Quo verò ad residuam quantitatem debitorii præsumitur ex eodem pretio venditionis solutum fuisse debitorium, eo quia breve temporis spatium intercessit inter receptionem pretii venditionis, & solutionem debitorii, & tunc eadem pecunia recepta, præsumitur soluta, Amato *variar. resolut. part. 1. resol. 3. num. 29. resol. 7. num. 19. Olea cess. jur. tit. 4. quæst. 1. num. 22. & 23.* ut supra ponderavimus in Articulo 8. num.

281 Tertium creditum pro quo competit retentio huic Nobili pupillæ est 2530 $\text{fl}$ , salvo jure, consumptæ, & alienatæ ex dote Mariannæ Portas, & Sunyer; nam Hieronymus, & Antonius Portas consumpserunt, & alianarunt ex dote Mariannæ Portas, & Sunyer 2530 $\text{fl}$ , salvo jure, quæ credita dotalia tanquam originem

trahentia à die 15. Februarii 1614. sunt anteriora pensionibus censu-  
 sualis adversantis creati 1617. ut supra firmavimus num. 219. late.  
 Et hæc Nobilis pupillæ in instrumentis venditionis præfati mansi  
 Portas habet firmam, & jurium cessionem dictæ Mariannæ Portas,  
 & Sunyer, ut ex instrumentis apparet, quæ firma, & cessione mulie-  
 ris in venditione rerum mariti adjecta transfert in emptorem præ-  
 lationem, & retentionem bonorum quam mulier pro dote habebat,  
 adversus alios mariti creditores, saltem muliere posteriores, Giur-  
 ba *obser.* 80. *num.* 20. *Olea cess. jur. tit.* 5. *quest.* 3. *num.* 11. *in fine*, nos-  
 ter Practicus Cancer *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 120. & 121. & censuit Se-  
 natus ad relationem Nobilis, & admodum Illustris Don Salvatoris  
 Fontanet die 19. Martii 1599. sive ordinariam, sive subsidiariam  
 tantum actionem haberet mulier pro sua dote in bonis mariti, nam  
 semper ipsa, & successores singulares illius habebunt saltem median-  
 te cessione remedium retentionis, non solum contra mariti hære-  
 dem, singularem successorem, Fiscum, Ecclesiam, & Tertium, sed  
 contra quemcumque, Cancer *var.* 1. *cap.* 9. *num.* 61. & 62. Giurba  
*in consuetud. Messan. cap.* 10. *glos.* 8. *num.* 10. & 13. Amato innumeris  
 citatis *var. resol. part.* 1. *resol.* 39. à *num.* 57. ad 77. late, Fontanella  
*de pact. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 7. *num.* 2. cum decisione Senatus.

282. Ergo hæc Nobilis Pupillæ habebit retentionem in præfa-  
 to manso Portas pro dictis 2530 ₰ dotis Mariannæ Portas, & Sun-  
 yer, ratione firmæ, & jurium cessionis dictæ Mariannæ adjectæ in  
 instrumento venditionis præfati mansi Portas, sive ordinariam, sive  
 subsidiariam tantum actionem in dictum mansum Portas haberet  
 Marianna, cum retentio concedatur à jure etiam non habenti actio-  
 nem, & absque cessione, ut supra meminimus in principio hujus Ar-  
 ticuli noni.

283. Quartum creditum pro quo competit retentio est 600 ₰,  
 quas Michaela Portas, & Seguera sibi reservavit in donatione fac-  
 ta Antonio Portas ejus filio 15. Februarii 1614. ut apparet ex dictis  
 capitulis matrimonialibus fol. 596. retro, cum dicta Michaela fir-  
 maverit cum jurium cessione instrumentum venditionis præfati  
 mansi Portas antecessoribus hujus Nobilis partis, & consequenter  
 sicut erat prior, & potior dicta Michaela in bonis donatis respectu  
 reservationis 600 ₰ à die 15. Februarii 1614. ita emptores dicti  
 mansi Portas, virtute firmæ, & cessionis dictæ Michaelæ, si & qua-  
 tenus dictum fuit num. antecedentibus de firma Mariannæ.

284. Quintum creditum pro quo competit retentio est censua-  
 le

le pretii 619 ₣, pensionis annuæ 50 ₣, creatum Dorotheæ Camps sub die ..... anni 1618. quod quidem censuale fuit luitum per antecessores hujus Nob. partis, cum apocha loci, & cessionis, ut ex instrumentis apparet ex pretio emptionis prætensi mansi Portas; quod quidem censuale reservationem consumpsit, ut fuit decisum in dicta sententia Nob. Rubi de Marimon transacta in iudicatum, ibi: *In quibus consumpta fuit reservatio*; ut legitur fol. 45. retro, loquendo de dicto censuali Dorotheæ Camps, & luitio dicti censualis Dorotheæ Camps facta ex pretio prætensi mansi Portas per antecessores hujus Nob. partis fuit approbata, & confirmata in & cum dicta Regia sententia Rubi de Marimon transacta in iudicatum, ibi: *Et sic venditio juris luendi mansum Portas facta Nob. Salvatori Fontanel, nec non dominii utilis venditio antea dicto nomine eidem facta de eodem manso, ex quarum venditionum pretio plura fuerunt redempta censualia, & credita dicti Hieronymi, ut instrumentis venditionem superius chalendatis latius continetur, & præsertim censuale redemptum ex pretio dictæ venditionis Dorotheæ Camps, quod erat quantitatis 619 ₣, &c.* Ratione quarum solutionum, & redemptionum censualium inter alia fuit declarata valida venditio, & alienatio prætensi mansi Portas, & consequenter cum dicta luitio sit approbata sententia transacta in rem iudicatam, & lata cum interventu Nicolai Solà antecessoris partis adversæ à quo causam habet, necessariò debet dictæ adversanti nocere, & huic parti prodesse, concedendo huic non solum retentionem, verum & etiam actionem saltem iudicati, juxta superius ponderata Artic. 4.

285 Conducunt quæ docet Salgado *labyrinth. credit. par. 2. cap. 3. num. 55.* ibi: *Actus enim quilibet in iudicio factus præjudicialis creditoribus, si isti citati, & moniti ad actum non contradicant, eo ipso illi censentur consentire, & approbare, & sibi ipsis præjudicant, ac si expressè consensissent, pro quo plura jura, & singularissimas doctrinas cumularimus, &c.*

286 Et quod scriptum reliquimus sup. num. 144. de sententia transacta in iudicatum inter creditores, & debitorem, ut noceat, & præjudicet creditoribus inter se circa gradus, & anterioritatem illorum. Facit etiam, quod reservatio in donatione super bonis donatis censetur facta de pecunia deducenda ex bonis donatis, ibi: *Que se reservarà, com ara de present se reserva 2000 ₣ moneda Barcelonesa.* Fontanel, *decis. 298. num. 11. & 12.* Pecuniæ autem consumptæ bona fide non datur à vocatio, Fontanel. *claus. 5. glos. 8. part. 6. num.*

num. 33. cum seqq. & num. 48. Gayto de credito, cap. 4. quest. 11. num. 1299. & sic si reservatio consistit in pecunia, & pecunia dictę reservationis fuit consumpta cum dicto censuali Dorotheę Camps, ibi: *In quibus consumpta fuit reservatio*, fol. 45. retro, ita ut esset solvendum dictum censuale Dorotheę Camps ex dictis bis mille libris reservatis, ibi: *Ex bonis verò dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellentia prædictam insequendo conclusionem, sententiat, & declarat, etiam obligatam esse ad præstationem censuales Sigismundi Solà Monialium sancti Danielis Gerundæ pretii 500 ₰, & Dorotheæ Camps, sicuti cum præsentem obligatam esse declarat.* Imò cum in dicta Regia sententia transacta in iudicatum approbata sit dicta luitio facta Dorotheæ Camps per antecessores huius Nob. partis, sequitur pro dicto censuali, & pensionibus decursis competere huic Nobili parti retentionis beneficium in prætenso manso Portas.

287 Hęc omnia credita superius ponderata, sunt hypothecaria potiora, & anteriora, quam pensiones censuales anni 1617. ab adversante petita, suntque etiam liquida, & clara cum publicis instrumentis iustificentur; & publica instrumenta dicuntur probatio probata, & quod ex instrumento constat, dicitur evidenter apparere, & qui illud pro se habet dicitur habere paratas probationes incontinenti, ut hæc, & alia docuit Pareja *de instrum. edit. tit. 1. resol. 2. §. 2. num. 3. 5. & seq.* & sic pro prædictis omnibus creditis habebit in omni casu hæc Nobilis pupilla retentionem in præfato manso Portas, saltem quousque; pars adversa Ciciliæ Masdeu, & Solà superiora credita censualia, & pensiones præstitit, & exsolverit huic Nobili pupillæ, quæ retentio impediet omnimodè interim executionem dictæ Regiæ sententiæ Nobilis de Ribera, cum adhuc executio non sit cœpta, & res sit integra, maximè mediante beneficio restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis noviter implorato ab hac Nobili pupilla.

## ARTICULUS X.

PRÆTENSUS MANSUS PORTAS NON POTUIT

*hypothecari censuali partis adversæ, tanquam emphyteuticarius, & sub directo dominio, & allodio Baronum de Marinyano.*

288 **N**OVUM fanè, sed juridicum fundamentum instauramus pro restitutione in integrum quam tuemur unico clausum syllogismo.

289 Emphyteusis, seu res emphyteuticaria hypothecari prohibetur de jure Cathalonix, absque domini directi consensu, sed mansus Portas est emphyteuticarius, ergo hypothecari prohibetur prætenso censuali adversantis.

290 Majorem propositionem hujus syllogismi materna lingua expressit Serenissimus Rex Petrus Primus *in cap. unico Curiarum anni 1210.* quod est *Constit. Car dignament regna 1. tit. de dret emphyteotich*, cujus hæc sunt verba, ibi: *Hauda plena, è espaciosa deliberaciò, ab consell de la Cort estatuhim, fermament manàm, & destretament precipim, en per tots temps, que nunca sie legut à alguna persona en Barcelona, ò en tot son Comptat alguns honors, ò possessions, los quals à cens, ò à emphyteosim hauràn haudas, ò tengudas, ò han, ò tenen per altres persones Clergues, ò Lechs, vendre, obligar, empenyorar, à cens, ò à tribut establir, ò en qualsevol altra manera alienar, sens especial llicencia, ò voluntat dels principals senyors, &c.*

291 Rotunda, expressa, clara, & litteralis est hæc nostra Cathalonix Constitutio, prohibens obligationem hypothecam, & quamlibet aliam alienationem rei exphyteuticæ in tota Cathalonia, absque speciali licentia consensu, & voluntate domini directi, ut nulla indigat expositione. Nam alienatione rei prohibita à lege, vel ab homine censetur interdicta pignoris, aut hypothecæ obligatio, ut expressè rescripsit Justinianus Imper. *in l. sancimus ult. Cod. de rebus alien. non alienandis*, cujus textus hæc sunt verba formalissima: *Sancimus, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admitterit: non solum domini alienationem, vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi.*

292 Rursus, quia dicta Constitutio, *Car dignament 1.* postquam  
certas



certas alienationis species rerum emphyteuticarum prohibuit, in fine prohibet generaliter quamlibet aliam alienationis speciem, & modum, ibi: *ò en qualsevol altra manera alienat*, absque speciali licentia, & voluntate dominorum directorum, ibi: *Sens especial llicencia*, *ò voluntat dels principals senyors*; verba enim, *ò en qualsevol altra manera*, correspondent dictionibus, *quoquomodo*, *quomodolibet*, & *quovis modo*; si Grammaticis, & Latinis credimus, hæc autem dictiones, *quomodolibet*, *quo vis modo*, & *quoquomodo*, universales sunt omnem excogitabilem modum comprehendunt, & amplectuntur omnes modos, & casus similes, & dissimiles, proprios, & improprios, qui succedere possunt, item, & omnes casus qui specialem expressionem requirunt, & qui alias ex natura sermonis non comprehenderentur, & junctæ verbis prohibitivis, ut in nostra Constit. *Car dignament*, ostendunt plenam, & exuberantem voluntatem prohibentis, ita ut licet prohibitio alienationis bonorum, non comprehendat necessariam alienationem, tamen secus erit, si adsunt hæc dictiones, *quomodolibet*, *quovis modo*, & *quoquomodo*, ut hæc, & alia exornat more solito Barbofa *de dictionib. dict.* 329. 330. & 334. late; atque ideo certò certius est, quod quamlibet prohibitionem hypothecæ, & obligationis rerum emphyteuticarum factam absque consensu domini directi comprehendunt verba illa nostræ Constitutionis, *ò en qualsevol altra manera alienar*, cum tritissimum sit in jure hypothecam esse speciem alienationis, & sub alienationis nomine, & appellatione contineri, §. *alienationis, in authen. de alienand. glos. verb. hypothecam, in l. ult. Cod. de rebus alienis non alienand. Cephal. conf. 296. dub. 3. Tiraquel. de leg. connub. glos. 3. num. 81. Covar. lib. 2. var. cap. 16. num. 7. Rodoan. de reb. Eccles. non alienand. quæst. 1. num. 6. & 11. & quæst. 2. cap. 6. num. 9. cum sequent. Mascard. de probat. concl. 1236. num. 108. Petra de fideicom. quæst. 8. num. 105. Peregr. in simili tract. art. 40. num. 118. Joseph. Sesse Aragonia decis. 185. num. 2. Reb. ad l. 28. vers. Ego autem, ff. de verb. sig. pag. 161. Ferrer in Constit. Cathalonix, glos. 4. num. 175. late Fusar. de substit. quæst. 703. per totam, Barbof. de appellat. appel. 14. num. 9. & sic qui non potest alienare, & alienare prohibetur, nec etiam poterit hypothecare, seu obligare, *l. ultim. Cod. de rebus alienis non alienand. Pinel. in l. 1. Cod. de bonis maternis, part. 3. num. 19. Rebell. de obligat. justitiæ, part. 2. lib. 6. quæst. 3. num. 15. Barbof. de officio, & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 19. num. 86. & 74.**

293 Nec opus est recurrere ad prohibitionem hypothecæ per

generalem alienationis prohibitionem factam cum expressè, & specialiter nostra Constitutio, *Car dignament* 1. prohibeat hypothecam, & obligationem rei emphyteuticæ, ibi: *Vendrer, obligar, empenyorar, &c. ò en qualsevol altra manera alienar*, & diligenter sunt notanda verbum, *obligar*, & verbum, *empenyorar*, quæ ad aliud referri nequeant, nec aliud significant quam pignus, & hypothecam. Nam bona obligare, & bona hypothecare idem omninò sunt, ut manifestè depromitur ex rubrica *tit. ff. quæ res pignori, vel hypothecæ data obligari non possunt*, & rubrica *tit. Cod. quæ res pignori obligari possunt*, & à rubrica optimum, & validum in jure est argumentum, Bart. per textum in *l. 1. ff. si certum petatur*, Barbosa de *locis commun. loc. 98. num. 1.* Ferrer ad *Const. los impubers, glos. 1. num. 1* & 8. Fontanel. de *paët. claus. 4. glos. 1. num. 2.* tum etiam in *l. 1. §. 1. ibi: Si filius familias pro alio rem peculiare obligaverit, l. 2. ibi: Et in eo quidem qui pro muliere obligavit rem suam, l. 3. ibi: Nisi convenerit ut sibi eadem res esset obligata*, & passim, *ff. quæ res pignori. ve hypothec. oblig. & l. 1. ibi: De ipsi agris obligandis cogitasse, l. 2. ibi: Quo factò obligari à quoquam, l. 5. ibi: De omnibus bonis pignori obligandis, l. 6. ibi: Cum sit manifestum obligationem pignoris non subsistere*, & passim, *Cod. quæ res pignori obligari possunt*, & expressius in *§. item serviana, instit. de action. ibi: Nam de qua re inter creditorem, & debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata utraque hac appellatione continetur*; ex quibus omnibus juribus, & textibus depromitur concludenter rem obligare, vel non obligare posse, idem est ac posse pignori, vel hypothecæ rem subijcere, vel non subijcere: ergo à primo ad ultimum colligitur, quod per dispositionem dictæ *Constit. Car dignament 1. tit. de dret de emphyteotich*, censetur de jure Cathalonix prohibita hypotheca rei emphyteuticæ absque consensu, & voluntate domini directi, nec aliud possunt denotare illa verba Constitutionis, *obligar, empenyorar, &c. ò en qualsevol altra manera alienar.*

294 Quæ sanè prohibitio hypothecæ, & obligationis, solum viget in rebus emphyteuticis, non verò in feudalibus de jure Cathalonix, nam quantumbis emphyteusis obligari, vel hypothecari inhibeatur de jure Cathalonix sine consensu domini directi, dicta *Const. Car dignament 1. tit. de dret emphyteotich*, juncta *Const. Aquestes la pau 3. §. Ningú Christià 8. tit. de pau, y treva*, ut supra diximus, attamen diversum procedit in feudo, feudum enim de jure Municipali obligari, hypothecari, & quomodolibet alienari valet absque domini consensu, *Constit. Item ne super laudemio 2. tit. de*

*dret emphyteotich, vers. Si empero per alguns de dits titols*; quam fanè differentiam inter feudum, & emphyteusim resultantem ex Constit. *Car dignament 1. & Constit. Item ne super laudemio 2. tit. de dret emphyteotich*, hucusque parum diligenter animadverterunt, seu notant practici nostri Doctores, cum promiscuè de feudis, & emphyteusi usque adeò loquuti sin fortasse moti vulgari illa juris regula quod de feudo ad emphyteusim, & de emphyteusi ad feudum valet argumentum; quæ quidem regula non absolute est vera, sed solum quando militat eadem ratio, & juris regulæ non repugnant; & quoties dispositum in feudo, non est in contrarium dispositum in emphyteusi; secus verò quando aliud disponitur in feudo, & aliud in emphyteusi, Barbosa *de locis commu. loco 47. num. 2.* prout evenit in nostris Constitut. *Car dignament 1. & Constit. Item ne super laudemio 2. tit. de dret emphyteotich.*

295 De qua Const. *Car dignament 1.* mentionem aliquam fecerunt, Solsona *lucer. laudem. cedul. 8. num. 3. & 22.* Guillermus de Vallesica *ad usaticum, si quis suum feudum, num. 9. 10. & 18.* Socarrats *in consuetud. Cathalon. Petri Alberti cap. eodem modo 11. num. 56.* Ripoll *var. cap. 7. num. 162.* Peguera *in Const. Idem ne super laudemio 3. tit. de dret emphyteotich, vers. 1. num. 43. & num. 121.*

296 Minor verò propositio nostri syllogismi, videlicet, quod præfatus mansus Portas sit emphyteuticarius, & sub allodio, & dominio directo constitutus Baronis, aut domini Castri de Madinyano, apparet ex tenore instrumenti venditionis præfati mansi Portas factæ antecessoribus hujus Nobilis pupillæ, & ex firma Don Raymundi Xammar domicelli, domini Castri de Marinyano inserta in calce dicti instrumenti, quod instrumentum legitur in processu fol. 21. retro; & exhibitum fuit per Nicolaum Solà patrem adversantis, sub die 27. Octobris 1635. in processu, & plenam probationem facit contra adversantem. Pareja *de instrum. edit. tit. 7. resol. 3. §. 3. num. 41. latè Burato decis. 622. num. 3. Ramon conf. 24. num. 34.* Tum & etiam probatur ex instrumento capibrevationis, seu confessionis factæ de dicto manso Portas per Hieronymum Portas antiquiorem, patrem Hieronymi Portas debitoris principalis, sub die 18. Januarii 1585. quod est in processu.

297 Ergo consequentia dicti syllogismi tenet, & vera est, videlicet, quod præfatus mansus Portas tanquam sub allodio, & dominio directo domini Castri de Madinyano constitutus, non potuit de jure Cathalonix obligari, neque hypothecari præfensu censuali

adversantis sub die 21. Junii 1617. absque firma, & consensu domini directi dicti mansi.

298 Prætera conducit pro hac Nobili pupilla, quod in instrumento venditionis prætensi mansi Portas factæ antecessoribus illius, intercessit firma, consensus, & approbatio Don Raymundi Xamar domini Castri de Madinyano, & domini directi, & allodialis mansi Portas, ut ex instrumento liquet in processu fol. 21. retro; quæ firma, approbatio, & consensus domini directi neutiquam intervenit in prætensa obligatione, & hypotheca de præfato manso Portas facta in instrumento censualis adversantis, ex quo defectu firmæ domini directi in instrumento censualis adversantis, & ex interventione firmæ domini directi in instrumento nostræ venditionis resultat, quod hæc Nobilis pupilla, saltem in pretio venditionis dicti mansi Portas, est præferenda, & anteponeunda censuali, & pensionibus partis adversæ de Masdeu, & Solà; non nobis, sed Cancerio credite var. 3. cap. 1. num. 178. ibi: *Quod ego intelligo ubi possessor rem retinere vellet; nam si contentaretur dimittere alteri rem, soluto ei pretio, cum illo habeat cum firma domini, in eo potior esset ipse quam adversarius, cum tunc emptor quo ad pretium pro creditore habeatur.*

299 Igitur Regia sententia Nobilis de Ribera exequenda non est, sed commutanda beneficio restitutionis in integrum, aut tanquam nulliter hypothecato manso Portas ex defectu firmæ domini, vel concessa retentione in pretio huic Nobili pupillæ tanquam habenti firmam domini in instrumento venditionis.

300 Quæ retentio pretii ratione firmæ juncta cum retentione quantitatum, & creditorum de quibus meminimus in Articulo nono immediatè antecedenti, ter quaterque superat valorem præfati mansi Portas, reddens inutilem prætensam adversantis intentionem.

## ARTICULUS XI.

REQUISITA SUBSTANTIALIA AB ACTORE

contra reum probanda pro obtinendo in actione hypothecaria, non fuerunt probata à Cæcilia Masdeu, & Solà contra hanc Nobilem pupillam.

301 **V**aldè practicabilia sunt, & rationi consona, quæ ponderari sese offerunt in præsentis Articulo, & speciali indigent commendatione; certum enim est, quod in, & cum

cum Regia sententia Nob. de Ribera, Tutores, & Curatores hujus Nob. pupillæ fuerunt condemnati actione hypothecaria ad solvendum pensiones dicti censualis parti adversæ, aut ad illi deferendum vacuum, & expeditam possessionem dictæ domus, hæreditatis, seu mansi de Portas, cum terris, honoribus, & possessionibus illius, ut apparet ex dicta Regia sententia cui refertur, qui est modus promulgandi, & proferendi sententiam in actione hypothecaria, Covarrub. *var. resolut. lib. 1. cap. 8. num. 1.* Alexand. *conf. 84. num. 1. vol. 6.* Odofred. *de libel. part. 1. num. 2. cap. 7.* Montan. *ad Olibam de action. part. 2. lib. 1. cap. 29. num. 84. cum vulgat.*

302 In ista autem actione hypothecaria intentata contra tertios possessores nulli dubium est, quod actor tenetur probare inter alia tria specialia. Primum, quod res hypothecata fuerit in dominio, & possessione debitoris principalis hypothecantis tempore firmatæ hypothecæ, aut ex post, maximè si agamus adversus tertios possessores causam onerosam, aut non causam habentes à debitore principali, Bart. *in l. rem alienam de pignor. glos. in d. l. rem alienam,* & ista est communis opinio, Merlin. *de pignor. lib. 5. tit. 2. quest. 68. num. 9. & 10.* multis citatis, Negusant. *de pignor. part. 8. membr. 2. num. 6.* Gratus, qui dicit plenum dominium Auctoris esse probandum, *lib. 2. respons. respons. 148. n. 4. & respons. 40. n. 14.* Montan. *ab Olibam de action. part. 2. lib. 1. cap. 29. à num. 77.* Ripoll *variær. cap. 14. num. 282.*

303 Secundum, tenetur probare actor identitatem rei hypothecatæ, & contentiosæ, Bart. *in tract. de Testibus, vers. Hac eandem rem.* Joann. Andr. *in cap. auditis extrav. de præscrip.* Alexand. *conf. 33. vol. 2. & conf. 20. vol. 6.* Peregrin. *decif. 48. num. 13.* Cyriac. *lib. 3. controv. controv. 490. num. 41.*

304 Tertium, & principaliter agens hypothecaria probare debet de possessione rei conventi, aliàs contra eum non potest exerceri hypothecaria, *l. si cum venditor de evictio. §. sed neque in authent. de fidejussor.* Peregrin. *decif. 48. num. 14.* Quæ omnia de necessitate probanda veniunt in hypothecaria, Papiens. *in forma libelli in actione hypothecaria, verbo, Ex memoratis, n. 3.* Niger. *d. contr. 490. n. 40.*

305 Quæ quidem omnia requisita, & alia nullatenus probata fuere ab adversante de Masdeu in præfenti causa: nam, circa identitatem prætensi mansi Portas, qui dicitur hypothecatus, & venditus antecessoribus hujus Nob. partis, non liquet, imò si inspiciatur tenor instrumenti censualis, & instrumenti venditionis factæ antecesso-

cessoribus hujus Nob. partis contrarium apparebit : nam in instrumento censualis , sic est concepta prætenfa hypotheca , ibi : *Specialiter verò , & expressè dictis nominibus obligo , subiicio , & submitto , ac intra manus , & posse vestri , & vestrorum mitto , & pono pleno jure domum , & hereditatem meam vocatam den Portas , sitam quamque habeo , teneo , & possideo in Villa de Virginibus dicta Diœces. & terras , honores , & possessiones , &c.*

306 In instrumento autem venditionis sic concepta fuit venditio : *Totum mansum nostrum , sive hereditatem dictam den Portas , sitam in Parochia castri de Virginibus , dictæ Diœcesis Gerunden. & domum ejusdem , aream , pallisiam , cabaneam , postium , sive porxo , corralia , quintanale , regarias , & omnes , & singulas , ac quascumque terras , honores , & possessiones ejusdem , tam cultas , quam incultas , heremas , prativas , & boscosas , de vinea , & olivariis plantatas cum arboribus fructiferis diversorum penorum ibi existentibus , sitis tam in Parochia , & termino dicti castri de Virginibus , Parochiæ de Mascuiano , & vicinatu de Oliveris , Parochiæ de Garrefolis quam alibi , una cum quadam domuncula ad latus dictarum domuum existente ubisvis sitis , & sub quibusvis terminationibus , & confrontationibus comprehensa , quas , &c. & hypotheca stricti juris est , & strictè interpretanda , Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæst. 147.*

307 Rursus , pars adversæ Cæciliæ Masdeu hucusque in causa præsentis , non probavit , nec justificavit , nec plenè , nec femiplenè , Hieronymum Portas , die 21. Junii 1617. quo creatum extitit prætensum censuale , & hypothecatus fuit prætensum mansus Portas , fuisse dominum , & possessorem prætensi mansi Portas hypothecati , prout plenè tenebatur justificare dominium , & possessionem de tempore obligationis in dicto Hieronymo Portas hypothecante ; præmaximè adversus tertios possessores , vel habentes rem ex causa onerosa ab hypothecante , ut supra in principio hujus Articuli firmavimus.

308 Imò , neque in motivis , & attentis dictæ Regiæ sententiæ nobilis de Ribera , fit mentio de dominio , & possessione prætensi mansi hypothecati in persona Hieronymi Portas debitoris hypothecantis de tempore creationis prætensi censualis , ut ex tenore dictæ Regiæ sententiæ liquet , si , & prout de jure Cathalonie tenebatur exprimere ; nam , ex dispositione Constitutionis : *Mes avant 2. tit. de sentencias* , omnes Judices , etiam Audientiæ Regiæ , tenentur exprimere in sententiis diffinitivis motiva , quibus moventur ad ita decla-

declarandum, & diffinitivè sententiandum, ibi: *Hagen, è sien tenguts de exprimir en las ditas sentencias difinitivas, los motius quels auràn mogut per aixi declarar, è difinitivament sentenciar*, ex ratione tradita per Egregium Don Michaellem de Cortiada practicæ jurisprudentiæ facilè Principem in *decis. 24. à n. 47. ibi: Ita ut clarè liqueat in quo partium justitia consistat*, cum Peg. Ripoll, Can. Xammar, & Font. ideòque motiva sunt pars sententiæ diffinitivæ, & ab eis interpretationem recipit, illamque declarant, ut talis sit sententia, qualia sunt motiva, Font. Ripoll ad Peg. citati, & sequuti per Nobilem de Cortiada, *ubi supra à num. 48. & cum plena probatio domini, & possessionis, & ipsum dominium, & possessio rei specialiter hypothecata de tempore hypothecæ in debitore hypothecante, sit requisitum substantiale, & de forma in judicio actionis hypothecariæ instituto adversus tertios possessores, causam onerosam, aut non causam habentes à debitore principali; subsequitur legitime, quod in dicta Regia sententia Nobilis de Ribera, declarante super actione hypothecaria, contra prætensores tertios possessores, causam onerosam, aut non causam habentes à debitore principali, necessario erat exprimendum motivum super dicto dominio, aut non dominio rei in debitore hypothecante, præcipuè cum verba Constitutionis: Mes avant 2. tit. de Sentencias, ibi: Hagen, è sien tenguts, inducant formam à qua præterire non possumus, sub vitio nullitatis, ut infra latius exprimemus in Articulo subsequenti.*

309 Ex quo sanè defectu motivi, in dicta Regia sententia, & defectu plenæ privationis de dicto dominio rei hypothecate, commisso per adversantem de Masdeu actricem, non ineptè colligimus, non subsistere posse dictam Regiam sententiam, imò ipsam revocandam, seu in melius commutandam fore, beneficio restitutionis in integrum, adversus eam, implorato.

310 Accedamus jam ad tertium requisitum actionis hypothecariæ, quod vertitur in probanda possessione rei hypothecate in reo convento actione hypothecaria; circa quod, in hæc prorumpit verba Regia sententia Nobilis de Ribera, ibi: *Constat dictum Josephum Lledò decessisse, illique universaliter successisse per mediam personam Emanuellis Guiamet Civis honorat. Barcinonæ, Michaellem Ferràn Civem honor. Barcinon. & Geltrudem Ferràn ejus uxorem. Constat, dictum Michaellem Ferràn obiisse, ejusque universalem hereditatem, & bona, & signanter dictum mansum Portas tenere nunc, & possidere dictam Geltrudim Ferràn viduam, & Josephum Conill Presbyterum, & Benefi-*

*ciatum Sanctæ Mariæ de Mari præsentis Civitatis, Gabriellem Amargòs, Franciscum Reverter Cives honoratos Barcinonæ, & alios, uti Tutores, & Curatores filia suæ Mariæ Ferràn. Ex quibus verbis Regiæ sententiæ depromitur Regiam sententiam tractasse tanquam dominos, & proprietarios hereditatis Josephi Lledò, Michaellem Ferràn, & Geltrudim Ferràn conjuges, & fecisse possessores hereditatis Michaelis Ferràn, & signanter prætensi mansi Portas, Geltrudem Ferràn, & Josephum Conill, Franciscum Reverter, Gabrielem Amargòs, & alios, uti Tutores, & Curatores Mariæ Ferràn filia suæ.*

311 Nunc indagandum est, an hæ suppositiones Regiæ sententiæ subsistant in factò, circa quod asserendum est; neque Michaellem Ferràn successisse Josepho Lledò per mediam personam Emanuelis Guiamet, neque Geltrudem Ferràn; imò nec dicta Geltrudis Ferràn potuit illi succedere, de quibus latius in infra dissertabimus; adeò ut nec adversa de Masdeu, & Solà id deduxit in causa, ex quo benè infertur dictam Geltrudem Ferràn non habere, nec possidere prætensum mansum Portas tanquam proprietariam: Rursus ex meritis processus non constat, imò nec unquam deductum, & allegatum fuit per adversantem, Geltrudem Ferràn, Josephum Conill, Franciscum Reverter, Gabrielem Amargòs, & alios, uti Tutores, & Curatores filia suæ Mariæ Ferràn tenere, & possidere prætensum mansum Portas, & hoc indubitanter possumus affirmare.

312 Solum enim adversa de Masdeu allegavit jus passivum adversus hanc Nobilem pupillam in Artic. 4. ex oblati 16. Novembris 1666. sub his verbis: *Posa, que los universals bens, y heretat de dit Miquel Ferràn com à usufructuaria, y tenutaria, los possebeix Geltrudis Ferràn viuda relicta de aquell, y Maria Ferràn com à proprietaria, filla unica de aquell, y singularment possebeixen la casa, y heretat que fou de Geronim Portas Ciutadà en lo terme de la Vila de Verges, especialment hypotecada en lo acte del censal de ques tracta, y per senyors, y possessors son tinguts, y reputats, y es ver. fol. 197. in tela. Supra quem Articulum 4. in responsionibus personalibus exactis à Geltrude Ferràn, respondit dicta Ferràn, que non creu, fol. 215.*

313 Adversans de Masdeu supra dicto Artic. 4. die 3. 5. & 7. mensis Julii ministravit in testes Christophorum Pagès, qui asserit, ibi: *Et dixit verum esse articulum, lo que dit saber per haverho obit dir, y ser aqueixa la publica veu, y fama. Joannem Casanovas, qui ait, ibi: Et dixit, lo que pot dir ab dit article es, que ell testimoni ho ha obit à dir publicament per la present Ciutat de Barcelona, que dita Geltrudis*



*Ferràn viuda, es tenutaria, y com à tal possebeix los bens de Miquel Ferràn, y en particular la heretat menciona lo article, &c. Et Joannem Prats, qui ait, & dixit: Verum articulum, diuho saber ell testimoni, per haver vist possehir la casa, y heretat dita de Geronim Portas, mencionada en lo article à dit Ferràn, y fer aquell dels fruyts de dita heretat com de cosa propria, à la qual heretat ha vist ell testimoni, que dit Ferràn hi tenia un grandissim remat de moltons: Hucusque dictus testis non deponit ad interrogata. Postea profequitur: Y sab també, que avny possebeixen aquella dita Geltrudis Ferràn, y Maria Ferràn ab los noms posats en lo article; diuho saber, perque veu que lo Capellà que està en casa de ditas Ferràns, com à procurador de dita senyora Geltrudis, collecta los fruyts de dita heretat, y fa de aquells lo que be li apar, per compte de sa principal.*

314 Hi sunt testes, hæ probationes ab adversante de Masdeu factæ super possessione rei hypothecatæ in reo convento: Ex quibus satis infertur has deductiones, & probationes ab adversante factas, nullatenus concordare cum motivo, & attento Regiæ sententiæ, ibi: *Constat dictum Michaellem Ferràn obiisse ejusque universalem hæreditatem, & bona tenere nunc, & possidere dictam Geltrudem Ferràn viduam, & Josephum Conill Presbyterum, & Beneficiatum Sanctæ Mariæ de Mari presentis Civitatis, Gabriellem Amargòs, Franciscum Reverter Cives honoratos Barcinonæ, & alios, uti Tutores, & Curatores filia sue Mariæ Ferràn. Et similiter dictum motivum Regiæ sententiæ nullatenus concordare cum artic. 4. adversantes supra relato, ibi: Posa, que los universals bens, y heretat de dit Miquel Ferràn, com à usufructuaria, y tenutaria la possebeix Geltrudis Ferràn, viuda relicta de aquell, y Maria Ferràn com à proprietaria, filla unica de dits Ferràns, y singularment possebeixen la casa, y heretat que fou de Geronim Portas, situada en lo terme de la Vila de Verges, especialment hypothecada en lo acte del censal de ques tracta, y per senyors, y possessors fontinguts, y reputats, y es ver.*

315 Nam articulus 4. non loquitur de Tutoribus, nec sub nomine proprio, & appellativo horum, nec sub nomine officii: articulus non loquitur de manso Portas, sed de Geltrude Ferràn tanquam usufructuaria, & tenutaria, & de Maria Ferràn uti proprietaria, & de domo, & hæreditate quæ dicitur fuisse Hieronymi Portas Civis in termino Villæ de Verges: Regia verò sententia loquitur de Geltrude Ferràn uti proprietaria, si attendimus antecedenter dicta in Regia sententia, aut uti tutrice, & de aliis Tutoribus nomine

eorum proprio, & officii expresso, & de manso Portas.

316 Rursum articulus nihil relevat: nam loquitur de domo, & hæreditate quæ dicitur fuisse Hieronymi Portas Civis, sita in termino de Verges, hypothecata in instrumento censualis; & Hieronymus Portas unam tantum domum, & hæreditatem in termino de Verges prærenditur hypothecasse, & in termino de Verges duas possumus dicere possedisse domos, & hæreditates, nam in instrumento venditionis dicitur, ibi: *Totum mansum nostrum, sive hæreditatem dictam den Portas sitam in Parochia Castri de Virginibus dict. Diocæs. Gerunden. & domum ejusdem, aream, palissiam, cabaneam, porticum, sive porxò, corralia, quintanale reparies, & ibi: Una cum quadam domuncula, &c.* ergo differunt allegata in articulo adversantis ab allegatis in dicto motivo Regiæ sententiæ.

317 Deinde dicti tres testes ministrati ab adversante, nec probant ab illa allegatum in dicto articulo, & sic multo minus expressum in motivo Regiæ sententiæ; nam duo primi testes, solum de auditu deponunt, in Civitate Barcinone, quæ distat viginti leucis à termino de Verges, testes enim de auditu in rebus de recenti nullatenus probant; *l. si arbiter in fine de probat. cap. licet ex quodam extravag. de testib. glos. in l. testium, Cod. de testibus, Felin. Aretin. in cap. tam litteris 33. de testibus, Practicus Maranta de ordine judic. rubric. de product. testium, num. 18. Neap. de Monte Alban. de testib. num. 154. Mantiv. decis. 307. num. 3. & decis. 162. num. 1. 4. 5. & 6. & decis. 71. num. 9. & decis. 280. num. 3. Menoch. de arbitrar. casu. 475. à num. 10. Mascard. de probat. concl. 151. & concl. 395. Morla in empor. jur. part. 1. tit. 11. in prælud. num. 41. Barbofa in collect. ad cap. tam de litteris 33. de testib. num. 2. Posti. de manut. decis. 166. num. 40. & tertius testis deponit de possessione dictæ Geltrudis, & Mariæ Ferràn, frivola illa, & vaga ratione scientiæ adjecta, ibi: *Perque veu, que lo Capellà que està en la casa de ditas Ferrans, com à Procurador de dita Senyora Geltrudis, collecta los fruyts de dita heretat, y fa de aquells lo que be li apar per compte de sa principal; quisnam sanè est iste Clericus, quisnam iste procurator, qui ad suum libitum disponit, & utitur fructibus dictæ hæreditatis, ad compotum suæ principalis; ò quam optimum compotum, & rationum redditio in rebus, quæ propriæ non sunt.**

318 Rursum testes hi interrogari debebant de manso Portas, qui prærenditur hypothecatus, non de domo, & hæreditate simpliciter, quæ dicitur hypothecata in instrumento censualis, imò rectum

judicium non poterant testes facere de rei hypothecatae identitate, nisi eis lecto, & ostento instrumento censualis, in quo prætenditur esse domus, & hæreditas in Articulo 4. expressa hypothecata; maximoperè constante ex tenore instrumenti venditionis de duabus domibus prætensis Hieronymi Portas, & non constante de ostensione, neque lectura instrumenti censualis adversantis, quæ testibus erat facienda; ergo ex depositionibus dictorum trium testium, non remanet plenè probata identitas rei hypothecatae, nec possessio prætensi mansi Portas hypothecati in hac Nobili pupilla rea conventa, nec in Geltrude Ferràn vidua, tanquam proprietaria, aut tutrice, neque in reliquis Tutoribus Conill, Amargòs, & Reverter; & per consequens non remanet probatum motivum Regiæ sententiæ, nec articulus quartus adversantis.

319 Uterius prætensa testium receptio plures patitur difficultates, & defectus substantiales in forma receptionis eorum requisiti per generales Constitutiones Cathalonix, & per jus commune, nam in Constit. *Mes volèm 6. tit. de Notaris, y Escrivans*, statuitur quod testes producendi in causa examinari debeant per Scribas mandati, aut per Notarios Regios eorum substitutos, ibi: *Mes volèm, è manàm, que los testimonis ques daràn, è produiràn en las causas, se hajan à pendrer per los Escrivans de manament, ò per substituets de aquells, puix sian Notaris habils, è suficientes.* Et in Constit. 15. ibi: *Perque ells son los que comuntment escriuhen los dits actes, y tenen las commissiõs pera rebre los testimonis;* idque pro regula certa statuitur à Ripoll ad Peguer. *in rubr. 18. num. 55. ibi: Regula certa, & indubitata est, quod testes debent recepti, & examinari coram Judice, vel penès scribam causæ ubi lis vertitur, de quo stylo, & praxi attestatur Regius Consiliarius Xammar de offic. Judic. part. 1. quæst. 24. num. 162. in fine,* cum Ripoll ad Peguer. *ubi supra*, & decisum fuit per Nobilem Hieronymum à Magarola, in causa Joannis Baptistæ de Lanè, Not. Pellicer. Et prædicti quinque testes, qui nunc in processu leguntur, non fuerunt recepti per tunc Notarium, & Scribam hujus causæ; ut non ineleganter depromitur ex prætensò originali dictorum quinque testium mandato sequestrari in posse Francisci Delfau Burgensis Villæ Perpiniani, Regii mandati Scribæ.

320 Cæterùm omiſſa prætensa probatione, & receptione prædictorum quinque testium, attamen luce meridiana clarius est, dictas attestations, & depositiones quinque testium adversantis de Masdeu, & Solà, sub die 31. Martii 1672. quo lata fuit Regia senten-

tia Nobilis de Ribera, non esse insertas, consuetas, nec exhibitas in nostro processu; ad quod justificandum, & demonstrandum.

321 Supponendum est primo, Regiam sententiam Nob. de Ribera nullatenus in corpore illius mentionem aliquam fecisse, nec verbum aliquod loquutam fuisse de dictis quinque testibus, quod valdè notatione dignum est, nam si depositiones dictorum testium, tempore sententiæ consuetae, & insertae fuissent in processu absque dubio de illis tamquam simpliciter necessariis pro prætenso jure passivo loquuta fuisset Regia sententia, præmaximè si animadvertimus, quod si dictae depositiones testium extitissent consuetae, & insertae in processu de tempore prolatae sententiæ extitissent in dicto processu in primo fol. processus, quod erat ultimum ex fol. de retro, eo quod post prætenfam receptionem testium factam mense Julii anni 1670. usque ad diem latae sententiæ, nihil extiterat in processu exhibitum per partes, ut ex inspectione processus apparet.

322 Secundo supponendum est, quod motivum juris passivi formatum in Reg. sententia, nullatenus concordat cum deductionibus in facto allegatis per adversantem quo ad dictum jus passivum, neque cum depositionibus dictorum trium testium, ut deducitur ex deductis supra; ex quo sequitur, quod tempore latae Regiæ sententiæ non legebantur in processu dictae attestations, nam si in corpore processus insertae fuissent, eo tunc est constans, quod Regia sententia formavisset motivum juris passivi, juxta depositiones dictorum testium, & non præter illas.

323 Tertio supponendum est, in visis Regiæ sententiæ noviter in processu scriptis per antiquum Notarium causæ legi omnia visa processus, quæ continent sex fol. literæ strictæ usque ad visa testium prædictorum exclusivè, & solum deficiunt visa dictorum testium, & octo, aut decem schedularum oblatarum in processu à die prætense receptionis testium, usque ad diem sententiæ: ergo signum evidens est, quod nemo audet affirmare se vidisse dictas attestations in processu de tempore sententiæ.

324 Quarto supponendum est, partem aliam Ciciliæ Masdeu, nec hanc partem in schedulis oblati in processu à die 7. Julii 1670. in qua facta esse dicitur receptio dictorum testium, usque ad diem prolatae sententiæ nusquam mentionem facere de dictis testibus, nec de depositionibus eorum, quod valdè notandum est.

325 Quinto notandum est, Advocatum adversantis à die prætenfa

rensa receptionis testium, usque ad diem latæ sententiæ, nusquam petiisse communicationem processus, neque durantibus altercatis provisionis taxationis expensarum confirmationis illius, & provisionis decreti executionis, & confirmationis illius, & ita pars alia, nec ejus Advocatus non poterit dicere, neque affirmare tempore latæ sententiæ esse insertas in processu prædictas attestaciones, solum enim peiit communicationem processus 15. Octobris 1674. pendente jam altercato, de cujus revocatione nunc disceptatur.

326 Solum enim de dicta receptione testium fit mentio in schedula taxationis expensarum oblata 30. Aprillis 1672. adverificationum per scribam mandati Galceràn, lapso jam uno mense à die latæ sententiæ, ex qua adverificatione scribæ mandati Galceràn inferri videtur, testes prædictos insertos fuisse in processu tempore sententiæ.

327 Sed hæc præsumptio faciliter evanescit ex sequentibus: Primo, quia pars alia de Masdeu, & Solà, & Advocatus illius non viderant dictas depositiones testium cum à die prætensæ receptionis usque ad provisionem taxationis, & ultra nusquam petiissent nec habuissent communicatum hunc processum, ut supra diximus, & ideò perperam in dicta schedula poterant deducere, *item pro receptione quinque testium*. Secundo, quia scriba mandati adverat receptionem testium, non vero insertionem illorum in processu, de qua nos conquerimur. Tertio, quia bene potuissent ostendi scribæ mandati Galceràn dictæ attestaciones die 30. Aprillis 1670. ut pars adversa recuperare posset expensas in receptione testium consumptas post latam sententiam, quin die 31. Martii 1672. latæ sententiæ dictæ attestaciones essent in processu. Quarto, quia dicta adveratio scribæ mandati memorialis expensarum deficit in multis, nam in dicta taxatione adnumerantur 500. folia processus, & in processu solum adsunt 417. folia, rursus in prætensa denuntiatione processus solutæ fuerunt 44. libræ, & 12. solidi, & in sententia 14. solidi, & in prædicta taxatione computantur quinque libræ, & sex solidi, ultra debitam taxam; & tandem in sententia provisionali Magnifici Joannis Colomer, de qua num. 32. ultra supradicta detractæ fuerunt à dicta taxatione 64 ₣ 7 ¢, & 3. ergo in multis defecit prædicta expensarum taxatio; Et sic mirandum non est, quod defecisset etiam in adverificatione prætensa receptionis dictorum quinque testium; imò non temere possumus præsumi defecisse Regium Scribam

Galceràn, assidua tot tantorumque litium litigantium processuum, & negotiorum copia.

328 Sed ad quid desideramus præsumptiones, si veritas semper elucescit, & ex meritis processus constat, quod tempore latae sententiæ 31. Martii 1672. & tempore adverificationis expensarum factæ per Scribam Galceràn, sub die 30. Aprillis 1672. imò sub die 15. Junii 1672. quo facta fuit provisio expensarum per Nob. de Ribera, non fuerant consuetæ, nec insertæ dictæ attestations dictorum quinque testium in processu, quod cuicumque inspicienti præsentem processum apparebit absque tergiversatione aliqua.

329 Nam in nostro processu à die 23. Februarii 1645. usque ad diem primam Julii 1667. in facie processus, seu retro illius, nulla fuerunt per partes exhibita, nec producta instrumenta, sed solum sub die prima Julii 1667. fuerunt exhibita instrumenta diversa, quæ occupant quinquaginta sex folia, & continentur à fol. 512. ad 596. retro, & omnia hæc instrumenta, & folia sunt consuetæ in una filera papiri, & in facie dictæ fileræ leguntur hæc verba; *Originale productorum pro parte conjugum Begurs, & Portas exhibitorum, cum articulis die prima Julii 1667.*

330 In retro verò dictæ fileræ papiri, adsunt scripta computa, & salaria pro foliis processus, & aliis laboribus pertinentibus antiquo Notario causæ, usque ad diem sententiæ Regiæ, & provisionis taxationis expensarum factæ 15. Junii 1672. & computa bis tractorum pro dicta provisione diei 15. Junii 1672. si, & pro ut hic oculariter ostenditur dictum folium, seu filera processus, modo, ac forma qua reperitur in nostro processu.

Summa

Proceder in	18 10
Yves	18 10
Mig. morales	18 10
T. C. 14	18 10
<hr/>	
27 40	
<hr/>	

Proceder in 18 10

Originale productorum pro parte conjugum  
 Begurs, & Portas exhibitorum cum artic.  
 die 1. Julii 1667.

18 10	-----
18 10	-----
<hr/>	
18 10	-----
<hr/>	

Proceder in 18 10

18 10	-----
18 10	-----

*Sentencia.*

Proces set fu. ———	℥ 14	¢
Vifos —————	1 ℥	¢
Mitg morabatì ———	6 ℥	7 ¢ 6
T. y C. 14 —————	1 ℥	1 ¢
	<hr/>	
	9 ℥	2 ¢ 6.
	<hr/>	

*Provisio de 15. de Juny 1672.*

Proces 12 —————	1 ℥	4 ¢
T. y C. —————	℥ 10	¢
	<hr/>	
	1 ℥	14 ¢.
	<hr/>	

*Bestrets de la provisio de 15. de Juny 1672.*

Primo meytat fal. ———	℥ 19	¢ 6
Item, proces 6. ———	℥ 12	¢



331 Ex quibus omnibus hanc legitimam consequentiam deducimus : ergo die latę sententię Regię , & die 15. Junii sub quo facta exitit provisio taxationis expensarum dictum folium papiri , in cujus facie est scriptum : *Originale productorum pro parte conjugum Begurs , & Portas exhibit. cum artic. die prima Julii 1667.* erat ultimum folium processus retro , seu primum folium processus in facie : hæc consequentia tenet , nam semper Notar. Regii scribunt computa salariorum processus ipsis spectantium , quoties in processu , seu causa fertur sententia , seu provisio formiter , in retro primi folii faciei processus , & merito , nam id Notarii Regii faciunt ad denotandum , quod pro toto illo processu contento , à folio primo faciei processus , ubi computa scribunt , usque ad folium ultimum , in quo reperitur sententia , seu provisio ultimo lata , sunt satisfacti in suo processus salario , & ista praxis , & stylus sic ad unguem observatus potest videri in omnibus processus Regię Audientię , imò & in nostro ut liquet fol. 580. & 589. ita ut semper in primo folio faciei processus , quod est in processu tunc temporis quando fertur sententia , seu provisio aliqua , scribuntur computa salariorum usque ad dictam provisionem.

332 Ex qua solidissima veritate inferitur necessè , quod tempore Regię sententię latę 31. Martii 1672. tempore taxationis expensarum adveratarum 30. Aprillis 1672. & tempore provisionis taxationis expensarum factę 15. Junii 1672. non erant exhibitę , nec consuetę in processu depositiones , & attestations dictorum quinque testium.

333 Hęc sequela luce meridiana clarius probatur ; nam dictę depositiones fuerunt receptę à die 1. usque ad diem 7. mensis Julii , anni 1670. Ergo si dictę attestations de tempore sententię , advectionis , & provisionis expensarum fuissent in processu , non fuisset , primum folium faciei processus illud in quo scriptum legitur originale productorum , &c. die 1. Julii 1667. Deinde si dictę attestations tunc essent in processu in primo fol. dictarum attestationsum tanquam in tunc primo faciei processus , essent scripta computa salariorum Not. usque ad diem latę sententię provisionis expensarum tanquam insertę sub anno 1670. & dicta computa non legerentur scripta , pro ut leguntur in folio exhibitorum sub anno 1667. Rursus si attestations fuissent in processu tunc temporis , vel si deperditę , vel abrasę dictę attestations ex processu fuissent , etiam abrasum esset folium in quo continentur computa ; eo quia folium at-

testationum esset primum faciei processus, & computa sunt in primo folio; atqui sic est, quod computa salariorum Notariorum de tempore latae sententiae adverificationis, & provisionis taxationis expensarum usque ad diem 15. Junii 1672. inveniuntur in processu in folio originalis productorum sub die 1. Julii 1667. ut supra apparet: ergo folium originalis productorum 1. Julii 1667. in quo sunt computa sententiae, & provisionis expensarum tunc temporis erat primum faciei processus, & ultimum folium ex consuetis, & insertis, & per consequens attestations dictorum quinque testium sub mense Julii 1670. non erant insertae in processu tunc temporis; nam si tunc temporis fuissent in processu dictae attestations folia attestacionum essent folia ultima pro eo tunc consueta in processu, & dictarum depositionum folia continerent praedicta computa bistractorum, & expensarum Regiae sententiae, & provisionis taxationis, & essent pro eo tunc prima folia faciei processus, ut per se patet.

334 Hic defectus insertionis testium in processu naturali oblivioni tantum attribuendus est, quae in quolibet diligentissimo patrefamilias saepe saepius accidere experimur in quamplurimis negotiis, his de quibus agimus valde similibus; imò & eiusdem speciei, quod in hac re sentio est, quod si praescripta in Constit. *Per la bona administraciò 2. tit. de comunicaciò de processos*, & in Constit. *Per major 2. Constit. Los Escrivans 3. Constit. Suplica, ult. tit. De memoriales de processos*, non contraherent, neiticam de rebus tam valde odiosis nunc contenderemus, si, & pro ut contendere necessè judicamus.

335 Igitur de tempore Regiae sententiae Nob. de Ribera, nec plenè, nec semiplenè constabat de possessione praetensi mansi Portas hypothecati, penès Geltrudem Ferràn, Josephum Conill, Franciscum Reverter, Gabrielem Amargòs, & alios, uti Tutores, & Curatores Mariae Ferràn reos conventos, tam ex defectu non factae probationis, quàm ex defectu insertionis illius, & ex defectu non allegationis, nec deductionis ab adversante, cum Cicilia Masdeu, & Solà pars alia, non solum non probabit dictam Geltrudem Ferràn, Conill, Reverter, Amargòs, & alios, uti Tutores possidere dictum mansum Portas, verum nec quid tale deduxit, neque allegavit in processu, imò neque justificavit dictos Conill, Amargòs, Reverter, viduam Ferràn, & alios esse Tutores, & Curatores huius Nobilis pupillae, & per consequens condemnatio contra dictos Tutores facta in actione hypothecaria in, & cum Regia sententia nequit sustineri.

336 Quin officiet asserere, nunc insertos reperiri in processu dictas depositiones testium à die 3. Novembris 1667. pendente hac supplicationis causa ab altercato extractionis executorialium, quibus depositionibus comprobabitur possessio prætensi mansi Portas in Geltrude Ferràn, & sustinebitur Regia sententia.

337 Nam respondemus in primis ex dictis depositionibus testium neutiquam probatam remanere possessionem prætensi mansi Portas hypothecati in Geltrude Ferràn, saltem eo modo quo de jure debebat probari. Secundo respondemus, motivum juris passivi in Regia sententia contentum non conformari cum dictis testibus, neque dictos testes cum Regio motivo, ut supra expressimus. Tertio respondemus, in Cathalonia juxta jura patriæ judicari per directum, secundum allegata, & probata in processu, & juxta acta illius, Usatic. *Alium namque de jure Fisci*, aliàs autem sententia est nulla, Egregius Senator Cortiada *decis. 24. num. 5. & 9.* cum Fontanella, & Xammar in locis per eum citatis, quibus addi possunt Fontanel. *decis. 530. à num. 21. ad finem, decis. 594. num. 13. & decis. 600. num. 9. ad 13.* Cancer *var. 3. cap. 17. num. 409.* & cum dictæ attestationses solum sint consuete in processu die 3. Novembris 1677. plusquam quinque annis elapsis à prolatione sententiæ Regiæ & post oppositum per hanc Nobilem pupillam de defectu probationis juris passivi schedula 23. Augusti 1677. ita ut dictæ attestationses tempore latæ Regiæ sententiæ, nullatenus invenirentur in processu, ut supra evidentissimè manifestabimus; hinc fit, quod ob illarum insertionem post Regiam sententiam factam, neutiquam Regia sententia poterit sustineri; Rursus, quia jus passivum expressum contra Ferràn, Conill, Amargòs, & Reverter, & alios uti Tutores in Regia sententia, adversus quos prolata fuit Regia sententia ex dictis tribus testium depositionibus non extat probatum, ut per se patet, ac per consequens semper erit verum dicere Regiam sententiam non justificari ex actis, & per consequens neiticam exequendam fore tanquam nullam, *l. judicati 4. l. 2. l. 3. Cod. si ex falsis instrument.* Carroctius *de remed. contra senten. cap. 39. & 4.* Uvaldericus Zacius *respon. lib. 1. cap. 13.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 2. disp. 8. num. 40. in fine,* Cancer *var. lib. 3. cap. 17. num. 408. ad 410.* Xammar *remissivè de offic. Judic. part. 1. quæst. 15 num. 13.* Pareja *de instrum. edit. tom. 2. tit. 6. resol. 7. num. 88. & 89.* Suelves *consil. cent. 1. semicent. 2. cons. 12. num. 13. & passim.* Solorzano *de Indiar. gubernatio, lib. 2. cap. 8. num. 61.*

338 Ex quibus tribus defectibus substantialibus, & formalibus actionis hypothecariæ; idemtitatis rei, domini in hypothecante de tempore hypothecæ contractæ, & ex post, & possessionis penes Tutores, uti Tutores conventos, & condemnatos, legitimè resolvimus Regiam sententiam Nobilis de Ribera commutandam, aut saltem non exequendam fore adversus hanc Nobilem pupillam beneficium restitutionis in integrum implorantem, præmaximè cum in Cathalonia ratione pignorum, & hypothecarum nullum speciale jus statutum sit, sed sequamur jus commune, *Oliba de action. part. 1. lib. 3. §. item serviana num. 1. fol. 450.*

## ARTICULUS XII.

*CUNCTA PROCEDIMENTA A DIE 17. MARTII 1672. ante prolationem Regiæ sententiæ, usque nunc facta redduntur retro nulla ex defectu formæ à Constitutionibus Cathalonix requisitæ, & circa citationem non observatæ in presenti causa.*

339 **Q**uotidiè experimur, qui lites patrocinamur in Regio Senatu, procedimenta in processu per litigantes facta versus, & contra formam substantialem à statuto requisitam, nulla esse, & quatenus de facto processerunt revocari, reponendo partes in statu pristino, in quo erant ante facta dicta procedimenta: & hac de ratione si Regiæ sententiæ in iudicatum non transactæ executioni mandantur non præstita prius cautione per partem instatam à *Constit. Per ques veu 11. tit. de executio. de sentent. requisita executio*, & reliqua procedimenta hinc inde facta, nulla sunt, & quatenus defacto procedunt revocantur, & partes reponuntur in statu quo erant ante dictam executionem, quod adeo verum est, ut nec subsequens cautionis oblatio sufficiat, & hoc procedit, sive cautio ante executionem sententiæ Regiæ à parte petatur, sive non petatur, eo quia quæ pro forma substantiali ab statuto, vel de jure requiruntur specificè sunt adimplenda, sive à parte petantur, sive non petantur, *Fontanel. de pactis claus. 4. glos. 18. part. 4. num. 102. & 123. & decis. 165. tota. Cancer var. 3. cap. 17. num. 255. Ripoll ad Peguer. in prax. rub. 29. num. 5. & num. 50. ad 54. ubi additionator Don Petrus de Amigant plura recentiora exemplaria Senatus Regii refert, quibus addi potest decisio facta per Magnificum Joannem*

Baptistam Pastor 4. Maii 1667. Not. Preve, in causa pupillorum Sagarrigas, contra Don Joannem de Mata, & alia decilio ad relationem Don Michaelis de Cortiada, in causa Æconomi Communitatis Presbyterorum Villæ de Reus, contra Universitatem de Vila-Seca, Not. Almunia, & Cafasses, me Advocato, sub die 9. Maii 1673. ut minor 25. annis adversus formam cautionis, aut alias non præstitam neutiquam in integrum restituatur, Salgad. *labyr. creditor. part. 1. cap. final num. 71.*

340 Ad hanc ergo similitudinem Regia sententia, & reliqua procedimenta in nostro processu facta saltem à die 17. Martii 1672. nulla, annullandaque sunt, & quatenus defacto processerunt veniunt revocanda, tanquam opposita, & gesta contra formam præscriptam in Const. *estatuhim 6. tit. de citations, è inhibicions*, de qua nullitate in vim dictæ Constit. *estatuhim 6.* cum noviter oppositum fuerit ab hac Nobili pupilla in hac causa, tantique sit momenti, & utilitatis illius oppositio, ideò magna indiget expositione.

341 Accedendo igitur ad expositionem dictæ nullitatis est præsupponendum, quod ab anno 1635. fuerunt citati ad præsentem causam Michaelia Portas, & Marianna Portas, & aliæ personæ, ad instantiam Magnifici Pauli Guiamet Regii Consilarii, Mariannæ Guiamet, & Lledò conjugum, & Emanuelis Guiamet impuberis illorum filii, ratione eviçtionis, & aliàs, quæ quidem personæ comparuerunt in præsentem causam, ut liquet ex meritis processus fol. 30. 47. 53. 59. usque ad fol. 85. & 194. in tela: Mortuis conjugibus Guiamets, & Emanuelle Guiamet illorum filio, die 30. Octobris 1666. fuit prosequuta præsens causa, & citati ad eam prætensi tutores, & curatores hujus Nob. pupillæ, qui quidem tutores supplicatione oblata 20. Novembris 1666. ratione eviçtionis citaverunt hæredes, & successores Mariannæ, & Michaeliæ Portas, & aliarum personarum antecederent citatarum, & inter alios Michaellem Bagur & Portas, pro quo comparuit in præsentem causam Josephus Estalella Not. Causidicus, ut est videre in fol. 201. 204. ad 205. in tela, pendente hac causa decessit Josephus Estalella Not. Causidicus Procurator Michaelis Bagur, & Portas, quo defuncto supplicatione oblata 5. Martii 1672. prætensi tutores, & curatores hujus Nob. pupillæ petierunt per mortem dicti Josephi Estalella citari mandari ad præsentem causam conjuges Bagur & Portas, & alii in actu citationis nominandi ad continuandam præsentem causam, & quod ad id de literis citatoriis omni meliori modo provideretur, ut apparet fol. 217. in tela.

342 Pars alia Cicilię Masdeu consensit expeditioni dictarum litterarum citatoriarum scedula 10. Martii 1672. cui scedula Nob. Relator provisit, Viso intimetur; prætensi Tutores, & Curatores hujus Nob. pupillæ literas citatorias petierunt Notario tunc causę, qui cum eas nollet expedire, nec tradere prætensis Tutoribus hujus Nob. pupillæ, eo quia Nob. Relator provideret *viso*, dicti Tutores scedula oblata 17. Martii 1672. petierunt quod mandaretur Notario, quatenus expediret dictas litteras citatorias, ibi: *X per quant lo Escrivà de la causa, rehusa despedir las lletras als 5. del corrent provehidas, per estar à viso lo procès, demana perço aquesta part sia manàt à dit Notari despedisca ditas lletras, contradint en lo entretant al curs de la causa, y demès à si prejudicial, y protesta*; cui quidem scedula etiam Nob. Relator, provisit solum *viso intimetur*, ut apparet in processu fol. 218. in tela.

343 Tandem nulla deductione per partes respectivè facta sub die 31. Martii 1672. prolata fuit Regia sententia in præsentī causa facto verbo in Regia Audientia, in & cum qua hæc Nob. pupilla condemnata extitit ad dandum, & solvendum Cicilię Masdeu & Solà 1668 ₧, monetę argenteę pro pensionibus decursis censualis de quo agitur, & pensiones à cetero decurrendas, aut ad deserendam vacuam, & expeditam possessionem mansi Portas: reservando jus in alio judicio huic Nob. pupillæ, quo ad conjuges Bagur, & alios, quia non constabat de intentione hujus Nob. pupillæ, eo modo quo, ut est videre in Regia sententia fol. 220. in tela, & supra num. 21.

144 Sed quid mirum, si denegata fuit, huic Nob. pupillæ expeditio litterarum citatoriarum ad continuandam causam adversus conjuges Bagurs & Portas, & alios, quo jure, aut qua ratione hucusque ignoro, maximè cum hæc Nob. pars pupilla esset; Ex hac ergo denegatione expeditionis citatoriarum litterarum adversus conjuges Bagurs, & alios ad continuandam causam ob mortem Josephi Estalella Not. Causidici, subsequitur dictam Regiam sententiam, Regiasque provisiones, & reliqua merita processus hinc inde facta esse omninò nulla.

145 Hanc nullitatem Nobis probat Serenissimus Philip. Rex gloriosæ memorię, in Constit. *estatuhim 6. tit. de citac. è inhibicions*, ibi: *Estatuhim, y ordenàm ab aprobació, y consentiment de la present Cort, que si durant lo plet moriràn alguns dels litigants, ò Procuradors de aquells, se haze ab suplicació en escrits demanar, que sia citada la perso-*

na que serà legitima pera continuar la causa, è lo Jutge hage de provehir-  
 ho en escrits, è aixi la suplica, è provisiò, lletras citatorias, y execució  
 de ellas se inserten en lo proces, com à part substancial de aquell; celebris  
 est ad propositum doctrina Don Ludovici Peguera in praxi rub. 6.  
 num. 3. & Ripoll ibidem num. 21. & decis. 174. per totam, ubi refert  
 sic per eum judicatum extitisse in Regia Audientia facto verbo 23.  
 Maii 1592. in causa quæ ibi vertebatur inter Galcerandum Torro,  
 ex una, & Michaellem Barthomeu ex altera: cum qua dispositione  
 Constitutionis estatuhim 6. concordat Joannes Petrus Fontan. decis.  
 96. num. 18. & 24. ibi: Et non est quod in hoc inutiliter nos detinea-  
 mus, quia praxis nostra, & in Regia Audientia, est hujusmodi, ut cita-  
 tiones inconcusæ fiant, & fieri habeant in dictis casibus, de qua nos, quia  
 tanto tempore videmus, possumus testari indubitanter, à qua non rece-  
 dendum, & decis. 566. num. 1. & 5. Michael Ferrer part. 3. observat.  
 cap. 138. num. 2. Ripoll var. resol. cap. 3. num. 34. & 35. & num. 53.  
 & 54. qui omnes fatentur, quod si hæc solemnitas citationis omit-  
 tatur, omnia gesta in processu, nulla judicantur, & declarantur:  
 nam verba illa, è lo Jutge hage de provehirho en escrits, inducunt for-  
 mam, quæ inducitur per verbum, teneatur, quod idem sonat, ac se  
 hage de provehir, quod inducit faciendi necessitatem, Tiraquel de re-  
 tract. ligna. §. 36. glos. 2. num. 25. Beroius quaest. 24. num. 4. Barbof.  
 axiom. 100. num. 2. sequitur Regens Matheu de regim. Regni, & Ci-  
 vilitatis Valent. cap. 3. §. 3. num. 17. & cap. 13. §. 3. num. 70. qui loqui-  
 tur in terminis fori Regni Valenciæ inducentis formam per hæc, aut  
 similia verba: tum etiam inducitur forma in dicta Constitutione,  
 per illa verba: E aixi la suplicació, è provisiò, lletras citatorias, y exe-  
 cució de ellas se inserten en lo proces principal, com à part substancial de  
 aquell; si enim hæc sunt pars substantialis processus, ut Constitutio  
 decantat, quid mirum, ut inducant formam, & consequenter pro-  
 cessum, ejusque procedimenta reddant retro nulla; cum omisso  
 formæ à lege, vel ab homine requisitæ ad actum, si ad unguem non  
 observetur, omnino corrui actum, l. cum is, §. si prator. de transact.  
 cum vulgat Salgad. in labyrint. credit. part. 1. cap. final num. 132. Vela  
 dissert. 21. num. 5. Larrea alleg. fiscal. alleg. 110. n. 5. Barbof. axiom.  
 100. num. 3. etiam in superfluo Don Franciscus de Amaya in Cod.  
 ad l. certa forma 4. Cod. de jure fisci, tit. 10. num. 39. itaut nec per  
 equipollens forma adimpleri possit, sed debeat specificè adimpleri,  
 l. 3. l. 4. l. 5. & l. qui per solutam, ff. de jure jurando, Barbof. ubi supra  
 num. 16. Salgad. ibidem, num. 133. cum vulgatis, & conducunt quæ

ex nostris practicis supra retigimus circa executiones Regiarum sententiarum factas non prestita prius cautione.

346 Quod etenim per denegationem, expeditionis litterarum citatoriarum ad continuandam causam, mortuo Josepho Estalella, Procuratore conjugum Bagurs & Portas, adversus dictos conjuges Bagurs, toties petitarum per hanc Nobilem pupillam, & illius Tutores, vigore dictæ Constitutionis *estatuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions*, annulletur Regia sententia, & cætera procedimenta à die denegationis litterarum citatoriarum, fortius, & urgentius procedit in nostro casu.

347 Eo fanè, quia hæc Nobilis pupilla, illiusque Tutores habebant firmam, & legalem evictionem expressè stipulatam in instrumento venditionis prætensi mansi Portas, factæ, & firmatæ per Antonium Portas, Michaellem Portas & Seguera, Mariannam Portas, & aliàs personas, sub obligatione, & hypotheca omnium bonorum, ut expressè legitur in dicto venditionis instrumento fol. 21. retro: & etiam in Regia sententia Nob. de Ribera, ibi: *Sub evictio- nis promissione supra num. 19. in fine*: ratione cujus literalis evictio- nis, tanquam Auctores laudati, citati extiterant ad præsentem cau- sam dictæ Michaellella, & Marianna Portas, ut apparet à fol. 30. 59. in tela; & post earum mortem, citati fuerant, & comparuerant, tanquam illarum successores, conjuges Bagurs, & Portas, ut appa- ret fol. 201. ad 215. in tela, per mediam personam Josephi Estale- lla Notarii Causidici, Procuratoris dictorum conjugum: undè de- negare, seu non permittere huic Nobili pupillæ, mortuo Procura- tore Estalella, citare ad continuandam causam dictos conjuges Ba- gurs, & Portas, Auctores laudatos, nihil aliud fuit, quam denega- re, seu non permittere legitimam defensionem huic Nobili pupil- læ in hac præsentem lite, & iudicio, in quo vertitur de re considera- bili, videlicet de quatuor mille libris monetæ argenteæ: quæ fanè denegatio, seu non permissio legitimæ defensionis in hoc iudicio, quamvis versaremur extra terminos dictæ Constitutionis *estatuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions*, per se solum redderent Regiam sen- tentiam, & cætera procedimenta, adversus hanc Nobilem pupillam facta, retro nulla: nam defensio rei à jure naturali provenit, *l. ut vim, ff. de just. & jur. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauperiem fe- cisse dicatur*; & sic defensio, nemini deneganda est, *l. defensionis fa- cultas*, & ibi Bartol. *Cod. de jure fisci, lib. 10. & l. unius, §. cognita- rum, ff. de questionibus*, ibi: *Quamvis defensionem quocumque tempore,*  
postu-



*postulante reo, negari non oportet, cap. cum inter extra de except. etiam*  
*diabolo, si foret in iudicio, Rotæ decis. 364. tollere enim defensionem,*  
*omni æquitati, jure naturali, & divino repugnat, ut declarat*  
*Bart. in extravan. ad reprimendum, verbo, figura, glos. in clement. se-*  
*pè, verbo, defensiones, de verb. sig. formalissimus tex. in Clementina*  
*Pastoralis, §. caterum de re judicata, ibi: Defensionis, quæ jure prove-*  
*nit naturali, facultas adimi valuisset, cum illa Imperatori tollere non*  
*licuerit, quæ juris naturalis existant, Vantius de nullitatibus sentent.*  
*de nullitate ex defectu citationis num. 2. 3. 4. & 6. Ripoll, & Peg. in*  
*praxi rub. 6. num. 2. 10. & 18. & quia citatio est defensionis, spe-*  
*cies; ideò juris naturalis dicitur esse, Ripoll ubi supra num. 18. &*  
*defensiones auferre in qualibet iudicio quantumvis summarissimo,*  
*& privilegiato, nedum est nullitas, sed notoria injustitia ap-*  
*pellatur à Muscatel. in praxi. part. 6. glos. partes in additionibus lit. B.*  
*cum non solum naturali lege, civili, & canonica, verum etiam*  
*Evangelica, defensio nobis permittatur, idem Muscatel. num. 20.*

348 Quo sic stabilito, quod per denegationem, seu non per-  
 missionem expeditionis litterarum citatoriarum ad continuandam  
 causam adversus conjuges Bagurs Auctores laudatos, denegaretur  
 huic Nobili pupillæ defensio; sic luce meridiana clarius probatur:  
 nam venditor, seu auctor laudatus; ideò ab emptoribus citatis, vo-  
 cantur in iudicio, ut illos defendant: venditor enim, & auctor  
 laudatus, ad duo tenentur, videlicet emptorem, & ejus litem de-  
 fendere, & ad interesse, *l. non dubitatur Cod. de evict. l. venditor ho-*  
*minis, & l. si plus, §. mota, ff. eodem, Muscatel. in praxi part. 3. glos.*  
*nominet, num. 2. facit tex. in l. si Parentes. l. empti actio, l. cum questio,*  
*l. emptor. Cod. de evict. & l. qui absente, Cod. de procurat. l. libera, Cod.*  
*de sententiis, Bald. ad dictam l. cum questio, Bartol. in l. non solum,*  
*§. morte, ff. de novi operis nuntiat, Muscatel. in prax. part. 3. glos. pari*  
*passu, num. 2. Franciscus Maria Prato in addit. novissimè ad Muscatel.*  
*in prax. part. 3. glos. nominet, noster Fontanel. decis. 202. num. 17. ad*  
*finem, & ideò venditor, dicitur emptoris defensor, Socin sen. conf.*  
*91. num. 14. lib. 3. Cagnol. in l. venditor de judiciis, num. 11. Cæ-*  
*phal. conf. 168. num. 16. Mangil. de evictio. quest. 7. num. 9. adeò, ut*  
 non possit auctor laudatus, vocatus ad defensionem rei, recusari ab  
 actore; maximè, dùm nolit, iudicium novare, sed solum idem  
 agere, quod reus agere deberet, ejus vices gerens, ut ex Petro,  
 Cino, & aliis in *l. 1. Cod. ubi in rem actio, Bart. in l. liberto, §. fina-*  
*li de negotiis gestis, & aliis relatis, tenet Cæphalus dicto conf. 168.*

num. 23. Hondedeus *conf.* 25. num. 8. lib. 1. Mangil. *de evictio. quest.* 7. num. 9. & 10. & *quest.* 198. num. 6. *juncta l. empti, & l. cum successoribus* 23. *Cod. de evictio* conducunt tradita per Galupum *in prax. part. 2. cap. 15. à num. 1. & 4.* propter hanc rationem, auctor laudatus, tenetur comparere, & emptorem, ejusque litem defendere, in foro emptoris conventi, per expressum textum *in l. venditor, ff. de jud. & in l. 1. Cod. ubi in rem actio cum vulgaris*, Mangil. *de evict. quest.* 7. à num. 1. *cum seqq.* Maranta *in prax. part. 6. memb. 5. num. 10.* Nec potest declinare forum emptoris, sed in foro illius, eum defendere tenetur, propter connexitatem judicii: quod adeò verum est, quod clericus auctor laudatus ab emptore in judicio sæculari ut decendat in illud, ibique assistens, emptorem defendat, nullatenus potest non defendere emptorem, apud Judicem sæcularem, in quo conveniunt DD. omnes, Barbof. *de jure Ecclesiastico universo, lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 115. 116. & 118.* Muscatel. *in prax. part. 3. glos. nominet*, & ibi Franciscus Maria Prato *in novissima addit. Font. decis. 202. à num. 17.* allegans Tamburinum, & Dianam: & in nostro Regio Senatu, non solum Clericus auctor laudatus, tenetur, uti defensor rei, liti sæculari assistere; verum etiam potest in & contra Clericum ferri sententia ratione evictionis, & interesse, in favorem emptoris laudantis Clericum, Nobilis de Cortiada *decis. 30. num. 149. & 150.* Fontanel. *decis. 202. à num. 10. ad 15.* multis citatis Amato *resol. p. 2. ref. 86. num. 70.* innumeri sunt Doctores allegati per Barbosam ubi proximè *num. 116.* & ita millies fuit declaratum per admodum Illustres, & Regios Cancellarios, & noviter in fortioribus terminis in causa contentions inter Curiam Ecclesiasticam Barcinone, & Priorissam, & Conventum Beatæ Mariæ Angelorum præsentis Civitatis ex una, & Regiam Audientiam, & Nobiles Dionisiam, & Josephum de Vega & Oluja, partibus ex altera, coram Illustri, & Nobili Don Daniele Sayol Corteroni, & Ponsè de Leon meritissimo Canonico almæ Sedis Barcinone, pro meritis nominato in tertium contentionum, & ad majora evahendo, Consultoribus Magnificis Josepho Aleny, & Joanne Colomer Regiis Consiliariis dignissimis, Notario Oriol, & Mercer.

349 Ergo adempta fuit huic Nob. pupillæ legitima defensio, quam à jure habebat, ei non permitendo expedire literas citatorias ad continuandam causam, adversus conjuges Bagurs, & Portas auctores laudatos: quod enim hæc denegatio citationis auctoris laudati, sit denegatio defensionis, expressit noster Regius Senatus

in causa vertenti in Regia Audientia, inter Elifabethem Perès & Mora, & Emerentianam Fontana, & Mora, contra Franciscum Sanbefart Civem Honoratum Barcinone, Notario Joanne Petro Fabra, die 22. Junii 1675. factò verbo in Regia Audientia, referente doctissimo Don Michaelè de Cortiada Regio Senatore integerrimo, in qua quidem causa, cum ad instantiam dictarum Elifabetis, & Emerentianæ petitum fuisset, condemnari Franciscum Sanbefart, ad eis danda, & reiteranda computa administrationis tutelaris, & ad reliquum restituendum, & inter alia, quia tutor indebitè solve- rat plures pecuniarum tutelarium quantitates Raymundo Modolell, Josepho Massana, & aliis; & Franciscus Sanbefart hæres tutoris, peteret, dictos Massana, Modolell, & alios, quibus pecunia tute- laris, indebitè dicebatur soluta, citari ad dictam causam, cui cita- tioni formiter contradicerent dictæ actrices, nihilominus Regius Senatus declaravit; dictos Modolell, Massana, & alios, citandos esse ad dictam causam, eo expresso motivo, ibi: *Undè liquet, defen- sionem presentis causæ, etiam pertinere, & spectare ad dictos hæredes Raymundi Modolell, Josephi Massana, & alios, contra quos Franciscus Sanbefart experiri intendit actionem conditionis indebiti.* & ibi: *Tamen non inde sequitur quoad defensio, non pertineat etiam, & spectet dictis prætensis creditoribus, quibus solutum est, & quod non possint ad instan- tiam conventi tutoris ad causam citari.* Quæ Regia decisio, non ita in fortioribus terminis procedit, sicut sunt nostri; in quibus versa- mur; nam in jure est certum, quod defentio emptoris conventi, spectat venditori, qui coactè tenetur defendere emptorem in foro ipsius emptoris, quamvis istud esset aliàs forum incapax venditoris, ut in Clerico, etiam renuente, & coactò actore, quæ quidem de- fentio, non tantum est, respectu emptoris cum actore evincente, verum etiam respectu emptoris evicti cum venditore, quæ juris re- gulæ certissimæ, procedebant absque dubio in nostro casu.

350 Rursus in nostro casu, non contradicebat actor citatio- ni auctoris laudati, imò concensit citationi, schedula oblata 10. Martii 1672. ibi: *Se acontenta esta part, que sien despedidas las pretesas lletras citatorias ex adverso demanadas, fol. 217. in tela.*

351 Præterea in nostro casu, non agebatur de citandis ad cau- sam novis personis, sed de citandis successoribus personatum jam citatarum; imò de citandis eisdem jam citatis, per mortem procu- ratoris, ad continuandam causam.

352 Tandem in nostro casu, agebatur de citatione ad conti-

nuandam causam principalium citatorum, per mortem sui procuratoris, juxta formam præscriptam, & inviolabiliter observandam sub nullitatis vitio in dicta Constitutione *statuim 6. tit. de citations, è inibicions.*

353 In illa verò decisione Nobilis de Cortiada, actor, formiter recusabat citationem; citatio erat novarum personarum, nec versabatur in terminis dictæ Constitutionis *statuim 6. tit. de citations, è inibicions*; citandi non tenebantur defendere tutorem Sanbesart, imò poterant, illum non defendere, nec coactè, tenebantur defendere, & dictum judicium subire; imò declinatoriam fori exceptionem, poterant objicere, novareque judicium adtritium; quibus non obstantibus, quia tamen ipsis etiam spectabat defensio ipsorum, quamvis non spectasset defensio tutoris, & actor contradiceret, datus fuit locus, & permissum extitit tutori Sanbesart, illos citare, ad se ipsos defendendum: ergo multo melius in nostro casu, non denegandæ erant dictæ literæ Nobili pupillæ, cum ipsa citatione auctoris laudati ad continuandam causam, non solum auctorem laudatum, sed se ipsam, suam qualitatem causam, & rem vellet defendere, consentiente auctore, & habens pro se ipsa expressam dispositionem Constitutionis *statuim 6. tit. de citations, è inibicions*; imò denegatio expeditionis dictarum litterarum citatoriarum adversus auctorem laudatum ad continuandam causam, mortuo procuratore, fuit denegatio defensionis hujus Nobilis pupillæ, ne aliud dicam.

354 Neque valet asserere, huic Nob. pupillæ, in Regia sententia Nobilis de Ribera reservatum fuisse jus in alio judicio, adversus auctores laudatos, & ideo, satis ei consultum esse, cum in alio judicio possit resarciri in omni interesse, & damnis passis: Nam respondetur, reservationem juris factam in dicta Regia sententia adversus auctores laudatos, nihil facere quo ad præsentem causam, ut per se patet: nam in præsentia causa, & in omnibus, auctores laudati, ad duo tenentur, videlicet ad defensionem emptoris conventi, respectu habere licere rem, contra actorem evincentem, & ad interesse ipsius emptoris evicti, contra venditorem in causa laudatum, ut ex Fontanella, Muscatel, Maria Prato, & aliis firmavimus supra num. 348. & reservatio hujus Nobilis pupillæ in alio judicio, facta in Regia sententia solum operari potest respectu interesse pupillæ evictæ contra auctores laudatos; non verò operatur defensionem ipsius pupillæ ab auctore laudato faciendam adversus actricem

de Masdeu, & Solà evincētem, nec defensionem ipsius auctoris laudati respectu sui ipsius, ut per se patet. Nam, non obstante dicta reservatione, semper est verum dicere, ablatam fuisse huic Nobili pupillæ defensionem rei in hac causa, adversus partem aliam de Masdeu, & Solà actricem, per denegationem citationis auctoris laudati ad continuandam causam; & semper est verum dicere, etiam ablatam fuisse defensionem in hac causa ipsismet auctoribus laudatis adversus actricem de Masdeu, & Solà, cum dictus auctor laudatus, per denegationem dictæ citationis, prohibitus sit, litem hanc, & Nobilem pupillam, & seipsum defendere ab instantia, & actione de Masdeu, itaut remanserunt in defensi; tam conjuges Bagurs, & Portas auctores laudati, quam hæc Nobilis pupilla laudans in hoc judicio, respectu actionis de Masdeu, denegatione dictæ citationis: quin, per reservationem juris hujus Nobilis pupillæ, sit ei consultum quoad defensionem rei evictæ; quidquid sit quo ad interesse rei.

355 Rursus per dictam reservationem in alio judicio, non refarciuntur huic Nobili pupillæ expensæ, & damna passa in hoc judicio; neque expensæ, damna, moræ, altercata, jurgia sustinenda in alio judicio: nec refarciuntur commoda, quæ ex natura evictionis, huic Nobili pupillæ competebant, nempe, defendendi se suamque litem, rem, aut solutionem pensionum censualis decursarum, & à cætero decurrendarum munitæ clipeo defensionis faciendæ ab auctore laudato juxta naturam evictionis, nec huic Nobili pupillæ refarcitur, ut unico processu, unica lite, una, eademque sententia potuisset venire condemnatum auctorem laudatum; ad hoc ut si una manu dimittebat rem, aut solvebat 1668 ₣, monetæ argenteæ pensionum parti adversæ de Masdeu, & Solà, altera manu interesse rei dimissæ, aut pecuniæ solutæ recuperabat, juxta praxim receptam per nostrum Egregium Senatam, ac apud omnes Gallup. *in prax. part. 2. cap. 15. num. 1. ad 5. Muscatel. in praxi. part. 3. glosa, paripassu, num. 3. & glos. nominet, num. 20.*

356 Imò violantur tritissima illa juris principia, quibus caveatur, & præcipitur judicibus, lites non esse multiplicandas; quod noster Regius Senatus præmaximè observat, cum multum invigilet in litibus abbreviandis, & finiendis, & ne ex una lite, diversæ lites orientur, per *l. 3. §. 1. de receptis arbitres, & l. cum fundus, §. servum, ff. si certum petatur, l. dominus testamento, ff. de condic. indeb.* noster literatissimus Fontanel. *decis. 71. num. 21. 22. & 23. ne inanibus sump-*

sumptibus, partes vexentur, Ripoll ad Peg. rub. 28. num. 25. in fin. idem Fontan. citata decis. 71. num. 22. Egregius Don Michael de Cortiada decis. 36. num. 31.

357 Tandem magna ponderatione, debitaque meditatione, digna est circumstantia, quæ evenit in denegatione citationis auctores laudati ad continuandam causam, petitæ per hanc Nobilem pupillam: nam pars alia Ciciliæ Masdeu, & Solà actricis in præsentī lite, schedula oblata 10. Martii 1672. fol. 217. in tela, expressè consensit dictæ citationi auctores laudati petitæ, ibi: *Se acontenta esta part, que sien despedidas las pretesas lletras citatorias ex aduerso demandadas.* Si enim, pro expeditione dictarum litterarum, habebat hæc Nobilis pupilla expressam dispositionem Constitutionis *estatuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions*, & expressum consensum actricis, capere non possumus, quomodo, forma, aut ratione potuerunt denegari dictæ literæ citatoriæ huic Nobili pupillæ? non ne, ubi partes sunt concordantes, acquiescit officium Judicis? non ne consentientibus partibus, vel una earum non opponente, multa, circa ordinem, & solemnitatem judiciorum permittuntur, etiam contra leges, & statuta, quæ aliàs non permetterentur? ut exemplificat Xammar de offic. Judicis part. 1. quæst. 6. num. 109. Ripoll var. cap. 7. n. 59. Ripoll ad Peguer. in prax. rub. 18. num. 26. & 42. & rub. 14. n. 40. 44. & 45. Nobilis de Cortiada decis. 21. num. 9. 10. 13. & 26. quod adeo verum est, ut si de instrumento appellationis non constet, & partes concordant, appellatum esse, nisi appellatus excipiat intra descendium non esse appellatum, Judex non debet id excutere, Felin. in cap. quo ad consultationem in fine, de sentent. & re judicat. Xammar de officio Judicis part. 1. quæst. 8. num. 110. Canc. var. 1. cap. 17. n. 61. & trita, ac generalis conclusio in ore omnium DD. est illa, quod Judex officium suum non impertitur, nisi parte petente, l. 4. §. hoc autem, ff. de damno infecto, ubi Bart. & omnis DD. Schola, Xam. de offic. Judicis part. 1. quæst. 9. à num. 34. quanto ergo melius, non impertietur consentientibus partibus, & extante expressissima formalitate dictæ Constitutionis *estatuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions*? Igitur denegatio harum litterarum, etiam seclusa dicta Constitutione 6. fuit denegatio legitimæ defensionis, tantum ex quo consenserunt partes in expeditione, & non obstante dicto expresso consensu partium, minimè fuerunt expeditæ, sed denegatæ.

358 Resultat ergo, quod ex denegatione dictarum litterarum citatoriarum ad continuandam causam, violata extitit dicta Conf-

titutio 6. tit. de citacions, è inhibicions, ejusque forma substantialis processus, defensio hujus Nob. pupillæ, conjugum Bagurs, & Portas auctorum laudatorum, & reliqua juris principia supra tradita, & sic nihil mirum, quod Regia sententia, cunctaque procedimenta, hinc inde facta, veniant annullanda, & revocanda, saltem medio restitutionis in integrum beneficio, ratione minoris ætatis implorato per hanc Nobilem pupillam quæ spectat, cuncta hæc, non sine re non, movere rectissimos, & Regios judicantium animos, ad ita pronuntiandum.

## ARTICULUS XIII.

*PROCEDIMENTA PRÆSENTIS CAUSÆ FACTA IN REGIA*

*Audientia nequeunt sustineri, ob non evocatam causam ad Regiam Audientiam.*

359 **N**ullitas, seu exceptio, quam exponendam suscipimus nequitiam contemnenda est pro intentione quam agimus, cum quali modo sistat in jurisdictionis defectu.

360 Etenim hæc nostra causa ab aliquo ex litigatoribus sub die prima Junii 1667. per absentiam à præsentem Principatu Excellentissimi domini Proregis, & Locumtenentis Generalis, fuit evocata à Regia Audientia ad Vice-Regiam Audientiam provisione facta per Nobilem Regentem Assessoriam Generalis Gubernatoris Cathalonix, ut apparet in processu fol. 209. in tela, quod tribunal Vice-Regiæ cessavit, & experavit per adventum Excellentissimi Proregis sub die 4. Augusti anni 1667. Undè cum prætenfa provisio secunda denuntiationis processus facta sub die 15. Septembris 1670. Regia sententia lata 31. Martii 1672. provisiones taxationis expensarum, & decreti executionis in præsentem causa lata, & provise fuerint sub nomine Excellentissimi domini Proregis, & Locumtenentis Generalis, ac R. A. Quin unquam præsens causa iterum fuerit evocata à Vice-Regia Audientia admodum Illustris Locumtenentis Generalis Gubernatoris ad Regiam Audientiam, si & pro ut à jure evocari debebat, iterum ad Regiam Audientiam media provisione de *evocata causa*, providenda per admodum Illustres Cancellarium, Regentem Cancellariam, aut in defectum eorum, per antiquiorem Doctorem Regiæ Audientix, hinc fit ut dictæ provisiones, & Regia sententia in præsentem causa lata nequeant sustineri

tanquam factæ à Regia Audientia, in causa, quæ vertebatur in Vice-Regia Audientia, & non fuerat evocata ad Regiam Audientiam.

361 Nam in Cathalonia, absente, vel mortuo domino Rege, Prorege, ac Primogenito domini Regis Gerens Vices Generalis Gubernatoris, procedente Vice-Regia, Præsidi Provinciæ comparatur, habetque suam Vice-Regiam Audientiam, in qua præsidet ejus Assessor, & omnes causas civiles, & criminales, & negotia Principatus Cathalonix tractat, & determinat, cum sua Vice-Regia Audientia, Constitutione *unica*, tit. de la Audiencia del Governador Vice-Regia, Doctissimus D. Michael de Cortiada, cunctos nostros practicos cumulans, & supperans *decis. 10. num. 67. & 70.* & licet Vice-Regia Audientia Gubernatoris Generalis, vel illius Vice Gerentis, ex Nobilibus, & Magnificis Doctoribus Regii Consilii formetur; tamen Vice-Regia Audientia, est diversum Tribunal à Regia Audientia Domini nostri Regis, illiusque Locumtenentis Generalis, ut literaliter colligitur à Const. *unica*, & rubrica tituli, tit. de la Audiencia del Governador Vice-Regia, & à Const. 1. & toto titulo, tit. de Audiencia, y Consell Real, in nostris terminis observantissimus Michael Ferrer super 1. part. obser. Gubernatoris Generalis Cathalonix Vice-Regia, cap. 18.

362 Ex qua diversitate Tribunalium, affirmat idem Michael Ferrer, quod Vice-Regia procedente, debet fieri evocatio causarum vertentium in Regia Audientia, ad Vice-Regiam Audientiam, & in decretatione supplicationis, dicitur *evocata causa*; & requiritur amplius, ut si pars, contra quam causa evocatur, non habeat Procuratorem in illa Civitate, vel Villa, in qua est Gubernator, necessario citetur de novo, ad continuandam causam, ut causa possit continuari in Vice-Regia Audientia, & ratio est, inquit Ferrer, *quia non est idem, sed est diversum Tribunal.*

363 Sic etiam similiter, quoties equivocantur causæ à Vice-Regia Audientia, ad Regiam Audientiam, in decretatione supplicationis, dicitur, *evocata causa*, quæ verba, *evocata causa*, sunt de forma substantiali; & ita millies, & inconcussè est observatum in Regia Audientia, aurea ad id est doctrina Egregii Don Michaelis de Cortiada tom. 2. *decis. post tractat. in additionibus ad primam partem decisionum in additionibus ad decis. 35. ad num. 109. ibi: Sed si dubium tempore Vice-Regiæ declaratum non fuerit, evocanda est causa ad Regiam Audientiam, ut fuit observatum in dicta causa Theresiæ Rialp, & Universitatis Villæ Angulariæ, sub forma sequenti. Excellentissime domine;*

Præ-



*Præsentem causam in Vice-Regia vertentem, dignetur Excellentia vestra ad suam Regiam Audientiam evocare, illamque committere eisdem Nobilibus, & Magnifici Doctoribus utriusque Consilii, qui justitiam omnimeliori modo ministrent. Officio. Altissimus, &c. Ripoll. Cui quidem supplicationi, fuit facta decretatio sequens: Evocata causa committatur eisdem Nobilibus, & Magnificis Don Josepho Marti de Ferràn, Don Michaeli de Cortiada, Don Michaeli Pallerès, & Josepho Rull, ut supplicetur: Provisa per Magnificum Regentem Cancellariam 21. Februarii 1663. Barcinone. Fabregas, & Serra, Et novitet Nobilis Don Petrus de Amigant Regius Senator in addit. novis. ad praxi. Pegueræ rub. 4. pag. 49. num. 5. & 6. tradit formam supplicationis ad evocandam causam à Regia Audientia ad Vice-Regiam, & à Vice-Regia Audientia iterum evocandi ad Regiam Audientiam, & ratio prædictorum est supra ponderata per observantissimum Ferrer cap. 18. quia non est idem, sed est diversum Tribunal, diversi Præsidentes, diverso nomine proferuntur sententiæ, & sic in causis unius Audientiæ, non debet se intromitti alia Audientia, nisi præcedente decretatione evocationis causæ, ex una Audientia, ad aliam, tanquam de forma substantiali; nec usquam Regia Audientia cognovit de causis Civilibus, nec Criminalibus, nisi præcedente evocatione, & constituto de qualitate evocationis, ex traditis per nostras Constitut. toto tit. de evocations de causas en la Real Audiencia, Ripoll ad Peguer. in praxi, rub. 4. à num. 1. Nob. de Cortiada decis. 16. num. 3. 16. & 17. aurea est doctrina Fontanel. decis. 283. num. 16. qua erudimur, causas non tractari in Regio Senatu, nisi præcedente evocatione cum aliqua qualitate. Etsi Locumtenens, & Regia Audientia exiret de illo loco, ubi evocata fuit causa major solum centum librarum esse necessaria alia nova evocatio, nec eas secum traheret Regia Audientia, Fontanel. decis. 104. num. 8. decis. 522. num. 5. & decis. 568. num. 19. qui sanè defectus evocationis præsentis causæ à Vice-Regia Audientia, ad Regiam Audientiam, respicit jurisdictionem, ex proximè traditis à Fontanel. dict. decis. 283. num. 16. & aliis, & per consequens invalidat procedimenta retro facta, semperque locum obtinet, ex traditis à Carolo de Grassis, de exceptionibus, excep. 30. num. 19. & Ripoll ad Peguer. in praxi rub. 28. num. 11. & 17. maximè, medio restitutionis in integrum beneficio, ex capite minoris ætatis, per hanc nobilem pupillam, adversus Regiam sententiam Nobilis de Ribera, in rem judicatam transactam, & procedimenta hinc indè facta, formiter, & omni modo meliori implorato.*

364 Quin alicujus considerationis sit deductio Ciciliae Masdeu, & Solà, asserentis præsentem causam solum fuisse evocatam ad Vice-Regiam Audientiam ad instantiam auctorum laudatorum, non verò principalium litigantium; atque ita respectu dictorum principalium semper dici valet dictam causam tractatam fuisse in Regia Audientia, nec nova indigere evocatione. Nam respondetur præsentem causam fuisse evocatam ad Regiam Audientiam per legitimum contradictorem, in causa interessentem, & collitigantem, atque ideo quo ad omnes litigantes fuit evocata ad Vice-Regiam Audientiam, nec opus est ut unusquisque litigantium petat evocari causam ad Vice-Regiam Audientiam, sed una evocationis provisio sufficit, & impossibile est eandem causam, & processum, quo ad unum, ex litigatoribus verti in Regia Audientia, & quo ad alios tractari in Vice-Regia Audientia. Præterea dicta provisio evocationis præsentis causæ ad Vice-Regiam Audientiam fuit notificata, & intimata parti adversæ, & durante Vice-Regia Audientia quamplures schedulas, & deductiones conscripsit, & præsentavit pars alia, ut ex meritis processus apparet, ergo neutiquam rationabiliter potest affirmari, præsentem causam non extitisse evocatam quo ad omnes litigatores ad Vice-Regiam Audientiam.

365 Præterea nihil obstat asserere supplicatione oblata 20. Maii 1670. iterum se opposuisse Ciciliam Masdeu, & Solà in præsentī causa per mortem Galcerandi Masdeu illius mariti, reproducendo omnia procedimenta in causa facta, & pretendo responsiones personales exigī à Geltrude Ferràn, & Vives matre hujus Nobilis pupillæ, & in calce dictæ supplicationis factam fuisse solitam decretationem, *remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debite provideat*, quæ decretatio, seu remissio facta Relatori causæ inducit, & habet vim evocationis; Nam respondetur dictam decretationem neque esse evocationem causæ; neque commissionem causæ, sed remissionem causæ, & valde diversa sunt evocatio, & commissio causæ à remissione, aliud enim est *remittatur Relatori*, &c. aliud vero est, *evocata causa committatur*, &c. nec ullus unquam affirmavit per decretationem de remittatur Relatori, &c. fieri evocationem causæ à Vice-Regia Audientia ad Regiam Audientiam, nisi pars alia; quæ oppressa argumentis, & rationibus hujus Nobilis pupillæ ad omnia respondet, licet non tam juridicè, ut ipsa existimat; cum certum sit, quod causa evocata in Vice-Regia Audientia, non possit evocari ad Audientiam Regiam, nisi præcedat supplicatio partis evo-

cationem petentis, & in calce illius fiat decretatio sequens his formalissimis verbis: *Evocata causa committatur Magnifico N. ut supplicatur*, tanquam de forma substantiali, ut supra meminimus, & generale est in Senatu, ut vix aliquid faciat unquam ex officio, sed parte demum petente, & rogante sequendo regulas communes de non impariando officium suum nisi petentibus: Hæc Fontanel. *decis. 412. num. 11.*

366 Atque ideò remanet in suo robore nullitas Regiæ sententiæ provisionum, & cæterorum procedimentorum factorum in præsentis causa à Regia Audientia, ex defectu evocationis præsentis causæ ad dictam Audientiam Regiam.

## ARTICULUS XIV.

REGIA SENTENTIA TANQUAM LATA ABSQUE  
*instantia laborat nullitate.*

367 **A**liam patitur nullitatem Regia sententia in præsentis causa lata 31. Martii 1672. nam sententia lata, & publicata absque partis requisitione, seu instantia, est ipso jure nulla, l. 4. §. *hoc autem*, ff. *de damno infecto*, practicæ Jurisprudentiæ Magister Don Michael de Cortiada *decis. 24. num. 198.*; atqui Regia sententia Nobilis de Ribera lata fuit, *instante Isidro Bosch Not. Causidico nomine quo*, ut apparet fol. 220. in tela, & supra num. 28. ergo dicta Regia sententia, nulla est ipso jure. Nam Isidrus Bosch Not. Causidicus qui instavit publicationem dictæ Regiæ sententiæ, neque erat in causa, nec erat procurator partis adversæ, nec reorum citatorum, quod extra aleam est.

368 Nec valet si replicet adversans, Josephum Bosch Not. Causidicum, esse procuratorem ad lites dictæ adversantis, ut ex processu apparet, & ita per errorem scriptum fuisse in publicatione dictæ Regiæ sententiæ, *instante Isidro Bosch*, cum scribi deberetur *instante Josepho Bosch*, qui quidem error satis convincitur ex instrumento mandati dicti Josephi Bosch consueto in processu.

369 Nam respondetur, quod in Civitate Barcinone, est quidem Notarius, & Causidicus, qui cognominatur, & appellatur *Isidrus Bosch Not. & Causidicus*; qui quidem Isidrus Bosch Not. & Causidicus solum differt à Josepho Bosch Not. & Causidico in nomine *Joseph*, & conveniunt in cognomine de *Bosch*, & in arte, seu officio, cum ambo cognominentur *Bosch*, & sint Notarii, & Causidici, &

in hoc casu, nulla est ratio, nec conjectura, ob quam credamus, quod, cum sit facta lata dictæ Regiæ sententiæ, per Regium scribam mandati, *instante Isidro Bosch* Not. & Causidico, quod per errorem dictum sit *instante Isidro*, pro *instante Josepho*, sed, quod verè, & realiter, instans latam dictæ Regiæ sententiæ, fuit Isidrus Bosch Not. Causidicus, & non Josephus Bosch Not. Causidicus, cum standum sit lata, quæ fit per Reverendum Cancellarium; & est publicum instrumentum factum per Regium scribam mandati, & coram testibus, habeatque pro se præsumptionem juris, & de jure, sitque probatio probata, neque in eo præsumatur error, nisi evidenter probetur: & habet pro se tres præsumptiones, scilicet quod sit verum solemne, & quod in eo conscripta sunt adhibita de voluntate partium, & contra illud non admittuntur probationes præsumptivæ, sed debent esse plenæ, apertissimæ, necessariæ, & concludentes, ut lato calomo docet Pareja *de instr. edit. tit. 1. resol. 2. à num. 5. ad 15. cum seq.* maximè, quando verè, & realiter in Civitate Barcinnone, & apud Supremum Senatum, invenitur Notarius Causidicus qui nominatur, & cognominatur Isidrus Bosch, in quo Isidro Bosch, potest verificari tenor, & dispositio instrumenti publicationis Regiæ sententiæ, & nullum, aut minus inconveniens est stare pro dicto publico instrumento lata, quam illud de errore notare, & radarguere; Rursus, quia si dictum instrumentum publicationis fuisset factum instante Josepho Bosch, & non Isidro Bosch, dictus Josephus fuisset præsens stipulationi, & lecturæ dicti instrumenti publicationis, Regiæ sententiæ una cum testibus, & Regio scriba mandati stipulante, & neutiquam credendum est deceptos fuisse, aut errasse ipsummet Josephum Bosch, Regium mandati scribam, testes, & Reverendum Cancellarium, & nihil faceffit quod in processu inveniarum consuetum instrumentum mandati ad lites firmatum à Cicilia Masdeu & Solà in favorem Josephi Bosch, ut ex hoc conjecturari valeamus Josephum Bosch, & non Isidrum instasse publicationem Regiæ sententiæ. Nam Regius mandati scriba publicans Regias sententias non examinat, nec cercioratur de potestate, vel mandato personæ instantis publicationem sententiæ, sed solum recipit instrumentum publicationis illius, illumque fert, & publicat ad instantiam illius, qui illum requirit, sive hoc, sive illo, aut quovis nomine illum requirat, ut quotidie experimur. Tum quia instrumentum mandati Ciciliae Masdeu, & Solà impartitum Josepho Bosch, licet sit consuetum in processu, non tamen fuit exhibi-

rum in processu ab adversante, ut ex meritis processus liquet, atque ideo non possumus scire, utrum dictum instrumentum mandati Josephi Bosch fuisse in processu de tempore publicationis Regiæ sententiæ, vel à quo tempore est in processu consuetum, qui defectus exhibitionis repugnare videtur Const. 1. 2. & 3. tit. de *productas de actes*, tandem generale est, non credi referenti, nisi constar de relato, Canc. var. 3. cap. 3. num. 217. Barbosa *axiom.* 201. n.6. Pareja *de instr. edit. tit. 7. resol. 9. num. 2.* & ita verba illa, *nomine quo*, adjecta in instrumento publicationis Regiæ sententiæ, cum non constet in processu de mandato Isidri Bosch Not. Causidici, nullius sunt momenti, neque effectus.

370 Et licet hæc pars sciat, quod ut dicta Regia sententia debite ferretur, & publicaretur; debebat ferri, & publicari ad instantiam Josephi Bosch, & non Isidri Bosch Not. Causidici; tamen cum diversimodè factum extiterit, propterea Regia sententia ipso jure laborat vitio nullitatis resultantis ex lata, & publicatione illius, de qua nullitate opponit hæc Nobilis pupilla beneficio restitutionis in integrum, ut virtute hujus nullitatis, ac restitutionis consequatur revisionem meritorum præsentis processus, & saltem superfedimentum in instata executione Regiæ sententiæ.

## ARTICULUS XV.

REGIA SENTENTIA, ET ILLIUS INSTATA EXECUTIO, debet modificari saltem in pensionibus censualis petitis usque ad provisionem primam denuntiationis processus factam  
sub die 27. Januarii 1638.

371 **F**requens est in Cathalonia, per jura patriæ statui, denunciato processu non admitti supplicationes, & schedulas regulariter, textus est in Constit. *final tit. de productas de actes*, Constit. *final, tit. de dilacions*, Constit. 1. *tit. de denunciacions de processos*, & passim ex Peguer. *in praxi rub. 21. num. 11. & 12.* Ripoll *ibidem num. 23. & rub. 17. num. 5.* ubi Ripoll *num. 43. ad 46. & var. cap. 6. num. 47. cum seqq.* Cancer *var. part. 1. cap. 19. num. 9. ad 12. part. 3. cap. 20. num. 373. ad 375.* Font. *decis. 370. à num. 9.* nisi resolutivas, & assignationis ad sententiam, Peguer. Ripoll, & Amigant, *in praxis rub. 21. ubi supra.*

372 Ex qua municipali sanctione inferitur per necesse, etiam de

de jure Cathalonix, denunciato processu nullatenus aliquid addi, seu peti posse, inter easdem partes, ut ex d. Constit. 1. tit. de denunciacionis de processos, & aliis statuunt Oliba de action. part. 1. lib. 3. §. si quis agens, num. 1. & 2. fol. 579. Ripoll ad Peguer. in prax. rub. 21. num. 24. Fontanel. decis. 127. à num. 4. ad num. 7. optimè Cancer var. 3. cap. 17. num. 15. & 16. ibi: Tum ratione conclusionis in causa, quæ operatur ut pars nil dicere, producere, opponere, aut allegare possit, ut in Constit. final. tit. de productas de actes, l. nec causas, ubi Bald. & alii, Cod. de appellat. cap. Pastoralis, ubi Canonist. de caus. poss. & propriet.: & melius, cap. 20. à num. 373. ad 375. saltem parte opponente Nobilis Don Petrus de Amigant in addit. ad praxim. Peg. & Ripoll rub. 21. num. 24. nam si schedulæ, & supplicationes non admittuntur processu denunciato, multo minus novæ petitiones, & demandæ.

373 Quod adeò verum est, pensiones censualium cessæ, post denuntiationem processus, nullatenus denunciato processu petiti possunt ab actore, licet nullam probationem requirant ex praxi Regii Senatus, quotidie recepta Fontan. decis. 127. num. 8. ibi: Inde inolevit praxis in Senatu, absolvere reum ab observatione judicii, remittendo actorem ad aliud judicium, quo ad pensiones, quæ petuntur post denunciatum processum, ut quotidie practicatur, & signanter in terminis ego vidi declarari 18. Aprillis 1613. referente Egregio tunc Senatore, postea Regente in hoc Principatu, & demum in supremo Regni Aragonum Michaelle de Salbà & Vallseca, in causa Mariæ, & postea Don Josephi Milfocos, contra Nobilem Franciscum de Lanuza, Actu. Serra, & fuit ulterius absolutus reus ab expensis factis ratione dictæ petitionis; quam antiquam praxim Senatus, hodie à Regio Senatu observari tradit, & exemplaribus confirmat D. Petrus de Amigant in addit. ad praxi Peg. & Ripoll rub. 21. num. 33. ibi: Pensiones censualium, si sint cessæ post denuntiationem processus licet nullam probationem requirant, Senatus remittit illarum condemnationem ad aliud judicium, ita declaratum extitit referente Nobili à Cortiada 6. Decembris 1655. in causa Balthasaris Riba Mercatoris, contra Josephum Sala, & Serinana, Not. Costa, ratio desumitur ex libatis num. 24. hac rubrica, cum schedulæ, & supplicationes, in quibus hæ pensiones petendæ forent, non admittantur, aliter enim subverterentur in totum disposita in nostris Constitutionibus Cathalonix, & præcipuè in Constit. 1. tit. de denun. de proces. Constit. final. tit. de product. de actes, Constit. final. tit. de dilacionis, & superius à nostris practicis ponderata; imò contrafierent.

374 Quo in jure supposito, est etiam certum in facto, quod

Nicolàus Solà pater adversantis, qui præsentem litem introduxit anno 1635. solum petiit 360 ₰, pro pensionibus cessis ex pretenso censuali usque ad diem 27. Januarii 1638. juxta quam petitionem extitit processus noster denunciatus inter causas minores summarias, in & cum Regia provisione facta per Nobilem Rubi de Marimon sub die 27. Januarii 1638. quæ legitur in processu, fol. 83. in tela, & supra *art. 1. num. 6.* & in Catalonia causæ, usque ad quadringentas libras inter minores denunciantur, & quæ sunt ultra quadringentas libras, inter majores Constit. *estabim 7. tit. de denun. de proces. Peguer. in prax. rub. 2. num. 2. & 3. Ripoll var. cap. 6. n. 29.*

375 Ergo hæc Nobilis pupilla, in & cum Regia sententia Nobilis de Ribera, in omni casu, solum poterat condemnari, ad dandum, & solvendum dictas 360 ₰, pro pensionibus cessis, & non ultra, cum tantum hæc extitissent petitæ à Nicolao Solà actore, & patre adversantis, in, & ante provisionem denuntiationis processus factam sub die 27. Januarii 1638. non vero poterat condemnari ad solvendas 1668. monetæ argenteæ pro pensionibus cessis, & pensiones à cætero decurrendas, cum omnes hæc petitæ extiterint denunciato jam processo schedula 10. Martii 1672. fol. 218. & liquet ex R. sententia provisionali facta per Magnificum Joannem Colomer Regium Consiliarium facto verbo sub die 2. Martii 1673. quæ legitur fol. 575. retro, & supra num. 32. ibi: *Et à cætero debenda, per dictam Ceciliam Solà, & Masdeu, post denuntiationem processus fuerint petitæ;* Et ex alia parte hæc Nob. pupilla contradixerit, reclamaverit, & opposuerit de denuntiatione processus asserens petitionem aliarum pensionum, & à cætero decurrendarum ab adversa factam locum non habere schedula 17. Martii 1672. fol. 218. quæ fuit ultimo loco oblata ante prolationem Regiæ sententiæ, aliter autem subverterentur jura Patriæ, practicum doctrinæ, & Regii Senatus observata praxis.

376 Nec contra hæc valet replicari ab adversante, præsentem causam sub die 15. Septembris 1670. iterum extitisse denunciata inter causas majores summarias à Nobili de Ribera, ut liquet ex processu fol. 216. in tela, atque ideo pensiones decursæ uique ad annum 1670. non possunt dici petitæ post denuntiationem processus, & sic in illis rectè cadit condemnatio Regiæ sententiæ.

377 Nam responderetur, adversam de Masdeu, & Solà cum dicta replicatione potius involvi, & implicari, quam explicari, eo quia vera, & legitima denuntiatio præsentis causæ, & processus, fuit de-

nuntiatio provisa 27. Januarii 1638. inter causas minores à Nobili Rubi de Marimon, quæ reperitur supra num. 6. & sic pensiones cessæ, & decursæ à die dictæ denuntiationis usque ad annum 1670. & à cætero decurrendæ semper sunt, & dicuntur petitæ ab adversante post legitimam denuntiationem processus, quamvis pensiones decursæ usque ad annum 1670. fuerint petitæ post secundam denuntiationem processus: nam secunda processus denuntiatio facta 15. Septembris 1670. meo videri repugnet praxi, & stylo Regii Senatus, & nostris Constitutionibus, nam si denuntiato processu non possunt admitti schedulæ, & supplicationes, nisi assignationis ad sententiam, resolutivæ, & visuræ, Peguer. Ripoll, & Amigant *in prax. rub. 21. num. 11. & à num. 23. Const. final. tit. de produc. de actes, Const. final. tit. de dilacions*, etiam non admittentur schedulæ, & provisiones reiteratæ, denuntiationis, tanquam superflue.

378 Rursus repugnans est; eandem causam majorem esse, & esse minorem, ut majorem denuntiari, & denuntiari uti minorem, ut per se patet, & expressit etiam Constit. *estatuhim 7. tit. de denunciations de proces*, ibi: *Es à saber, de las causas fins en quatrecentes lliures, com à menors, y de les altres com à majors*; atque impossibile est, causam excedere quadringentas libras, & non excedere quadringentas libras; ergo impossibile est, tanquam minorem, & tanquam majorem eandem causam, & processum denunciari.

379 Et tandem semper verè possumus affirmare pensiones decursas ab anno 1638. usque ad annum 1670. petitas fuisse, post primam denuntiationem processus; pensiones à cætero decurrendas fore petitas, post duas denuntiationes processus, contradicente, & reclamante hac Nobili pupilla, ut ex sententia provisionali Magnifici de Colomer, & ex deductis à nobis supra num. 375. demonstratur.

380 Subsequitur ergo Regiam sententiam, & instatam executionem illius in omni casu modificandam esse ad pensiones decursas, usque ad annum 1638. non uno concedendam esse pro pensionibus decursis, usque ad annum 1670. & nullatenus condemnationem extendendam esse ad pensiones à cætero decurrendas maximè in vim dispositis Constitutionum Cathalonix, de quibus formiter, re integra, & executione non cæpta, opponit hæc Nobilis pupilla, medio beneficio restitutionis in integrum.

381 Quam modificationem Regiæ sententiæ, & instatæ executionis illius, ob prædictum defectum, nullatenus imploraret, & expof-



exposceret Regio Senatui hæc Nobilis pupilla, nisi quia, si Regia sententia sic moderaretur, ut prætendimus, pars adversa Ciciliæ Masdeu, & Solà indigeret alia nova causa pro pensionibus decursis ab anno 1638. usque ad annum 1670. & pro pensionibus à cætero decurrendis, & tunc in dicta nova causa, hæc Nobilis pupilla posset, absque ulla difficultate, opponere, & objicere, de cunctis deductionibus, & exceptionibus, quas hucusque opposuit, caso negato, quod oppositio harum exceptionum nunc facta, hic non fuisset sufficiens ad obtinendam revocationem, seu supersedimentum instatæ executionis Regiæ sententiæ; evitando cum dictis exceptionibus solvere pensiones decursas ab anno 1638. ad annum 1670. & à cætero decurrendas prætensi censualis, parti adversæ; videant igitur Regii Senatores, quantam utilitatem affert præsens modificatio, & exceptionis oppositio huic nobili pupillæ.

## ARTICULUS XVI.

*REGIA SENTENTIA EXEQUI NON POTEST TANTUMquam lata, contra non legitimos contradictores.*

382 **R**egia sententia, Nobilis de Ribera, tantum condemnati fuerunt Geltrudis Ferràn, & Vives, & Josephus Conill Presbyter, Franciscus Reverter, Gabriel Amargòs, & alii insolidum uti Tutores, & Curatores hujus Nobilis pupillæ de bonis tutelæ, & curæ ad dandum, & solvendum Ciciliæ Masdeu, & Solà 1668 ꝥ monetæ argentæ pro pensionibus decursis, & pensiones à cætero decurrendas, ibi: *His igitur, &c. pronuntiat, sententiat, & declarat, & dictam Geltrudim Ferràn viduam, & supradictos Josephum Conill Presbyterum, Gabriellem Amargòs, Franciscum Reverter, & alios uti tutores, & curatores pupillæ Mariæ Ferràn, & de bonis dictæ tutelæ, & curæ condemnat simul, & insolidum, ita quod uno solvente, alteri liberentur ad dandum, & solvendum, &c. ut ex dicta Regia sententia latius apparet fol. 220. in tela, & supra à num. 17. ad 28. & ex meritis processus tempore publicationis dictæ Regiæ sententiæ non liquebat dictum Conill, Amargòs, Reverter, & viduam Ferràn, uti tutores prædictos possidere præfatum mansum Portas, ut supra profligavimus art. 11. toto, & num. 310. & 337.*

383 Imò tempore sententiæ, neutiquam constabat dictos Conill, Amargòs, Reverter, & Ferràn esse tutores, & curatores hujus

Nobilis pupillę, saltem in favorem adversantis, ac in odium dicte Nobilis pupillę; vel respondeat adversans ubi, undè, aut ex quo constabat, eo modo quo, dictos Amargos, Reverter, & Conill, & Ferràn fore tutores Nob. Marię Josephę Potau, & Ferràn? sub fide nostra ad hęc obmutescet adversans. Solum enim in processu legimus instrumentum mandati ad lites tributum Joanni Huguet Not. Causidico à dictis Conill, Amargos, Reverter, & aliis uti tutoribus hujus Nobilis pupillę, quod fanè instrumentum mandati in odium hujus Nobilis pupillę, & favorem adversantis neququam probat eo modo quo prædictos Conill, Reverter, Amargos, & alios esse tutores hujus partis; (quidquid esset si hęc Nobilis pars ageret adversus eos tamquam suos tutores) qui quidem defectus probationis qualitatis tutelaris in dictis Amargos, Conill, Reverter, & Ferràn, si jungatur cum defectu probationis possessionis de manso Portas in persona dictorum Amargos, Conill, Reverter, & Ferràn tutorio nomine, ita efficax fiet, ut sufficiet pro obtinendo supersedimento obrato in instata executione Regię sententię, media restitutione in integrum.

384 Rursus Geltrudis Ferràn, quę uti tutrix condemnatur, est usufructuaria hereditatis, & bonorum Michaelis Ferràn & Lledó viri sui in vim clausulę legati usufructus exhibite in processu fol. 654. retro, & ignoro an sit Tutrix filię suę, neque est proprietaria hereditatis viri sui, nec prefati mansi Portas si, & pro ut utrumque supponi videtur in Regia sententia, ut ex illa liquet num. 21. in num. 310. Quo in facto supposito.

385 Est certum de jure sententiam latam contra proprietarium, non nocere, neque obstare usufructuario in ejus usufructu, per glosam expressam, in *l. is cuius*, §. *final.* ff. *de usufr.* Paulus Parisius in *repet. ad l. sepe*, ff. *de judic.* à num. 10. ad 17. Gamma *decis.* 266. & ibi Flores de Mena in *addit.* Pinel. *ad l. 1. Cod. de bonis maternis*, part. 2. num. 68. *vers. Similiter est differentia*, Cavalc. *de usufr.* num. 125. Castillo *de usufruct.* cap. 34. num. 5. 6. & 7. Salgad. *labyr. credit.* part. 1. cap. 27. num. 13. noster Fontan. *decis.* 421. num. 13. & 14. & sententia exequi non potest contra non condemnatos, Andreol. *controv.* 30. num. 7. *multis citatis.*

386 Deinceps tutor condemnatus ut tutor, non præsumitur condemnatus jure proprio, nisi id expressè exprimatur Barbosa in *l. 1. Cod. de test. tutel.* num. 3. cum tutoris officium sit necessarium *princ. tit. de excusat. tutor. cum vulgatis*, nec condemnatio facta tanquam

quam tutori, nocet ei in iuribus competentibus nomine, & jure proprio, juxta Egregiam decisionem Font. *decif. 98. num. 6. ad fin. & signanter, num. 14. ibi: Ex quibus colligitur quod si condemnare intenderit Judex tutorem, & curatorem de propriis bonis tenebitur id exprimere, & dicere, aliàs non judicabimus, quod nomine proprio fuerit condemnatio facta, sed nomine tutorio, & curatorio*, quam doctrinam confirmat Fontan. cum litterali decisione Regii Senatus more solito: ergo Regia sententia Nobilis de Ribera lata adversus Geltrudem Ferràn, tanquam tutricem, & condemnatio 1668 ₰, platae solvendarum ex bonis tutelæ, & curæ hujus Nobilis pupillæ, non potest nocere dictæ Geltrudi Ferràn nomine proprio, & uti usufructuariæ in suo usufructu, quem tenet jure, & nomine proprio, nisi id expresse exprimeretur in Regia sententia.

387 Nec obstat asserere, Geltrudem Ferràn conventam esse tanquam tenentariam, & usufructuariam, ut vult deducere adversans ex artic. 4. ex oblatiis 16. Novembris 1666. fol. 197. in tela, & nos num. 313. & ideo uti tenentariam censi condemnatam, quia sententia censetur semper esse conformis libello, Hodier. ad Surdum *decif. 69. num. 8. & decif. 261. num. 5.* maxime in Supremo Tribunali quale est Regia Audiencia, ibidem *decif. 284. num. 6.* deinde Geltrudis Ferràn intervenit in defensione præsentis causæ, quo in casu ei nocet sententia etiam quo ad interesse proprium, ut ex Canc. *var. 3. cap. 17. num. 553. ad 568.* cum decisione Senatus prætendit adversans.

389 Nam hæc objectio faciliter removetur; nam quidquid sit an Geltrudis Ferràn conventa fuerit ab adversante, ut tenentaria, & usufructuaria hereditatis Michaelis Ferràn Civis honor. Barcin. viri sui; nec ne. Tamen tenuta, seu usufructus hereditatis Michaelis Ferràn, & præcipue possessio mansi Portas, qui prætenditur hypothecatus, non fuit probata in Geltrude Ferràn, ab adversante; ut probavimus, & comprobavimus supra Artic. 11. à num. 317. si & pro ut de jure probare tenebatur num. 304. qua possessione rei hypothecata non probata, in reo convento, nihil prodest allegatio. Cum idem sit non allegare, quam allegatum non probare. Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 16. art. 7. num. 31.* Rollan. à Valle *conf. 53. num. 10. & 20. lib. 1.* Tusch. *lit. A. conclus. 117. num. 19.* allegatio enim partis, jus non facit, *cap. dilectus 34. de præbend.* Barbof. *axiom. 20. num. 1. 2. & 3.* Unde item est in proverbium; probare oportet, nec sufficit dicere, *glos. in l. 1. ff. si quadru. pauper. fecit. dicat. cap.*

*dilect. de exception.* Barbof. *axiom.* 191. *num.* 1. ergo conventio prætenfa Geltrudis Ferràn uti tenutariæ, usufructuariæ, & posseditricis præfenti mansi Portas hypothecati; tenuta usufructu, & possessione non probata, nihil operatur contra dictam Geltrudem, & ejus usufructum.

390 Deinde, quia licet sententia proferri debeat, conformis libello, Ripoll ad Peguer. *rubr.* 24. *num.* 30. & in dubio prolata fuisse libello conformem præsumamus, attamen etiam verba sententiæ sunt strictè interpretanda, secundum proprium sensum intelligenda, Ripoll ad Peguer. *rub.* 24. *num.* 31. propriè, ac præcisè Bartol. in *l. Julianus*, *num.* 5. de *condict. indeb.* & juxta verborum proprietatem Abbas in *cap. dilecto de verb. signif.* Decius in *l. jus nostrum de reg. jur.* *num.* 11. Alexan. *conf.* 17. *num.* 2. *lib.* 2. Menoch. de *arbitr. quest.* 69. *num.* 15. Barbof. in *collektan. ad cap. cum aliquibus 6. de sentent. & re judic.* *num.* 4. id exemplificans, & tandem verba sententiæ potiùs in sensu naturali, quam in civili accipienda sunt, *l. divi*, ff. de *liber. causa*, *l. si à te*, ff. de *except. rei judic.* *l. 1. C. si plures una sentent.* Natta *conf.* 474. *num.* 5. Larrea *allegat. Fisc. part. 1. alleg.* 36. *num.* 15. atque ideo cum Regia sententia solum prolata extiterit infolidum contra dictos Conill, Amargos, Reverter, viduam Ferràn, & alios uti tutores, & ex bonis tutelæ, ibi: *Et de bonis dictæ tutela, & curæ condemnat simul, & infolidum*; ut supra meminimus *num.* 380. & *num.* 26. Hinc fit, quod sub his verbis Regiæ sententiæ, & condemnationis, *ex bonis tutela infolidum*, nullatenus intelligi potest, condemnatam esse Geltrudem Ferràn tanquam prætenfam tenutariam, vel usufructuariam in suo usufructu, vel fructibus tenutæ; cum fructus tenutæ, vel usufructus, non sint, nec possint esse bona tutelæ, ut per se patet.

391 Ad doctrinam Cancerii *var. 3. cap. 17. à num.* 553. ad 568. ab adversante allegatam, respondemus apud Cancerium proponi factum, in quo Seia uti tutrix filii sui fuit condemnata ad restituendam, & deserendam possessionem cujusdam hæreditatis Titio, cui adjudicata extiterat prædicta hæreditas in vim fideicommissi, quam hæreditatem fideicommissariam non possidebat dicta Seia uti tutrix filii sui, sed nomine proprio; atque ita, quamvis condemnatio desertionis, & restitutionis hæreditatis, possessionisque concepta fuisset contra Seiam tanquam tutricem, nihilominus contra Seiam nomine proprio erat decernenda executio, ratio erat. Primo, quia hæreditas restituenda semper erat eadem, & certa. Secundo, quia  
fidei-

fiduciarium eodem modo declarandum veniebat contra Seiam nomine proprio, quo declaratum extiterat tutorio nomine. Tertio, quia pupillus filiusque matris tutricis nullum interesse in dicto fiduciarium habebat, quæ omnia prorsus deficiunt in nostro casu. Primo, quia diversum valde est solvi pensiones ex bonis tutelæ, ut decantat Regia sententia, aut solvi ex usufructu Geltrudis Ferràn viduæ, pro ut de jure solvi debent. Nam usufructuaria, aut tenentaria ex usufructu solvere tenetur pensiones censualium, quibus hæreditas est obnoxia in terminis usufructuarii docuit Castillo *de usufruct. cap. 56. num. 14. & 16.* & in terminis tenentariæ Fontanel. *de pact. claus. 7. glos. 3. part. 5. num. 43. cum seq.* Secundo, quia in hac causa adversus dispositionem Reg. sententiæ quamplura opponi possunt, tam de jure, quàm de facto, tam circa merita justitiæ naturalis, quàm circa substantialia, & formalia, judicii, ordinis, & praxis, ut satis, hucusque demonstravimus. Tertio, & ultimo, quia in nostro casu maximum habent interesse tam Geltrudis Ferràn vidua nomine proprio, pro suo usufructu, quem hæc Nob. pupilla; ergo doctrina, & casus à Cancerio propositus distat omninò a meritis præsentis processus, non solum in hic assignatis, verum in quamplurimis aliis circumstantiis facti enarratis per Cancer. *d. cap. 17. à num. 546.* Imò si attentè legimus, & examinamus doctrinam Cancerii *d. cap. 17. num. 546.* inveniemus Cancerium nostras ponderationes tueri, ut ex rationibus per Cancerium scriptis *num. 555. 564. & 568.* liquet, ita ut resolvendum sit dubium nostrum juxta supra ponderata, & decisa à Regio Senatu apud Fontanel. *decis. 98. à num. 6. ad finem,* præcipuè *num. 14.* cujus doctrinam ad litteram retulimus supra in hoc artic.

392 Sed cur his inutiliter immoramur? Nonne pensiones cessæ censualium hæreditatis, solvendæ sunt de jure ab usufructuario, seu vidua tenentaria, non verò à proprietario, *l. Haftenus 8. ff. de usufruct.* Garcia *de expensis, cap. 11. num. 45. ad 62.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 27. num. 8.* Cavalcan. *de usufr. mulieri relicto, num. 160. & decis. 44. num. 54. & 55. part. 1.* Castillo multis citatis *de usufr. cap. 56. num. 14. cum seq.* Fontanel. *claus. 7. glos. 3. part. 5. num. 43.* Ergo cum Geltrudis Ferràn vidua sit usufructuaria universæ hæreditatis, & bonorum Michaellis Ferràn & Lledò viri sui, ut post Regiam sententiam exhibitione clausulæ legati usufructus fol. 654. retro, probavimus, Regia sententia condemnans tantum tutores hujus Nob. pupillæ proprietariæ ad solvendum ex bonis tutelæ, & cu-

re infolidum pensiones censualis presentis adversæ de Masdeu, & Solà, nullatenus exequi poterit contra dictos prætenfos tutores, cum hæc Nobilis pupilla, nec tutores illius de jure non teneantur ex bonis tutelæ, & curæ infolidum solvere pensiones petitas ab adversante.

## ARTICULUS XVII.

PROPONUNTUR PONDERATIONES, ET OBJECTIONES  
*aliqua ab adversante opposita contra prætensionem hujus Nobilis  
 Pupillæ, & illis debite satisfi.*

393 **H**Ac allegatione intendit hæc Nobilis pupilla respondere, & satisfacere cunctis deductionibus, seu objectionibus allegatis per partem adversam Ciciliæ Masdeu, & Solà, in & cum articulis oblatis 1. Octobris 1677. breviter, & succintè, ut omnes amaritudines, scrupuli, & objectiones excogitabiles, una vice, penitus tollantur, & evellantur.

394 Cicilia Masdeu, & Solà ex articulo primo usque ad articulum 31. ex oblatis 1. Octobris 1677. contendit, restitutionem ab hac Nobili pupilla adversus Regiam sententiam imploratam, non esse admittendam, tanquam jam antecedentè petitam ab hac Nobili pupilla, & à Regio Senatu rejectam, & nunc non ex novis causis iterum imploratam. Verum hæc deductio, & objectio adversantis, valdè confutata manet ex allegatis à nobis in artic. 2. & 3. & tota hac allegatione, ex qua clarius Sole demonstratur causas petendæ restitutionis in integrum ab hac Nobili pupilla adversus Regiam sententiam à die 22. Februarii, anni 1674. omnimodè diversas esse à causis prætenfæ restitutionis petite sub die 1. Junii 1672. & 28. Aprillis 1673. & convincitur nos non versari in terminis admittendæ restitutionis necne; cum restitutio petita à Nobili pupilla jam sit admissa à Regio Senatu, sed tantum versari, utrum per restitutionem admissam supersedendum sit in executione instata Regiæ sententiæ revocando Regiam sententiam, aut Regiam provisionem à qua; solum addam Regiam provisionem factò verbo factam in Regia Audientia referente Nobili Don Fabricio de Pons Castellvi 12. Julii 1661. in causa vertenti inter D. Josephum de Rocaberti ex una, Don Hyacinthum Vilanova, & Syndicum Generalis Cathalonix partibus ex altera, Notar. Castells, in & cum qua Regius Senatus Cathalonix concessit restitutionem in integrum Syndi-

co Generalitatis Principatus Cathalonie adversus Regiam sententiam in iudicatum transactam, latam 25. Maii 1658. in dicta causa, proviso jam decreto executionis, supersedendo pro illo tunc, ac donec aliter esset provisum in executione dictæ Regiæ sententiæ, ibi: Die 12. Julii 1661. viso processu, & partium altercatis, an scilicet sit locus restitutioni in integrum petita per Syndicum Generalitatis Principatus Cathalonie, supplicatione oblata 7. Octobris 1660. cui adhaesit Fiscus Procurator Patrimonialis adversus Regiam sententiam infrascripto referente Relatore latam 25. Maii 1658. ac in rem iudicatam transactam, ad effectum supersedendi in executione præfata Regiæ sententiæ, provisum etiam per infrascriptum Relatorem 18. Septembris 1660. Visa, &c. Et ibi: His igitur, &c. facto verbo in Reg. Aud. providet locum fuisse, & esse dictæ restitutioni in integrum petita per dictos Procuratorem Fiscalem, & Syndicum Generalitatis, adversus jam dictam Regiam sententiam, & consequenter, quod supersedeatur pro nunc, & donec aliter sit provisum in executione jam dictæ Regiæ sententiæ in hunc modum commutando suprascriptam Regiam provisionem decreti executionis factam 18. Septembris 1660. & qualibet pars, &c. quam Regiam provisionem ad litteram pro forma, & exemplari restitutionis in integrum minoribus 25. annis concedendæ adversus sententiam Regiam in iudicatum transactam, & provisum executionis decretum adducit, Don Petrus de Amigant in addit. ad prax. Peg. & Ripoll rub. 29. for. II. fol. 415. qui num. 114. & 115. docet efficaciam clausulæ pro nunc, adjectam de stylo à Regio Senatu in provisionibus supersedentibus executiones Regiarum sententiarum, & eandem provisionem Regiam hic inferere decrevi, quia nostram intentionem penitus tuetur, ac confirmat, & ut sit efficax exemplar Regiæ sententiæ provisionalis in hac causa ferendæ à Regio Senatu, in terminis secundæ partis, seu inspectionis, quam consideravimus in restitutione in integrum implorata à minoribus 25. annis adversus Regias sententias in iudicatum transactas supra num. 52. 62. & 74. in quibus nos versamur, si, & prout nos ex benignitate tanti Senatus speramus.

395 Si autem cupis videre exemplar regium respectu concedendi terminum duorum mensium, seu constitutionis ad probandum minoribus 25. annis restitutionem adversus Regias sententias in iudicatum transactas implorantibus, quæ est prima pars, & inspectio restitutionis adversus Regias sententias recurre ad eundem Amigant ubi supra fol. 412. forma 8. & invenies decisionem Regiam

editam à Nobile Benedicto Anglaseñ 14. Aprillis 1639. sed cum nos versemur jam extra terminos primæ partis, & inspectionis restitutionis in integrum cum concessus nobis fuerit prædictus terminus duorum mensium à Nobili de Ribera in restitutione de qua agimus sub die 22. Februarii 1674. fol. 232. in tela, cum assensu non tacito, sed expresso adversantis ut tetigimus supra num. 52. 62. & præcipue 74. ideo celeriter ab his expedimur, nec amplius in his est ambigendum.

396 AB ARTICULO VERO 32. usque ad articulum 70. prætendit impugnare nullitatem à nobis objectam in articulo 12. ratione Constit. *estatubim 6. tit. de citacions, è inhibicions, & negatæ defensionis*, sequentibus assertionibus. Primo, quia dicta Constit. non loquitur de reis citandis ratione evictionis, sed de reis principalibus. Secundo, quia dispositio dictæ Constitutionis non procedit denunciato processu, & concluso jam in causa. Tertio, quia non comprobatur Josephum Estalella Procuratorem conjugum Bagurs, & Portas mortuum fuisse. Quarto, quia hæc Nobilis pupilla supplicatione 5. Martii 1672. non solum litteras citatorias ad continuandam causam petebat adversus personas jam citatas, sed etiam ad alias personas de novo citandas, quod evidenter repugnat denunciato jam processu. Quinto, quia consensus ab ipsa adversante præstitus scheda oblata 10. Martii 1672. fuisset sub conditione de non supersedendo in cursu causæ, non verò absolutus. Sexto, asserit quod per provisionem de viso intimetur factam in calce schedulæ 17. Martii 1672. hujus Pupillæ, videtur hanc partem tacite assentire denegationi dictarum litterarum. Septimo, prætendit per 20. articulos justificare, nullum damnum saltem irreparabile illatum fuisse huic Nobili pupillæ, ex denegatione dictarum litterarum citatoriarum, cum sit ei reservatum jus in alio judicio; Octavo, & ultimo hanc Nob. pupillam ex consequutione dictarum litterarum nullum commodum potuisse sentire, ex quo jus passivum probare non poterat adversus conjuges Bagurs, & Portas citandos, cum jam fuissent lapsa tempora probatoria, & denunciatus processus; Hæc sunt deductiones ab adversante allegatæ ad infringendam nullitatem oppositam adversus procedimenta præsentis causæ, resultantem ex dispositione Constit. *statubim 6. tit. de citacions, è inhibicions, & denegatione defensionis.*

397 Cæterum absque ullo prorsus fundamento sunt adversantis considerationes, & illis sigillatim faciemus satis; & in primis de  
 jure,



jure, & praxi Cathalonix Regii Senatus, & omnium Tribunalium emptor citatus, & conventus potest, five ante, five post litem contestatam Citare, & laudare auctorem suum pro evictione in eodem judicio, foro, processu, & causa contra ipsum mota, ad duo præcipua, primo, ad hoc ut auctores laudati emptorem, & ejus litem defendant, secundo ad hoc ut subcumbente emptore, auctor laudatus una eademque sententiæ condemnetur emptori juxta naturam evictionis, quam laudationem, & citationem auctoris neuiquam impedire potest actor evincens, ut satis liquet ex deductis *art. 12. à num. 346. ad 357.* Nobilis de Amigant in novis. ad praxim Peguer. & Ripoll *fol. 77. & 78.* ubi tradit formam citationis pro evictione. Ex quo innegabili juris principio subsequitur necessario per legitimam consequentiam, quod si pendente lite decesserit auctor laudatus, vel procurator illius potest, & debet citari successor auctoris laudati, vel ipse auctor laudatus ad continuandam defentionem liti emptoris conventi, & resartionem interesse emptoris evicti, five velit, five nolit, auctor evincens, ut quotidie observat praxis nostra, nam concessio antecedenti, conceditur & consequens, quando est necessarium ad consequens consequendum. Ferrer ad *Constit. los impubers glos. 5. num. 78. & 82.* & qui vult antecedens, videtur velle necessarium consequens *Cancer var. 1. cap. 1. num. 227.* utrumque expressit Barb. *de axiomatib. axiom. 30. num. 1. & 3.* igitur dispositio dictæ *Constit. Statuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions,* viget, & procedit etiam in auctoribus laudatis, & citatis ad causam ab emptore, ut illum, suamque litem defendant, & interesse solvant.

398 Probatur hæc consequentia, nam d. *Constit. Statuhim 6.* generaliter loquitur de litigantibus, & procuratoribus eorum decessis lite pendente, ac de personis legitimis ad continuandam causam citandis, ibi: *Que si durant lo plet, moriràn alguns dels litigants, è Procuradors de aquells, se haja ab supplicació en escrits, demanar que sie citada la persona, que serà legitima pera continuar la causa, &c.* ut ex *Fontanel. decis. 567. num. 6.* & formulariis traditis ab Amigant, & Ripoll *in praxim Peg. rubr. 6. in fine,* depromitur; Auctores verò laudati sunt litigantes in eodem judicio processu, & causa, & in illa assistunt ad defendendum emptorem conventum ab actore, aut ad resarciendum emptori damna passa, propter connexitatem judicii; suntque personæ legitime ad continuandam causam defentionis, & resartionis emptoris conventi, ergo de auctoribus laudatis

tus Constit. 6. loquitur; Nam si in illis Constit. *Statuhim 6.* non vigeret, sequeretur quod decedente auctore laudato, vel Procuratore illius, emptor conventus remaneret absque defensore litis, & restitutione damnorum, nec sibi ipsi precavere posset, essetque omni auxilio destitutus in iudicio, & causa rei evincendę; quia actor evincens posset impedire emptori, ne emptor conventus personam legitimam auctoris laudati ad continuandam defensionem, & restitutionem damnorum suorum vocaret in iudicio; ei defensionem auferendo, & impediendo; quod quam absurdum sit nemo ignorat, & propterea Regius Senatus si nostras cogitationes putat rationabiles, debet de remedio oportuno providere, ne decisa circa hæc in nostra causa, à cetero in exemplar trahantur, in damnum omnium emptorum conventorum, & auctorum laudandorum.

399 Et ne quid intactum præteream volo advertere rationem, quare in calce nostræ Constit. *Statuhim 6.* Quando præcipitur, ut supplicatio provisió, litteræ citatoriæ, & executio illarum inferantur in processu principali tanquam pars substantialis illius, utitur Constitutio verbis illis, ibi: *Se inserten en lo proces principal;* & ratio est, quia de jure Cathalonix per Constit. *Statuhim ult. tit. de altercats*, disponitur, quod si altercata moveantur super spoliis alimentis, attentatis, ac falsitatibus, possint cum supplicatione, seu scheda in scriptis proponi, & quod de dictis altercatis formetur processus ad partem distinctus, & separatus à processu principali, ibi: *y de aquells se fassa proces separat del principal,* & quod durantibus hujusmodi altercatis, non impediatur, nec retardetur processus causæ principalis, cujus tempora ob id non dormiant, sed ad ulteriora procedatur in qualibet causa, & processu, tam in processu principali, quam in incidenti, seu accessorio, cum modificatione, & exceptione ibidem adjecta, Peguer. & Ripoll *in prax. rubr. 15. num. 1. 3. & 5.* quæ Constit. *Statuhim ult. tit. de altercats*, fuit prorogata in cap. 1. Const. anni 1599. usque ad conclusionem aliarum Curiarum, & tam dicta Constit. *Statuhim ult. tit. de altercats*, quam nostra Constitut. *Statuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions*, fuerunt conditæ per Serenissimum Philippum secundum indelebilis memoriæ, in Curia celebratis Montissonæ anno 1585. atque ideo prædictus Serenissimus Rex (qui in Constit. *ult. tit. de altercats*. Curix anni 1585. statuerat in causis incidentibus altercatis falsitatis, attentatorum, spoliis, & alimentorum duos processus principalem, & altercati formandos fore) voluit in nostra Constit. *Statuhim 6. tit. de*

*citacions, è inhibicions*, ejusdem Curie anni 1585. exprimere insertionem supplicationis, provisionis, litterarum citatoriarum, & executionis illarum expeditarum decesso litigatore, aut illius procuratore pendente lite ad continuandam causam, debere fieri in processu principali tanquam pars substantialis illius, ibi: *se inserten en lo proces principal, com à part substancial de aquell*; ut intelligeremus formam citationis ad continuandam causam, & insertionis illius esse partem substantialem, non causę, & processus altercatorum, sed causę, & processus principalis. Videant qui hæc legunt quam certum sit dictam Constit. Statuim 6. procedere in auctoribus laudatis, & pro evictione citatis, & satisfit primo dubio adversantis.

400 Ad secundam respondemus dispositionem dictę Constit. Statuim 6. tit. de citacions, è inhibicions, & citationem fiendam legitime persone ad continuandam causam decesso litigatore, aut procuratore illius vigere quoque denunciato processu, & eo quoque denunciato potest probari jus passivum novi successoris citati, & tam elapsis temporibus probatoris, quàm denunciato processu, est dandus novus terminus ad instruendum processum pro arbitrio Relatoris, de quo dubitasse adversantem miror; nam sunt litterales doctrinæ Pegueræ, Ripoll, & Amigant *in prax. rubr. 21. num. 24. & rub. 29. num. 89. vers. Quo verò.*

401 Respondemus ad tertium. Citationem principalis mortuo procuratore de praxi semper fieri quin ante citationem debeat prius probari mors procuratoris, nec ullus in his dubitavit adhuc, & colligitur ex formulario supplicationis citationis principalis mortuo procuratore, tradito à Ripoll ad Peg. *rub. 6. in fine*, & ante eum à Fontanel. *decif. 567. num. 9.*

402 Ad quartum respondetur, quod in supplicatione oblata 5. Martii 1672. fol. 217. in tela, solum agebatur de citandis legitimis personis ad continuationem causę, ut ex dicta supplicatione apparet, & quamvis de citandis nunquam citatis ageretur, id impedire non posset, ne semel citatę; ipsis, vel procuratore earum mortuis, iterum ipse, aut successores earum non citarentur.

403 Quinti responsio sit; adversantem in schedula 10. Martii 1672. fol. 218. in tela, sub his formalissimis verbis præstitisse assensum expeditioni dictarum litterarum; *Se acontenta esta part, que sien despedidas las pretesas lletras citatorias ex adverso demanadas, sens empero prejudici del curs de la causa, y ab expressa protestaciò, que la expediciò de aquellas no retarde, com ni retardar pot la expediciò de dita*

*present causa.* Quæ protestatio de non retardando cursum, & expeditionem causæ de stylo solet semper apponi ab actoribus in suis schedulis, & deductionibus, deinde est contraria facto, & consensui præstito, & sic nihil operatur, nec jus ullum servat illæsum protestanti, saltem respectu facti, & præstiti assensus, quibus est contraria, optimè *Cancer var. 3. cap. 16. num. 6. & 7. Olea de cess. jur. tit. 8. quest. 1. num. 13.* *Iranço de protest. consider. 32. num. 1.* *Regens Matheu de regimin. Regn. Valen. cap. 10. §. 1. num. 274. de textu in l. ubi pugnantia, ff. de reg. jur. l. sed etsi, §. filius, ff. quando appellan. non sit, nec impedire potuit protestatio illa assensum præstitum ab adversante expeditioni de litteris citatoriis petitis; tum quia ad expeditionem faciendam de dictis litteris citatoriis non indigebat hæc Nobilis pupilla consensu adversantis, cum habebat pro se jus expressum in dict. Constit. Statuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions.*

404 Sexto dubio præstiti responsionem, sed illam delevi, cum illi non nisi tacendo possit responderi, nam illud dubium indignum esse iudicio allegationis, & responsionis coram tam præclaro Regio Senatu: Quis enim unquam audivit, quod pars censetur tacitè renunciare petitis in schedula, aut supplicatione oblata, si in ea Relatore providente, *Viso*; aliam schedulam, aut supplicationem pars non offerat perseverando in petitis; cum imò verò per provisionem de *Viso*, duret, & perseveret petitio partis, ut super ea formiter provideatur.

405 Ad septimum dubium satisfit ex traditis artic. 12. à num. 354. ad finem, ubi videbit adversans damna, & incommoda, etiam irreparabilia, quæ ex denegatione litterarum resularunt, & ex ponderatis in facto ex artic. 46. ad 55. ex oblatis 28. Junii 1677.

406 Ad octayum, & ultimum dubium respondemus semel expeditis, & præsentatis litteris citatoriis ad continuandam causam ab hac pupilla petitis etiam denunciato processu; potuisset hæc Nob. pupilla deducere, & probare, imò deduxisset, & probasset jus passivum conjugum Bagurs, & Portas, & aliorum, opposuisset de diversis exceptionibus, replicationibus, & defectibus contra prætensum censuale partis adversæ, eosque probasset per quodcunque genus probationum, & tandem potuisset opponere hæc Nobilis pupilla ante Regiam sententiam de cunctis oppositis, & deductis in hac allegatione, non obstante prætensa processu denuntiatione. Nam certissima juris Municipalis regula, quod denunciato processu, non admittantur schedulæ, supplicationes, & instrumentorum

productiones, de qua supra num. 371. limitatur, & fallit in minoribus 25. annis, & illorum beneficio gaudentibus, hi enim denunciato processu, ex beneficio restitutionis in integrum implorato restituntur adversus lapsum temporis, omittas probationes, vel omittam ministracionem numeri decem testium permissorum, objectionem testium, & instrumentorum, & generaliter restituntur post tempus, ad faciendum id, quod in tempore, & jure ordinario potuerunt facere, & non fecerunt dantibus ad id Constitutionibus nostris terminum duorum mensium, *Constit. ult. tit. de dilacions*, Peguer. & Ripoll *in praxi rubr. 21. num. 11. limit. 4. & num. 25.* Fontanel. *decis. 101. ad decis. 105. præcipuè decis. 103. num. 13. & decis. 104. num. 1.* Et si restitutionem implorant adversus statum causæ, processus iterum denunciatur, ut cum exemplaribus Regii Senatus addidit Amigant ad Peg. *in prax. rubr. 21. num. 26. vers. Elegans est;* qui alias restituto minore adversus lapsum temporis, vel omittas probationes non denunciaretur, Fontanel. *decis. 104. num. 5. & 6.* nec si præmaturè denunciatur, revocatur denunciatio, sed permittitur labi residuum termini. Amigant ubi proximè, nam Fontanella *in dict. decis. 104. num. 6.* docuit processum semel denunciatum, iterum denunciari, opponi, & per id contraheri *Constit. ult. tit. de dilacions.* Rursus terminus duorum mensium restitutionis concessus huic Nobili pupillæ ad probandum, fuisset communis ad probandum conjugibus Bagurs, & Portas auctoribus laudatis, ad hanc Nobilem pupillam, & seipsos defendendos, per quodcunque probationum genus, etiam hac Nobili pupilla invita, cum dilatio restitutionis concessæ minori proffit adversario litisque consortibus quantumvis majoribus, ut in præjudicium collitigantium non possit minor, restitutionis termino concessio renunciare, observant Ripoll ad Peguer. *in praxi rub. 14. num. 41. & rub. 18. num. 39.* & Nobilis de Cortiada *decis. 21. num. 16. 17. 20. & 21.* innumeris citatis, ex quo deduces hanc Nobilem pupillam consequuturam fuisse maximam utilitatem ex expeditione dictarum litterarum citatoriarum.

407 Unde possumus merito concludere nullitatem oppositam in articulo 12. resultantem ex dispositione dictæ *Constit. Statuimus 6. tit. de citacions, è inhibicions*, & ex denegatione expeditionis litterarum citatoriarum, in suo robore remanere, & perseverare, non obstantibus in contrarium deductis.

408 PROSEQUITUR ADVERSANS deductiones suas, & ab artic. 70. usque ad articulum 104. autumat persuadere Regiam

sententiam Nobilis Rubi de Marimon facta verbo latam 14. Novembr. 1631. & exceptionem rei judicatae ex transitu illius in iudicatum, nullatenus obitare, nec annullare, seu invalidare Regiam sententiam in praesenti causa latam per Nobilem de Ribera, ex sequentibus. Primo, quia in sententia de Rubi solum actum fuit de actione, & instrumento censualis, non de actione, & instrumento debitorii, actum fuit tantum quo ad bis mille libras reservatas per Hieronymum Portas donatorem in donatione, non verò quo ad reliqua bona donata. Secundo, quia in sententia Rubi de Marimon fuit declaratum validum censuale adversantis, quo ad reservationem bis mille librarum, & in sententia de Ribera fuit declaratum validum actione ex debitorio, & ex censuali; idque incompatible non est. Tertio, quia in sententia Rubi de Marimon non actum fuit, nec declaratum super actione debitorii adversanti competenti, saltem plenè, & ideo quamvis in ea esset declaratum super actione ex censuali, nihilominus salva remansit adversae parti obligatio, & actio ad debitorium, ut illam in hac causa institueret. Quin declaratio facta per Nobilem Rubi de Marimon, videlicet quod dicto censuali adversantis ex bonis Antonii Portas donatarii tantum sint obligatae bis mille librae reservatae; damnum inferrat ipsi adversanti, nam particula, *tantum*, adjecta in Regia sententia Rubi de Marimon, ibi: *Ex bonis verò dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excel. &c.* non refertur, nec committatur verba subsequents propter duas mille libras, sed verba antecedentia, & sensus sit *ex bonis tantum Antonii*, propter duas mille libras, non verò *tantum propter duas mille libras ex bonis Antonii*. Quarto, quia in praedictis causis Nobilium Rubi de Marimon, & de Ribera, non intervenit personarum idemitas; Et quinto, ac ultimo inculcat adversans Hieronymum Portas creatorem debitorii potuisse donatione perfecta ex debitorio vendere, & creare censuale adversanti.

409 Nunc reperitur, vi compulsæ hæc Nob. pars, ad fatendum partem adversam neququam comprehendere, aut velle comprehendere difficultates praesentis causæ, si & pro ut ipsamet fateatur in artic. 81. videns considerationes ab adversante ponderatas vagare tam procul à veritate facti, & juris contra præcepta optimæ Jurisprudentiæ. Cogendo nos molesta repetitione fatigare, & conterere Regias judicantium aures, utinam pro sua benignitate non prorumpat Regius Senatus in verba patientissimi Job, ibi: *Ut quid conteritis me sermonibus.* Oc-

410. Occurrendo igitur deductionibus aduersantis, ut illæ petitus elidantur, recurrendum est ad articulum 5. & 6. superius à nobis elaboratum, & ad veritatem facti, in quibus inuenies Hieronymum Portas ab anno 1600. usque ad annum 1614. plura creasse censualia, & contraxisse debita proprio nomine, & inter alia firmavit debitorium 600 ₰ monetæ argenteæ Sigismundo Solà, sub die 20. Novembris 1608.

411. Sub die 15. Februarii anni 1614. Hieronymus Portas donavit omnia bona præsentia, & futura in capitulis matrimonialibus Antonio Portas ejus filio, cum reservatione bis mille librarum, sub hypotheca omnium bonorum.

412. Ab anno 1614. usque ad annum 1620. aut 1621. in quo deceffit, Hieronymus tam nomine proprio, quàm uti procurator Michaellis Portas, & Seguera, Antonii, & Mariannæ Portas, & Sunyer uxoris, filii, & nurus respectivè, plures res alienavit, creavit censualia, & inter alia, sub die 21. Junii 1617. ex debitorio 600 ₰, debito Sigismundo Solà ab anno 1608. creavit ei censuale pretii 760 ₰ monetæ argenteæ, absque novatione obligationum dicti debitorii anni 1608. cum hypotheca speciali prætensi Mansi Portas, & sub diebus 12. Augusti 1619. & 30. Octobris 1621. venditus fuit prætensus Mansus Portas Admodum Illustri Don Salvatore Fontanet tanquam administratori hæreditatis Jacobi Lledò.

413. Mortuo Hieronymo, Antonius hæres, & donatarius illius, Michaella, & Marianna formarunt concursum universalem creditorum à Hieronymo, nomine proprio, & uti procuratore illorum contractorum sub die 3. Aprillis 1628. coram Nobili Rubi de Marimon, Not. Busquets, in quo concursu citati fuerunt, & comparuerunt Nicolaus Solà donatarius Sigismundi Solà, & pater aduersantis, tanquam prætensus creditor debitorii, & censualis ex illo creati, exhibens instrumentum censualis, in quo dicebatur hypothecatus Mansus Portas, & instrumentum debitorii, & opposuit de anterioritate debitorii, censualisque formiter, sunt abstractæ schedulæ in processu fol. 283. in tela; & Magnus Paulus Guiamet de Regio Consilio, tanquam prætensus possessor Mansi Portas, & lite pendente deceffit Antonius, instituta hærede Michaella Portas ejus matre.

414. In qua sanè causa facto verbo in Regia Audientia declaravit Nobilis Rubi de Marimon tria specialia. Primum, venditionem præfati Mansi Portas factam Nobili Salvatore Fontanet validam.

dam fuisse, neque infirmandam fore tam quo ad bona Mariannæ, quam Michaellæ nomine proprio, & uti hæredis Antonii Portas donatarii, & Hieronymi Portas donatoris per mediam personam Antonii.

415 Secundo fuit declaratum dictam Michaelam, & Marianam nomine proprio nullatenus esse obligatas censuali prætenso Nicolai Solà patris adversantis.

416 Tertio, & ultimò fuit declaratum, dictam Michaelam tanquam hæredem Antonii donatarii, in cujus hæreditate erant inclusa boni Hieronymi donatoris esse obligatam censuali partis adversæ tantum propter duas mille libras reservatione contentas sub verbis toties in hac allegatione repetitis, ibi: *Ex bonis verò dicti Antonii, tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellentia prædictam insequendo conclusionem sententiat, & declarat etiam obligatam esse ad præstationem censuales Sagismundi Solà, Monialium Sancti Danielis Gerundæ pretii 500 ₰, & Dorotheæ Camps, sicuti cum presenti obligatam esse declarat, & iste est formalissimus tenor Regiæ sententiæ Rubi de Marimon in iudicatum transactæ, de quibus omnibus latius meminimus, art. 4. à num. 84. ad 95. & seqq.*

417 Ex qua dispositione Regiæ sententiæ Rubi de Marimon in iudicatum transactæ, sequentes depromuntur illationes. Prima illatio sit, quod pretensa hypotheca specialis Mansi Portas, & generalis facta in instrumentis censualis, & debitorii Sagismundi Solà, per non supplicationem à dicta Regia sententia declarante validam alienationem dicti Mansi fuit extincta, si, & pro ut probavimus, & comprobavimus supra à num. 111. ad 129. cum seqq. & art. 7. num. 204. ad 210. toto, cum qua legitima illatione sola, ruit graviori lapsu ingens adversantis machina.

418 Sit secunda illatio, quod bona Mariannæ, & Michaellæ Portas nullatenus sunt obligata censuali adversantis, nec debitorio decantato illius. Sit tertia illatio, quod censuali adversantis solum remanet obligata Michaella Portas, ex bonis Antonii donatarii, & hæredis donatoris propter duas mille libras tantum reservatas à Hieronymo, ita ut reliqua bona Hieronymi donatoris, & Antonii donatarii, & possessores bonorum habentes causam à dictis donatore, & donatario remanserunt libera, & salva à præstatione, seu obligatione prætensi censualis, ut supra latius tetigimus à num. 122. ad 144.

419 Sit quarta illatio, quod cum 600 ₰ debitorii anni 1608. sint



sint pretium, & fors censualis anni 1617. adversantis, ut decantat cunctus tenor instrumenti censualis, & in processu causæ vertentis coram Nob. Rubi de Marimon essent exhibita bina instrumenta censualis, & debitorii, non potuit non declarare Regia sententia Rubi de Marimon super bonis obligatis censuali adversantis, quin præcisè, & necessario declarasset quoque super bonis obligatis debitorii, cum debitorium esset fors, & pretium censualis, & fors, atque pretium sit pars essentialis censualium, Fontanell. *de pact. claus.* 4. glos. 18. part. 1. num. 9. & part. 2. à num. 1. Cencius *de censib. quæst.* 45. num. 7. sicut & pretium est potissima, & substantialis pars contractus emptionis, & venditionis, l. 1. 2. l. *pacta conventa*, ff. *de contract. empt. l. empti fides*, Cod. eodem, §. *pretium inst. de empt. & vend. cum vulgatis*, Cencius *de censib. quæst.* 46. num. 1. Olea *de cess. tit.* 2. *quæst.* 9. num. 31. & alii congesti per Hermosillam in l. 1. glos. 1. à num. 5. tit. 5. part. 5. cujus venditionis contractus, species quædam est contractus censualis, Fernand. Rebell. *de oblig. just. lib.* 10. *quæst.* 1. num. 16. Moneta *de commut. ult. volunt. cap.* 2. num. 36. Molina *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 383. Gutierrez *lib.* 2. *præct. quæst.* 9. 168. Cencius *de censib. quæst.* 8. num. 3. Fontan. *de pact. claus.* 4. glos. 18. p. 2. num. 14. atque ideò declarando ad censuale adversantis tantum est obligatas ex bonis Antonii bis mille libras reservatas à Hieronymo, visa est declarasse etiam Regia sententia, ad debitorium 600 ₰, tantum esse obligatas prædictas bis mille libras, faciunt tradita num. 144. *cum sequent.*

420 Huc pertinent vulgares illæ juris regulæ disponentes, sententiam efficere rem judicatam, in eo quod determinat & in præsupposito illius, elegans textus in l. *si quis cum totum*, §. *final. vers.* *Et generaliter*, ff. *de excep. rei jud. l. cum quæritur*, & *alia seqq.* ff. *eodem*, l. 1. §. *sed non utique*, ff. *ad S. C. Turpil. Valenzuel. Velazq. conf.* 17. num. 16. decidere ea, quæ sunt in actis, & instrumentis, Joan. Andreas Gregor. *alleg.* 43. num. 5. Valenzuel. *conf.* 68. num. 7. referri ad acta, l. 3. *Cod. de sentent. quæ sine certa quantitate*, cap. *cum ad sedem de restitut. spoliat.* per acta declarari, viderique elicitam de mente actorum, à quibus interpretationem recipit, Valenzuel. *Velazq. conf.* 68. num. 9. & cum libello sententia debeat esse conformis, Cancer *var.* 3. *cap.* 16. num. 21. Maranta *part.* 6. *tit.* & *denum fertur sententia*, num. 61. Ripoll. *ad Peguer. rub.* 24. num. 30. juxta petitionem, & libellum venit intelligenda, §. *sic itaque inst. de action. l. ult. Cod. de sent. quæ sine certa quantit.* Rosfred. *quæst.* 51. num. 5.

Valenzuela *ubi supra num. 6.* & licet sententia ferri non possit super causa non deducta quamvis de ea constet in actis, per testium, aut instrumentorum probationem, ut multis citatis defendit, Salgad. *labyr. credit. part. 3. cap. 1. num. 30.* ex singulari textu in *l. qui habeat de instit. action. l. 1. ff. si mensor. fals. mod. dixer. cap. Abbate sane de sent. & re jud. in 6.* tamen si libellus causam probatam, & non deductam includere potest, sufficit ad victoriam causæ, addidit Senator Amigant ad praxim Peg. *rub. 24. num. 47.* de mente Excellentissimi Crespi *observ. 32. num. 20.* rursus sententia semper præsumitur lata, pro ut de jure debebat fieri, Bartol. in *l. si fundus, §. vendicante, ff. de pignor.* Postius de *manuten. observ. 12. num. 4.* Rota *decis. 9. num. 38. post tract. Font. decis. 315. num. 14. decis. 342. num. 4.* & ex causis, ex quibus debeat proferre præsumitur pronunciata, *l. quis ad exhibend. de excep. rei judic. Aymon conf. 23. num. 2.* Valenzuela *conf. 68. num. 15. & 16.* maxime in Senatibus, & Tribunalibus Supremis, idem Valenz. *conf. 92. num. 48. ad 51.* Ergo cum causa Rubi de Marimon esset universalis concursus creditorum, in qua ex speciali illius privilegio creditor censualis, nedum ad pensiones decursas, verum etiam ad sortem principalem solvendam cogere debitorem, & agere potest, *l. quæsitum, ff. de pignor. Milanen. decis. 1. num. 16. & 17.* Cencius de *censib. quæst. 108.* Salgad. *labyr. credit. part. 1. cap. 19. & 20. & cap. 22. num. 29.* Magistralter Olea *cess. jur. tit. 4. quæst. 2. num. 36. & 37.* & dictus Nicolaus Solà exhibuisset instrumenta censualis de debitorio specificè loquentia, & idem instrumentum debitorii, & opposuisset de dicto censuali, debitorio, & pensionibus, ac de anterioritate eorum, necessario Regia sententia Rubi de Marimon de debitorio cognovit, & gradui, & anterioritati illius præjudicium generavit, quod extra aleam est; cum ultra prælibata; habeamus doctrinam expressam, Salgad. *labyr. credit. part. 3. cap. 1. num. 14. ad 68. præcipuè num. 17. ad 25. de qua supra num. 144.* & verba Regiæ condemnationis, ibi: *Ex bonis vero dicti Antonii tantum, &c.* apta sint ad cuncta ea comprehendenda.

421 Sit quinta illatio, quod dato, & non concessio, quod in Regia sententia Rubi de Marimon non veniret comprehensum debitorium 600 ₰ effectum sors, & pretium censualis; saltem est innegabile venire sub Regia declaratione comprehensas pensiones censualis adversantis, decidendo ad pensiones censualis esse obligatam Michaellam Portas, ex bonis Antonii tantum propter duas mille libras reservatas, & si hoc etiam negat adversans, negabit Solem;

lem; alioquin conclusio, in Regia Audientia facta verbo habita, & Regia sententia Rubi de Marimon, sub toties repetitis verbis, ibi: *Ex bonis vero dicti Antonii, tantum propter duas mille libras reservatione contentas sua Excellentia predictam insequendo conclusionem, sententiat, & declarat etiam obligatam esse ad pensionem censualis Sagismundi Solà, vana, frustratoria, devoto, ac inter superflua numeranda foret, quod aures abhorrent, cum autoritas rerum judicatarum de facili non labefactetur, l. servo 65. §. cum Prætor. ff. ad Sen. Conf. Trebel. l. si fundus 16. §. si plures, ff. de pignor. Ripoll ad Peguer. rub. 2. num. 32. imò sententia novam actionem accumulatur judici actionem parit, & novos addit effectus, celebraturque novatio, non extinctiva, sed accumulativa, l. aliam 29. ff. de novation. l. 1. Cod. de judiciis, Bartol. & DD. ibidem Negusan. de pignor. 2. part. memb. 4. num. 116. Carleval. de judiciis, lib. 1. tit. 1. disp. 5. num. 42. & disp. 2. num. 173. & tit. 2. disp. 1. num. 2. & 11. Barbof. in collect. DD. ad decreta. tit. de sent. & re jud. in rubric. num. 12. ex l. miles 6. §. final, ff. de re jud. l. si prætor 75. in fine, ff. de judic. l. 1. Cod. de Arbitr. Cancer var. 3. cap. 17. num. 453. & à num. 289. cum seqq. Salgad. labyr. credit. part. 3. cap. 1. §. unic. à num. 15. Valeron. de transact. tit. 5. quæst. 5. num. 11. latè, & de jure Cathalonix contra resistentes Regis sententiis definitivis, executionis decreto proviso, vel in rem judicatam transactis, & eas dolosè non observantes proceditur per processum regalix in vim Usatici judicium in curra datum, Peguer. in praxi crimin. cap. 17. num. 5. Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 16. num. 90. Cancer var. 3. cap. 17. à num. 44. & 441. Ramon conf. 60. num. 2. idem Peguer. decis. 71. in fine tom. 1. Ripoll de regalix, cap. 36. à num. 35. cum seq. Et tandem verba legis, & cujuscunque dispositionis, imò, & sententiæ; (cum à sententia ad statum valeat argumentum, & è contra, Barbof. in locis communib. loco 99. num. 1. & loc. 105. num. 5.) semper debent aliquid operari, l. in princ. ff. de jurejurando, l. si quando 109. ff. de leg. 1. cap. si Papa in fine de privileg. in 6. cap. si à Judice de appel. in 6. Gutier. pract. quæst. lib. 3. quæst. 15. num. 39. Bertaz. de clausul. instrum. claus. 21. glos. 14. num. 10. Surdus decis. 64. num. 10. Cancer var. 3. cap. 22. num. 78. & ita debent intelligi ne maneant sine effectu, l. si stipulatus fuero, ff. de verb. oblig. Menoch. conf. 122. num. 48. & conf. 343. num. 8. Surdus de aliment. tit. 9. quæst. 28. num. 60. vers. seq. Barbof. in collect. doctor. ad decretal. in proæmio num. 32. & 33. & nunquam interpretatio sit facienda, quod aliqua verba sint superflue posita, & sine effectu aliquid operandi,*

randi, & ut de vento ferviant, Cassanat. *conf.* 10. *num.* 58. *conf.* 73. *num.* 75. & *conf.* 54. *num.* 26. Fontanel. *decis.* 348. *num.* 20. Valenzuel. Velazq. *conf.* 23. *num.* 104. & *conf.* 63. *num.* 121. Solorzan. *de guber. Indiar. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 26. Garcia de nobilit. *glos.* 1. §. 1. *num.* 24. cum omne superfluum à jure reprobetur, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 13. *num.* 72. & *glos.* 22. *num.* 4. & à superfluitate vitanda procedat in jure argumentum, Gratian. *discept. foren. cap.* 306. *num.* 16. Barbosa *ubi proximè num.* 29. & 34. & *in locis communib. loco* 109. *num.* 1.

422 Atqui, in hac nostra causa, & judicio Nicolaus Solà, & Cicilia Solà, filia & hæres Nicolai, nihil aliud petierunt quam pensiones censualis Sigismundi Solà, & condemnatio Regia tantum de pensionibus loquuta est, teste toto processu, & tota Regia sententia suprâ num. 26. imò nec parti adversæ aliud petere licuit, quam pensiones, ex quo emptor censualis, solum est creditor pensionum, & venditor censualis tantum est pensionum debitor, non pretii, nec sortis principalis, Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 5. *num.* 10. Prato *discep. forens. cap.* 38. *num.* 44. & 45. *tom.* 2. Postius *resol.* 54. à *num.* 1. Cencius *de censib. quest.* 106. *num.* 1. & *quest.* 72. *num.* 7. Olea innumeris congestis *cessio jur. tit.* 4. *quest.* 2. *num.* 30. in contractu enim census consignativi, seu censualium, (quæ æquiparantur à Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 1. *num.* 9. & 11. & *part.* 2. *num.* 1. & ea mortua vulgus Cathalonix appellat, Fontanel. *dist. part.* 1. *num.* 12. *ad* 16.) valde simili contractui emptionis, & venditionis ut suprâ diximus; id agitur, ut pro sorte, seu pretio tradito, & præstito ab emptore, seu creditore censualis, ipsi emptori, vendatur à creatore censualis, seu venditore, jus percipiendi annuos redditus, seu pensiones, ne vos molestem solum allegabo Cencium *de censib. quest.* 45. à *num.* 8. *ad* 13. & hac de ratione ex parte emptoris censualis tradentis pretium, seu sortem venditori, & creatori censualis; contractus censualis fit, & dicitur perpetuus, Cencius *de censib. quest.* 2. *num.* 1. 4. & 6. & *quest.* 104. *num.* 1. quin queat licitè obligare venditorem ad restitutionem sortis, pretiivè, nec ad redimendum, aut luendum censuale, Cencius *de censib. quest.* 60. *num.* 1. 2. *cum seq.* & *quest.* 103. *num.* 1. Covarrub. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. & *cap.* 9. *num.* 4. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 31. *num.* 8. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. *cum seq.* Fontanel. *de pactis claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 3. *num.* 4. quamvis creatori, & venditori censualis, non tantum liceat, illud quandoque, & pro libito

libito extinguere, luere, & redimere, l. 2. *Cod. de pactis inter empt. & vendit. glos. & ceteri interpretes in cap. ad nostram de empt. & vendit. cap. conquestus extravag. de usuris, Cencius de censib. quest. 59. num. 1. & 2. Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 18. part. 3. à num. 1. cum seq. verum etiam est de essentia, & substantia talis contractus ex parte venditoris illius, pactum de retro, seu facultas redimendi, & luendi illud omni tempore, si & pro ut voluerit venditor illius, Cencius *dict. quest. 59. num. 1. & 3. & quest. 103. num. 2.* Fontanel. *ubi proximè num. 1. 2. cum seq.* Si enim hæc de jure, & de communi Doctorum voto, ita procedunt; certum erit partem adversam solum petiisse, & petere potuisse pensiones censualis decursas in nostra lite.*

423 Ex quibus duabus propositionibus sequens illatio legitime depromitur; ergo si pars adversa solum petere potuit, & solum petiit pensiones decursas dicti censualis Sigismundi Solà, & censuale, seu pensiones censualis prædicti solum solvi debent à Michaelle Portas ex bonis Antonii tantum propter bis mille libras reservatas à Hieronymo, juxta declarationem Regiæ sententiæ Rubi de Marimon in judicatum transactæ; dicta Regia sententia Rubi de Marimon in judicatum transacta, & exceptio rei judicatæ ex ipsa resultans, obstant, & præjudicium inferent adversanti Ciciliæ Masdeu, & Solà, in & super pensionibus per eam petitis, & solvi declaratas ab hac Nobili pupilla tanquam præsentia posseditrice Mansi Portas in Regia sententia Nobilis de Ribera.

424 Proximæ illationes neutiquam conturbantur, quamvis instet adversans, præfatum censuale illius, pretii 760 £ creatum fuisse in anno 1617. ex sexcentum libris ei debitis ab anno 1608. cum protestatione non novandi, & absque derogatione, novatione, seu dissolutione dicti debitorii, & obligationum in eo contentarum: atque ideo ipsi adversanti semper remansit salva actio, & obligatio debitorii non novata, neque in lite Rubi de Marimon deducta; ut eam exercere posset adversus hanc Nobilem pupillam; & reliquos obligatos; Nam licet huic argumento concludenter responsum sit à nobis supra à *num. 159. ad 171. præcipuè num. 169;* nihilominus ut ab ore adversantis exulet debitorium 600 £ translatum in sortem censualis cum protestatione non novandi; iterum ei respondebo, procedendo per certissima rudimenta, & elementa nostræ Jurisprudentiæ, cum venia literatissimi, mihi que venerandi Regii Senatus.

425 Novatio, à *novo*, seu *novando*, nomen accepit, l. 1. ff. de *novat.*

*novat.* Prateius *lexic. jur. verb. novatio*, Pichard. *ad §. praterea, instit. quib. mod. tollitur oblig. num. 8.* Vuesembechius *in paratil. ad tit. de novat. num. 2.* Mesa *var. resol. lib. 3. cap. 49. num. 12. in fine*; & definitur, *prioris debiti in aliam novam obligationem, vel civilem, vel naturalem transfusio, atque translatio, l. 1. ff. de novat.* Pichard. Prateius, Vuesembech. & omnes interpretes Theorici, & Practici, & ex præcedenti obligatione, ita nova constituitur, ut novatione, & translatione ista, prima obligatio perimatur, tollatur, ac in novam transfundatur, *l. prima, l. 9. l. stichum, §. legata, ff. de novat. §. praterea instit. quibus modis tollitur, tot. tit. ff. & Cod. de novat.* Pichard. *ad dist. §. à num. 1.* Mesa *var. 2. cap. 13. num. 2.* Castillo *controver. lib. 4. contro. 59. num. 60.* Surdus *conf. 142. n. 28.* qua novatione, & translatione principalis obligationis in aliam; pereunt, & omninò extinguuntur pignorum, hypothecæ, & fidejussorum obligationes, & reliquæ accessiones obligationis principalis novatæ; nisi pignora repetantur in obligatione novante, vel creditor protestetur de non extinctione fidejussorum obligationis in contractu novante; & hac constituta differentia inter repetitionem pignorum, & retentionem fidejussorum à Mesa *var. 1. cap. 18. num. 16.* Guzman. *de evict. quest. 28. num. 9.* & Salgado *labyr. credit. part. 1. cap. 18. num. 11. in fine*; probant doctrinam supra traditam ex dispositione textuum *in l. item liberatur, ff. quibus mod. pig. l. ult. C. de novat. l. novatione, Cod. de fidejussor. l. novatione 18. l. Paulus 30. ff. de novation. l. qui usumfructum 58. de verb. oblig. Cancer var. 3. cap. 1. num. 106. & 107. cum. seq. Mesa var. lib. 1. cap. 18. à num. 1.* Salgado *ubi supra num. 10. & 11.* Larrea *alleg. Fiscal. part. 1. alleg. 22. num. 69.* innumeris per eos relatis. Quæ translatio prioris obligationis, & extinctio accessotarum per novationem principalis obligationis facta, procedit, in novatione voluntaria, quæ novatio extinctiva, & privativa dicitur, & fit extra judicium, *l. 1. ff. de novat.* non verò in novatione necessaria, quæ litis contestatione, & sententia inducitur, & fit in judicio, ac appellatur novatio accumulativa, & augmentativa. Quia hæc non transfundit primam obligationem in aliam, sed magis illam confirmat, novamque actionem judicati adjicit, ut ex Cancerio, & alii firmavimus supra *num. 426.* quibus adde Vuesembech. *in paratil. ad tit. de novat. num. 3.* Valenzuel. Velazquez *conf. 68. num. 31.* Gratian. *discept. foren. cap. 509. num. 9. & cap. 557. num. 31.* Iranço *de protest. cap. 47. à num. 28. ad 30.* Et qui scire cupiunt quomodo novatio contraheretur, & celebraretur pandectarum tempore, & jure digesto-

gestorum ex theoreticis petant à Pichar. *ubi supra num. 7. 24. & 35.*  
 & ex practicis à Larrea *alleg. Fiscal. part. 1. alleg. 34. num. 11. & 13.*  
 qui plures laudant.

426 Hodie autem, & jure Codicis licet novatio non fiat, neque inducatur, nisi expressè dicatur, & agatur, *l. ultim. Cod. de novat. §. praterca instit. quibus modis tollitur.*, Castillo *contr. 4. cap. 59. num. 57.* innumeros referens Larrea *allegat. Fiscal. part. 1. alleg. 34. num. 10.* Amato *var. resol. part. 1. resol. 50. num. 2.* Gutierrez *de jurament. confirmat. part. 1. cap. 63. num. 1. & 2.* Gratian. *discept. foren. cap. 509. num. 10.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. num. 12.* Mascard. *de probat. conclus. 1107. n. 13. & 14.* Cancer *var. 3. cap. 17. num. 281.* Nihilominus si ex conjecturis, & necessariis præsumptionibus appareat, partes, & contrahentes voluisse novare, tunc contracta censetur novatio, & expressè facta novatio dicitur, *glos. in l. fin. Cod. de novation.* Cancer *var. 3. cap. 17. à num. 281.* Fontanel. *de pact. claus. 4. glos. 24. num. 45.* Matthæus de Afflict. *decis. 44. num. 15.* Vincent. de Franch. *decis. 15. n. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 1112.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. num. 36.* Anton. Gabriel *commun. opinion. tit. de novation. conclus. 1. à num. 57.* Gutierrez *de jurament. part. 1. cap. 63. num. 8.* Vincent. Caroc. *de excuss. bonor. par. 2. quæst. 54. à n. 9.* Mantica *de tacit. lib. 17. tit. 2. & 3.* Gail *lib. 2. practic. obser. cap. 30.* docent Accurrius, Salicetus, & Imola citati, & sequuti per Mesa *var. resol. lib. 1. cap. 40. num. 22.* Muta *decis. 33. num. 6.* Fachin. *controver. jur. lib. 3. cap. 92.* Mantica *decis. 36. num. 2.* Maceraten. *var. resolut. lib. 3. resol. 45. num. 3. & seq. & lib. 2. resolut. 57. n. 61.* Ursil. *decis. 353. num. 4.* Barz. *decis. 20. num. 13. & 14.* Olsasch. *decis. 142. num. 10.* Thorus *in compend. decis. verb. novatio*, Riccius *collectan. 309.* & alii innumeri quos laudat, & quibus adhæret Amato *var. resol. part. 1. resol. 50. num. 3.* quibus omnibus Doctoribus, ut & nostrum laborem videas, addo Baldum *in l. final. num. 1. Cod. de novat.* Decium *ad l. pacta novissima, Cod. de pac. in princ. & conf. 400. col. penult. in fine, & conf. 464. num. 4.* Cavalcan. *decis. 18. part. 4.* Sesse *decis. 133.* Castil. *controver. lib. 4. cap. 59. num. 58.* Iranço *de protestat. cap. 47. num. 1.* & Salgado *labyr. creditor. part. 1. cap. 18. num. 4.* Conjecturæ autem, & necessariae præsumptiones congruentiores, & urgentiores à DD. traditæ ad inducendam novationem, sunt illæ quæ resultant ex incompatibilitate contractuum; atque ideo semper, & quando causa unius contractus, & obligationis transfunditur in alium contractum incompatibilem, tunc necessariò dicendum est

est priorem obligationem, & contractum extinguere, tollique, & in novum contractum, & obligationem transfundi, atque transferri, *l. omnes*, ff. de novatione *l. Valerianus*, ff. de prætoriis stipul. *l. pacta novissima*, Cod. de pact. Decian. in *d. l. pacta novissima*, num. 2. Baldus in *l. final.* Cod. de novat. num. 4. Cagnol. in *l. singularia*, num. 102. & ibi Decius num. 28. ff. si cert. petat. Ronchegall. in *l. 3.* num. 18. ff. de duobus reis, Decius *conf.* 400. num. 9. *conf.* 464. num. 4. & *conf.* 564. num. 13. & 14. Berous *conf.* 205. num. 13. lib. 3. Natta *conf.* 150. n. 12. Riminald. junior. *conf.* 306. Cæphal. *conf.* 458. num. 18. Surdus *conf.* 145. num. 24. lib. 2. Gabriel de novation. *conclus.* 1. num. 60. Tuschus *concl.* 119. à num. 7. ad 11. lit. N. Gutier. de jurament. *confirmat.* par. 1. cap. 63. num. 28. Mantica de tacit. & ambig. lib. 17. tit. 3. num. 13. Rota apud Farinac. *decis.* 471. num. final. Urtil. *decis.* 355. num. 5. Cavale. *decis.* 18. num. 8. part. 4. Muta *decis.* 33. num. 2. & 3. Seraphin. *decis.* 1063. num. 2. Sesse *decis.* 133. num. 12. Ludovi. *decis.* 76. num. 1. & 8. Puteu. *decis.* 290. num. 5. part. 2. Mastril. *decis.* 40. num. 1. Milanen. *decis.* 13. num. 22. lib. 1. & lib. 2. *decis.* 9. n. 110. Molina de contract. *disp.* 559. num. 8. & 18. Amato var. *resol.* part. 1. *resol.* 50. n. 4. Mesa var. *resol.* lib. 1. cap. 40. num. 23. Castillo *controver.* lib. 4. cap. 59. num. 58. Salgado *labyr. credit.* part. 1. cap. 18. num. 4. Iranço de *protestat.* cap. 47. num. 4.

427 Cujus novationis resultantis ex incompatibilitate contractuum, vel ex translatione unius contractus in alium, exemplum vulgare à DD. traditum est, quando debitum ex causa mutui convertitur in pretium emptionis, & venditionis, fitque fors, & pretium censualis, Molina de contract. *disp.* 559. num. 12. & 18. Bald. *conf.* 128. lib. 2. Beltra. *conf.* 291. lib. 3. Lanar. *conf.* 23. per totum. Gabriel *conf.* 81. num. 3. & 4. lib. 1. Medicis de *compensat. quæst.* 8. in fine, Surd. de alimentis, tit. 5. *quæst.* 1. num. 37. *conf.* 145. num. 24. & 25. Gabriel de novat. *conclus.* 1. num. 63. & 71. Milanen. *decis.* 9. num. 110. lib. 2. cum Decio, Cagnolo, & Ronchegall. ubi proximè, Barzibus *decis.* 20. num. 8. Muta *decis.* 33. num. 1. Mastril. *decis.* 40. num. 1. Salgado *labyrint. credit.* part. 1. cap. 18. n. 4. Iranço de *protest.* cap. 47. num. 4. Amato var. *resol.* part. 1. *resol.* 50. num. 5. vellem formalissima verba, & rationes ab istis subtilissimis viris traditas ad obolum transcribere, sed cuncta superat magna Regionum judicantium comprehensio, & litteratissima eruditio.

428 His jactis fundamentis in subtilissima, & ardua novationis materia; ad institutum nostrum properando, inspiciendum venit,



an stante protestatione in secundo contractu incompatibili novante, quod ipse fit, & celebratur, absque præjudicio jurium prioris contractus, & obligationis, & absque novandi animo, & non aliter, sub aliisque verbis de stilo Notariorum idem importantibus; censeatur inducta novatio primi contractus, & obligationis per secundum celebratum; necne: quæ difficultas ex communi voto Doctorum in effectu sic resolvitur, quod non obstante prædicta protestatione censeatur inducta novatio, per secundum contractum incompatibilem, & ita docent Joan. Anton. Lanar. *conf.* 23. Guid. Pancir. *conf.* 10. & *conf.* 144. *num.* 8. Gratian. *decis.* 117. *num.* 18. Gozan. *conf.* 38. *num.* 12. Milanen. *decis.* 8. *num.* 37. *lib.* 2. Mastril. *decis.* 40. *num.* 7. & paulo ante Gratian. *discep. foren. lib.* 2. *cap.* 290. *num.* 29. Amato *var. resol. part.* 1. *resol.* 50. *num.* 17. & 27. Iranço *de protest. cap.* 47. à *num.* 12. *cum seqq.* Excelentissimus Crespi *obser.* 71. *num.* 5. favet Fontanel. *de pactis claus.* 6. *glos.* 2. *part.* 6. *num.* 39. *cum sequent. rationes,* quibus firmatur hæc sententia, sunt inevitabiles. Quoniam hæc novatio à voluntate contrahentium non pendet, neque ex illorum pacto, consequenter ex tali protestatione non poterit evitari, cum talis novatio resultet ex necessitate juris, videlicet ex contractuum incompatibilitate, & repugnantia, *l. pacta novissima, C. de pactis,* Menoch. *de præsum. lib.* 3. *præsum.* 134. *num.* 39. Gratian. *discep. foren. lib.* 2. *cap.* 290. *num.* 17. ipso enim jure cencetur inducta novatio, quando secundus contractus, est incompatibilis cum primo, Niger Cyriac. *controv. lib.* 1. *controv.* 101. *num.* 38. & *controv.* 124. *num.* 4. & alii supra citati *num.* 426. nec expressio aliqua novationis requiritur incompatibilitate intercedente, Gracian. *discept. foren. cap.* 864. *num.* 8. & ubi ultimum pactum adversatur primo, est *tex. in l. Valerianus, ff. de prætor. stipul. l. omnes, ff. de novat.* & posteriora semper derogant prioribus, *l. si unus, §. pactus ne peterem, ff. de pactis, l. cum plures, §. locator horrei, ff. locati l. pacta novissima, Cod. de pactis,* prosequitur Castillo *controvers. lib.* 4. *cap.* 59. *num.* 58. Barbol. *in collect. ad l. pacta novissima,* 12. *Cod. de pact. num.* 6. & quoties ambo contractus simul compati, & simul stare nequeunt, necessario faciendum secundum contractum primo contrarium, & cum eo incompatibilem, dicendum est recessum fuisse à primo, & ab eo partes voluisse discedere, cum contraria simul non possint stare, *l. ubi pugnantia, ff. de regul. juris,* & protestatio nihil potest operari in his, neque contra ea; quæ pendent ex juris dispositione, nec protestatio impedit, quod ex necessaria juris dispositione resultat, *l. ali-*

menta, Cod. de negot. gest. & ibi DD. Gratian. discepta. foren. cap. 455. num. 28. Seraphin. decis. 754. num. 2. Garcia de nobilit. glos. 4. num. 8. Lanar. cons. 23. num. 8. Sesse decis. 143. num. 71. Amato var. resol. par. 1. resol. 50. num. 19. Iranço de protest. cap. 47. num. 15. sapientissimus Fontanel. de pact. claus. 6. glos. 2. part. 6. num. 39. non omittendus, cui, & quibus adnectimus Jalon in §. fuerat inst. de action. num. 107. ubi dicit quod si quis tenetur ex necessitate juris, frustra protestatur, Caphal. cons. 407. num. 42. Surd. de aliment. tit. 6. quest. 3. num. 47. & quest. 5. num. 23. & decis. 62. num. 34. Maranta de ordin. judit. part. 6. membro 6. ad finem, Cardin. Tusch. prac. conclus. lit. P. conclus. 944. num. 41. Anton Gomez ad l. 60. Tauri, num. 5. Barbos. de axiom. juris, axiom. 194. in fine, & in collect. ad l. alimenta quidem 11. num. 13. conducunt quæ de protestatione contraria facto tetigimus supra num. 403. Cæteras autem rationes, & fundamenta Jurisprudentiæ sectatores invenient apud eosdemmet memoratos DD.

429 Nec infructuosa omninò redditur protestatio priorum juri-  
um conservativa, adjecta in secundo contractu incompatibili ce-  
lebrato: Nam protestatio ista operabitur, quod ad temporis ante-  
rioritatem, seu privilegium causæ respectu prælationis, Gozad. cons.  
38. num. 12. Milanen. decis. 8. num. 37. lib. 2. Castil. decis. 5. num. 45.  
& decis. 69. num. 11. Vincent. de Franch. decis. 50. num. 7. & 8. Fa-  
ber de Anna cons. 35. & cons. 90. Amato var. resol. part. 1. resol. 50.  
num. 20. Iranço de protest. cap. 47. num. 20. & quo ad hypothecas, pig-  
nora, fidejussores, & alia similia primi contractus, quæ incompati-  
bilia non sunt, cum secundo contractu, Bartol. in l. si quis aliam  
46. in princ. ff. de solution. Gratian. discep. foren. cap. 290. num. 29.  
Iranço de protest. cap. 47. num. 19. & generaliter per protestationem  
servabuntur jura prioris contractus in ea parte, in qua cum se-  
cundo contractu compatitur, & non in alia, in qua dicit secundus  
contractus incompatibilitatem cum primo, Iranço ubi supra num. 18.  
solum pro nunc adducam verba Gratian. in dict. cap. 290. num. 29. &  
30. ibi: *Ista autem reservatio operabitur, quando non induceretur contra-  
rietas, illa enim existente esset necessum à primo contractu, non obstante  
dicta reservatione, intelligeretur enim solum quo ad hypothecam existen-  
tem in dictis bonis reservatis, vel propter evictionem, quæ posset contin-  
gere, si quis haberet jura in eisdem bonis ante secundum instrumentum,  
vel ob fidejussores, vel ob quid simile, ut per Bart. in l. si quis aliam 46.  
in princ. ff. de solut. Quare si quis dederit aliquid insolutum, vel transe-  
gerit erit facta novatio, neque licebit amplius ad primævam actionem re-*

*dire quamvis pristina jura sibi reservasset, non enim intelligerentur omnia jura reservata, sed solum ea in quibus non cadit contrarietas, ut in specie declarat Gozan. conf. 38. col. ult. in pri. vers. Non obstat secundum, num. 12. Hæc Gratian.*

430 Ab istis antecedentibus auriamus hanc consequentiam, ergo semel conversis sexcentum libris debitis à Hieronymo Portas ab anno 1608. ex mutuo in partem sortis, seu pretii censualis creati anno 1617. nihilominus ob incompatibilitatem contractus censualis, sive emptionis, cum contractu mutui; non obstante protestatione de non novando, censetur inducta novatio ex necessaria juris dispositione, ita ut amplius creditor debitorii, & mutui possit agere ad sortem mutui conversam in sortem, & pretium censualis, cum sit contra naturam, & substantiam censualis agere ad sortem diximus num. 422. sed tantum ad pensiones censualis, si & pro ut tantum ad pensiones egit in hac causa pars adversa de Masdeu, contra hanc Nob. pupillam; & protestatio illa non novandi obligationem debitorii sexcentum librarum ab anno 1608. tantum conservabit prælationem, & anterioritatem, quam ab anno 1608. habebant sexcentum libræ debitorii; respectu tantum sexcentarum librarum debitarum, & non in plus, ut de facto, & jure manifestavimus supra num. 161. ad 171. Audite subtilissimum Antonium de Amato *var. resol. part. 1. resol. 50. num. fin. vers. Ponamus*, in hæc prorumpentem verba. *Ponamus pro exemplo, quo res clarior reddi solet, quod de debito mutui fiat contractus subjugatorius, per quem debitor vendit annum censum, & compensat in sortem id, quod debet ex mutuo, dicit aliquis, quod cum mille protestationibus non resultet novatio, & quod possit creditor prætextu protestationis omittere petitionem census, & petere sortem, seu capitale census, quod est demortuum; ex prima actione mutui, vel quod mutuum uno, & eodem tempore pariat usuras censuales; & sit ex voluntate creditoris repetibile? licet protestationes utiles sint pro conservanda prioritate hypothecæ, ex Gozan. Mil. Cast. & alii supra. Nullus unquam ausus fuit id affirmare, nisi pars adversa. Nam si fors debitorii remaneret in terminis mutui, censuale ex illa creatum, fuisset venditum absque pretio, contra essentiam censualis, & contractus venditionis, ut proposuimus supra num. 419. & 422. & essentiarum sunt immutabiles testante Philosopho. Post Amatam audiamus nostrum Cancerium *var. 3. cap. 13. num. 371. ibi: Quibus addo quod tradit in terminis post Rebuff. Gaspar Rodericus de annu. redditibus lib. 2. quæst. 14. num. 24. ubi dicit, si pecunia debeatur ex mutuo, deposti-**

to, legato, vel aliàs, & conveniat, quod nisi intra tale tempus solvatur, quod debitor promittit ab inde solvere redditus ad rationem quatuordecim, vel quindecim, vel vigesima pro more regionis, tale pactum usurarium esse, nisi manifestè appareat verè contractum censualem constitutum, & sortem, ex tunc alienatam: ita ut in posterum non esset in manu creditoris, sortem, illam exigere; sed tantum illis pensionem; Hæc Canceri Videant nunc Regii Senatores, quam soliditatem habent nostræ considerationes.

431. Ultra quod nos non indigemus his doctrinis, eo quia pars alia in præsentī lite, nihil aliud petiit quam pensiones decursas, vel decurrendas ex dicto censuali: non autem petiit sortem mutui, debitoriivè, ut cunctus attestatur processus; & Regia sententia Nobilis de Ribera, tantum condemnavit hanc Nobilem pupillam ad pensiones censualis solvendas, non verò ad solutionem debitorii, atque ideò nulla inest ratio, ob quam de sexcentum libris debitorii, & de anterioritate illius loqui debeamus in ista lite, cum solum de pensionibus agamus, quæ non sunt debitorium, imò debitorium translatione in censuale facta fuit pretium juris percipiendi petitas pensiones, meminimus num. 422. neque prælatio, & anterioritas pensionum censualis est metienda, vel regulanda cum anterioritate debitorii sexcentum librarum, cum sexcentum libræ debitorii anterioritatem summant ab anno 1608. & pensiones censualis petitæ ab anno 1617. tantum, in quo censuale creatum fuit, si & pro ut Sole clarius ostendimus supra à num. 161. ad 171. sileat ergo tantum debitorium, jam enim feret illud.

432. Nunc restat demonstrare cunctis, Regiam sententiam Rubi de Marimon in judicatum transactam decidisse, & declarasse ad præfatum censuale Sagismundi Solà, tantum esse obligatam Michaellam Portas, ex bonis Antonii, pro bis mille libris reservatis à Hieronymo seclusa cavillatione adversantis considerata in particula, tantum, quo nihil facilius esse potest cum Regia sententia Rubi de Marimon sit adeo clara, & manifesta, ut nulla indigeat interpretatione, nec cavillationem admittat. Nam Regia sententia in primis condemnavit, & declaravit Michaellam Portas in distinctè, & absolute esse obligatam, tam ex bonis propriis, quam ex bonis Antonii cæteris contractibus ibidem expressis sub his verbis. *Ex quibus, & aliis, sua Excellentia insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, sententiat, pronuntiat, & declarat, dictam Michaellam obligatam esse, tam ex bonis propriis, quam dicti Antonii contractibus celebratis*

lebratis post mortem mariti; & sic silentium imponendum fore, & esse, sicuti eidem cum presenti imponit, quo ad interesse Petri Juglar, Petri Verdalet, Antonii Marti, Stephani Luca Tapioles, Magnifici Pauli Guiamet reorum in hac causa conventorum, eosdem absolvendo, sicuti cum presenti absolvit à petitis in presenti judicio ab eis per dictam Michaelam, & Antonium quondam ejus filium. En Michaela absolutè condemnata ex bonis Antonii, & absolutè condemnata ex bonis propriis, & cum deberet etiam ex bonis Antonii condemnari non absolutè, & indifinitè, sed tantum quo ad bis mille libras reservatas prosequitur Regia sententia in modum sequentem, ibi: *Ex bonis vero dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas, sua Excellentia prædictam insequendo conclusionem, sententiat, & declarat etiam obligatam esse ad præstationem censualis Sagismundi Solà Monialium Sancti Danielis Gerundæ pretii quingentum librarum, & Dorotheæ Camps, sicuti cum presenti obligatam esse declarat: ergo particula, tantum, ad bis mille libras reservatas necessario est referenda, nam si bona Antonii essent absolutè, & indifinitè obligata prædictis censualibus, perperam, & ineptè adjecisset Regius Senatus verba illa, propter duas mille libras reservatione contentas, sed dixisset, ex bonis vero Antonii tantum, sua Excellentia prædictam, &c. sicut in prima parte condemnationis factæ de bonis Antonii absolutè omisit designationem certorum bonorum Antonii, ibi: *Dictam Michaelam obligatam esse, tam ex bonis propriis, quam dicti Antonii.* Hanc veritatem evidentius colligi possumus ex attentis, & motivis Regiæ sententiæ, ibi: *Respectu vero dicti Antonii, ubi asseritur reservationem bis mille librarum factam à Hieronymo consumptam fuisse creatione censualis Sagismundi Solà, Dorotheæ Camps, Monialium Sancti Danielis, & manumissorum testamenti Jacobi de Agullana; & cum sint contractus non versi in propriam utilitatem Antonii, sed tantum in beneficium Hieronymi Portas patris sui, manifestam læsionem continent, ideoque rescindendos fore quo ad interesse dicti Antonii declaratur, non absolutè, sed ultra duas mille libras reservatas à Hieronymo, ut in ipsamet Regia sententia legere possumus.**

433 Exornemus theoreticam traditam axiommatibus; motiva sunt pars sententiæ, & ab eis interpretationem recipit, illamque declarant Tusch. præf. conclus. lit. M. conclus. 403. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 3. num. 41. Mastril. decis. 237. num. 14. lib. 3. Sesse. decis. 220. num. 2. 6. & 7. & decis. 310. n. 79. & decis. 334. Suelves conf. 331.

num. 15. & 22. lib. 3. præmaximè in nostro Principatu Fontanel. *decif.* 287. num. 18. *decif.* 342. num. 3. & *decif.* 378. num. 1. & 2. Ripoll ad Peguer. *in prax. rub.* 24. num. 17. Nobilis à Cortiada *decif.* 24. num. 48. ubi enim verba sunt clara non esse admittendam voluntariam quæstionem, acute scripsit Fontanel. ludens vocabulo *in decif.* 76. num. 12. cum verba clara contradictionem non admittant Valenzuel. *conf.* 63. num. 158. & idem Fontanel. *decif.* 294. num. 22. asserit verba dici clara, quando intellectus non laborat in intelligendo, Bald. *in auth. hoc inter, Cod. de testam.* Socin. junior *conf.* 122. num. 23. lib. 1. Mantic. *de conjeçt. ultim. volunt. lib. 3. tit. 4. num. 7.* Gratian. *discep. for. tom. 5. cap. 902. num. 25.* & ex Surdo *decif.* 210. num. 2. admonet filere advocatorum cavillationes, *nec est querendus nodus in scirpo*, nec tanquam superflua notanda sunt verba sententiæ Regiæ, ibi: *Præter duas mille libras reservatione contentas*, quæ proculdubio superfluè adjecta fuissent, si ea non concitaretur particula *tantum*, ex longè ponderatis supra num. 421. ubi pro certo asserimus nunquam interpretationem faciendam esse, quod aliqua verba Regiæ sententiæ sint superfluè posita, & sine effectu aliquid operandi, & ut de vento ferviant. Igitur per dictam clausulam Regiæ sententiæ de Rubi, ibi: *Ex bonis verò dicti Antoni, &c.* Regia sententia declaravit, Michaellam tantum esse obligatam ex bonis Antonii propter duas mille libras reservatas censuali Sagismundi Solà, nec aliud voluit, aut potuit declarare ibi Regius Senatus.

434 Resultat ergo, tam ex immediatè ponderatis à num. 409. quam ex ponderatis art. 4. 5. & 7. Regiam sententiam Rubi de Marimon, & exceptionem rei judicatæ ex illa resultantem omninò obstare, directo opponi, & pœnitus contrariari petitioni pensionum censualium ab adversante factæ; & declarationi Regiæ sententiæ de Ribera, latæ contra hanc Nobilem pupillam.

435 Quin opus sit respondere ad vanam prætensionem adversantis asserentis in causa Rubi de Marimon, non intervenisse idemtitatem personarum, quæ intervenit in hac lite coram Nobili de Ribera; cum hæc prætensio vana, & contra veritatem, sit convicta de falso, ex traditis supra num. 106. & ut omnes sciant, & cognoscant modum respondendi adversantis. Dico in causa Rubi de Marimon comparuisse Nicolaum Solà patrem adversantis petendo censuale prædictum, Michaellam, Mariannam, & Antonium Portas, pendente lite decessum, & Magnificum Paulum Guamet tanquam prætensum possessorem Mansi Portas, & idemmet Nicolaus Solà

peten-

petendo idem censuale, seu pensiones illius introduxit hanc litem contra eundem Paulum Guiamet tanquam possessorem præensum Mansi Portas, & citatæ fuerunt dictæ Marianna, & Michaela Portas: ergo quare tam manifestam veritatem audet negare pars adversa, & quamvis hodie lis agitur inter Ciciliam Masdeu, & Solà ex una, contra hanc Nobilem pupillam, ex altera, idè est, quia Cicilia Masdeu, & Solà, est filia, & hæres Nicolai Solà actoris, & hæc Nobilis pupilla successit in fideicommissum bonorum possessorum à Paulo Guiamet, & Emanuele Guiamet filio Pauli.

436 Tandem ad ea quæ de facultate Hieronymi Portas donatoris ad censuale creandum, perfecta donatione, inculcat adversans, responsum præbuimus supra à num. 148. ad 158. præcipuè num. 157.

437 Ex quibus elisæ remanent ponderationes allegatæ ab adversante in suis articulis ab articulo 70. usque ad articulum 104.

## ARTICULUS XVIII.

PROSEQUUNTUR DEDUCTIONES ADVERSANTIS,  
& debita illarum solutio.

438 **A**D ultetiora progreditur Cicilia Masdeu, & Solà articulando, & ab articulo 104. usque ad articulum 156. prændit justificare, Hieronymum Portas neutiquam consumpsisse duas mille libras reservatas in capitulis matrimonialibus Antonii Portas ejus filii à die 15. Februarii 1614. in quo reservationem fecit, usque ad 21. Junii 1617. in quo creavit censuale Sagismundo Solà, discurrendo per cunctas alienationes, & obligationes, quibus nos prændimus consumptam fuisse reservationem supra in articulo 8.

439 Et exordiando à debitorio, seu mutuo 580 ₰ monete argenteæ, quod Hieronymus Portas sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum firmavit Petro Badia 3. Septembris 1616. nescio comprehendere quo jure, vel qua ratione negat adversans obligatione, & solutione, dicti debitorii non consumi reservationem, cum obligatio, & hypotheca ad dictum debitorium 580 ₰ monete argenteæ extiterit firmata à Hieronymo 3. Septembris 1616. post perfectam donationem, & reservationem factam 15. Februarii 1614. & tempore quo Hieronymus nihil aliud in bonis habebat quam

duas mille libras donatione reservatas super bonis donatis, quas bis mille libras, vel jus detrahendi eas ex bonis donatis posse hypothecari non negabit adversans, nam si hæc negasset, nihil ob pensiones censualis posset prætere contra dictam reservationem. Deindè dicta obligatio, & hypotheca debitorii Petri Badia fuit firmatum 3. Septembris 1616. & censuale adversantis extitit venditum 21. Junii 1617. & sic prior, & anterior tempore erat obligatio, & hypotheca debitorii Petri Badia, quam obligatio, & hypotheca ad pensiones censualis, & per consequens potior in jure juxta vulgarem regulam qui prior est tempore, est potior in jure, *l. qui balneum, l. potior, ff. qui potiores in pignore, cap. qui prior 54. de reg. jur. in 6.* Barbosa innumeris citatis *de axiomat. jur. axiom. 188. num. 1.* Et tandem dictum debitorium 580 ₰ monetæ argenteæ, quæ de moneta currenti important 890 ₰, fuit solutum ex pretio resultante, ex venditione præfati Mansi Portas, partim cum apocha loci, & cessionis, & partim absque cessione, ut diximus supra art. 8. à num. 261. ad 263. atque ideò hæc Nobilis pupilla tanquam cessionaria, & subrogata in locum Petro Badia habebit prioritatem, gradum, locum, & actionem Petri Badia competentem pro quantitate soluta cum apocha loci, & cessionis, juxta *l. 1. & 2. Cod. si antiq. creditor. Mesa var. lib. 1. cap. 16. n. 22.* Olea multis citatis *de jur. cess. tit. 5. q. 1. n. 25.* & retentionem, quo ad reliquam quantitatem solutam sine cessione, secundum late tradita supra num. 275. videat nunc adversans, quam evidens est, dictum debitorium 580 ₰ monetæ argenteæ Petri Badia extenuasse reservationem Hieronymi Portas.

440. Secundo ad excludendam dictæ reservationis consumptionem intendit pars adversa ab articulo 119. ad 150. probare reservationem bis mille librarum factam à Hieronymo in capitulis matrimonialibus Antonii, & Mariannæ filii, & nurus respectivè illius, nullatenus esse obligatam pro restitutione, securitate, dotis, nurus, donatoris, & reservatoris, sed hæc quæstio latius exagitata, & resoluta à nobis fuit pro obligatione reservationis donatoris ad dotem, nurus, saltem in subsidium in articulo 8. à num. 219. ad num. 260. & quo ad effectum retentionis petatum, & deductum ab hac Nobili pupilla in artic. 9. præcipuè num. 281. & 282. cum in instrumento venditionis præfati Mansi Portas intercesserit firma dictæ Mariannæ Portas & Sunyer nurus Hieronymi, cum jurium cessione, de cujus efficaci virtute, videndi DD. adducti n. 281. ut magis in ea immorari non oporteat.



441 Solum adverfans ex artic. 141. ufque ad articulum 150. fatigatur in demonftrando Mariannam Portas, & Sunyer remanere folutam, & fatisfactam in fua dote, confufione actionum resultantem, ex aditione hæreditatis debitoris, & creditoris in eadem perfona, abfque inventarii confectione; eo quia conjuges Bagurs, & Portas, feu conjuges Roca, & Portas funt hæredes dictæ Mariannæ Portas, & Sunyer creditricis dotis, & Hieronymi, & Antonii Portas donatoris, & donatarii debitorum illius, ut dicitur liquere ex artic. 23. ex oblatiſ per hanc Nobilem pupillam 21. Auguſti 1674. ibi: *Posa, que dits conjuges Feliu, Roca, y Portas, y Marianna Bagur, y Portas, com à donatoris de Miquel Bagur, y Portas, y Marianna Portas segona de aquest nom, è altrament fon viftos tenir, y poſſebir la univerſal heretat, y bens que foren de Geronym Portas, Miquela Portas, y Seguer, la heretat, y bens de Antoni Portas, y Marianna Portas y Sunyer, y es ver publich, y notori.*

442 Sed à difficultate propoſita facilimè liberamur, nam quantumvis quoties creditor ſuccedit debitori, vel debitor creditori, aditione, & ſucceſſione hæreditatis actiones confundantur, *l. ſtichum, §. additio, ff. de ſolution. l. ſi debitori, ff. de fidejuſſ. l. debitori, Cod. de pact. l. 3. Cod. de fideicom. cum vulgatis Caſtil. de uſufr. lib. 1. cap. 71. num. 1. cum nemo ſui ipſius debitor, & creditor eſſe poſſit, l. 8. ff. de ſtipul. ſervor. l. penult. ff. de receptis arbitr. & actio, & paſſio in eodem ſubjecto nequeant concurrere, cap. fin. de inſtit. cap. final. de baptiſmo, l. ſi quis pro eo 56. §. item filius, l. Urannius de fidejuſſ. Caſtillo ubi proximè num. 1. Olea ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 1. num. 4. Amato var. reſol. part. 2. reſol. 56. num. 1. cum aliis innumeris conjectis à Don Melchiore à Valentia illuſ. 1. tract. 4. cap. 7. quæ actionum confuſio per univerſalem ſucceſſionem, & aditionem hæreditatis contingens vim ſolutionis obtinere dicitur, Bartol. in l. ſi cui, §. 1. ff. de eviçtion. Afflic. deciſ. 237. num. 3. 4. & 6. Milanen. deciſ. 13. num. 3. lib. 1. Gratia. diſcep. forent. cap. 203. num. 4. Mantic. de conjeçt. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 16. & 17. Surd. deciſ. 170. n. 1. Seraphin. deciſ. 967. Mareſcot. var. lib. 1. cap. 37. num. 2. & 3. Peregrin. de fideicom. art. 35. num. 15. ad 17. Amato var. reſol. 56. num. 2. practici Fontan. de pact. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 7. num. 38. & Cancer var. 3. cap. 2. num. 166. & 167.*

443 Maximè inventario aditæ hæreditatis non confeçto, cum beneficium, & confeçtio inventarii impediatur actionum confuſionem, & à confuſione ſalvas creditori præſervat actiones, *l. fin. §. in*

computatione, *Cod. de jure liber. Azin. de execut. §. 7. cap. 69.* Bald. *in l. irritum, Cod. ad l. falcid. l. uxor. Cod. de bonis autorit. judic. possiden. num. 2.* Surd. *decis. 310. num. 13. ad 15.* Franch. *decis. 39.* Velaz. *decis. 52. num. 43. ad finem.* Ursil. *decis. 237. num. 1.* Farinac. *decis. 326. num. 1. part. 2. tom. 3.* Mantica *decis. 329. num. 4.* & *de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 17. num. 35.* Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 23. defn. 9. num. 3.* Amato *var. resol. part. 2. resol. 56. num. 3.* Cancer *var. 3. cap. 2. num. 167.* Fontanel. *de pact. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 41.*

444 Caterum prædicta actionum confusio resultans ex aditione hæreditatis absque inventarii confectione plures de jure patitur limitationes terminis nostris valè applicabiles, & facto nostro omnino conformes, nam in primis quo ad effectum retentionis actiones aditione non confunduntur, *vol. in l. debitori 6. Cod. de pact. num. 4.* Paulus de Castro *conf. 19.* Decius 2. Alexand. *conf. 67. lib. 4.* Cravet. *conf. 114. num. 5.* Mastril. *decis. 53. num. 4. & 5.* Peregrin. *de fideicom. art. 35. num. 1. & sequent.* Decianus *conf. 121. num. 4. vol. 3.* Sesse *decis. 46. num. 5. ad 9. lib. 1.* Menoch. *conf. 89. num. 153.* Milanen. *decis. 13. num. 9. lib. 1.* Franch. *decis. 39. num. 3.* Cæphal. *conf. 393. num. 154. & seqq.* Costa *de ration. rata quest. 45. num. 8.* Tusch. *conclus. 52. lit. H. num. 34. & 35.* Gratian. *discept. foren. cap. 204. num. 24.* Amato *var. resol. part. 2. resol. 56. num. 9.* Fontanella *de pact. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 7. num. 47.* cum Fabro, & Afflict. de singulari textu *in l. debitor. 56. ff. ad Sen. Conf. Trebel.* Et merito cum retentio concedatur ubi cætio, & exceptio prohibetur, *Olea cess. jur. post tract. decis. 34. num. 16. diximus supra num. 271.* & nos in terminis retentionis quoque versamur.

445 Secundo excluditur actionum confusio hæreditatis aditione quo ad effectum excipiendi, Rodoerius *de annuis reddit. lib. 2. quest. 19. num. 34. vers. quod diximus.* Cravet. *conf. 202. & conf. 248.* Capyc. *decis. 43.* Afflict. *decis. 8. & 16.* Boerius *decis. 47. num. 4.* Valenzuel. *conf. 15. num. 13.* Amato *var. resol. part. 2. resol. 56. num. 14.* Salgad. *labyr. credit. part. 3. cap. 2. num. 132.* & nos excipimus in hac lite, rei enim conventi sumus, & sola adversans de Solà est actrix.

446 Tertio cessat confusio actionum ab aditione profecta, quoties fixta hæc solutio allatura est aliquod damnum hæredi, nam confusio actionum, & satisfactio crediti aditione celebrata, procedit ad favorem hæredis, non tamen in illius præjudicium, & sic si ficta solutio, & confusio actionum allatura esset aliquod damnum

hære-

hæredi, nullatenus induceretur, neque præsumeretur, Paulus de Castro *ad l. stichum*, §. *aditio*, ff. *de solution.* Rodrig. *de annuis reddit.* lib. 2. *quæst.* 19. *num.* 4. Hondedeus *conf.* 58. *num.* 53. lib. 1. Sesse *decif.* 46. Amato *var. resol. part. 2. resol.* 56. *num.* 20. *in fine*, Salgad. *labyr. credit. part. 3. cap. 2. num.* 132. *in fine.* Nec neficit nobis Fontanel. *de pact. claus.* 7. *glof.* 3. *part. 7. num.* 48. & 46. secum consideret adversans, quam ingens damnum resultaret hæredibus Mariannæ Portas, & Sunyer ex prætenfa actionum confusione ad recuperandam dotem.

447 Quarto non confunduntur aditione actiones, quando ante successionem hæreditatis lis erat contestata contra debitorem, Seraphin. *decif.* 824. *num.* 9. Angel. *in l. generaliter*, & ibi Alexan. *in addit. ff. de fidejussor.* Amato *var. resol. part. 2. res.* 56. *num.* 12. per textum notabilem *in l. servus*, ff. *de his qui notantur infam.* & Marianna Portas, & Sunyer anno 1638. adhuc vivebat, & præsentis causæ assistebat, & in illa petiit tractari ut pauperem, apparet in processu fol. 96. in tela, cum hæc causa exordium sumpserit in anno 1635.

448 Sed si his solutionibus, & limitationibus non acquiescit adversans rogo eam, ut acquiescet sequentibus, nam regula confusionis actionum per hæreditatis aditionem tantummodo procedit in personali actione, non verò in hypothecaria, quæ actio hypothecaria non confunditur aditione, Rolan. *de inventar. vers. An actio hypothecaria*, *num.* 9. Ursil. *decif.* 237. Gratus *conf.* 91. *num.* 32. lib. 1. Sesse *decif.* 46. *num.* 12. 13. & 26. Milanen. *decif.* 13. *num.* 9. lib. 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 35. *num.* 3. *in fine.* Tusch. *conclus.* 52. *num.* 10. lit. H. Surd. *conf.* 7. *num.* 20. Gratian. *discept. foren. cap.* 204. *num.* 23. Franch. *decif.* 89. *num.* 12. & 21. & *decif.* 518. *num.* 2. Menoch. *conf.* 89. *num.* 153. Mandel. *conf.* 503. *num.* 31. Cæphal. *conf.* 393. *num.* 157. & 159. Roderic. *de annuis reddit. lib. 2. quæst.* 19. *num.* 4. & 56. At verò Marianna Portas, & Sunyer creditrix hypothecaria erat ad repetitionem dotis, non solum tacitè, sed expressè, ut ex capitulis matrimonianibus liquet.

449 Tum etiam, quia non admittitur confusio actionis, repetitionisque dotis per aditionem, favore dotis, Franciscus Castil. *decif.* 5. *num.* 7. & alii citati, & sequuti per Fontanel. *de pact. claus.* 7. *glof.* 3. *part. 3. num.* 39. & 40. quam sententiam tuetur Fontanel. quia mulier favore dotis potest redire ad primæva jura, & actiones, re dotali in insolutum data evicta, aut in exigibili, Fontanel. ubi pro-

ximè, & *claus. 5. glos. 8. part. 14. num. 89. & 90. Moguerol. alleg. 29. num. 202. Altograd. conf. tom. 1. conf. 16. num. 13. Capycius Galeota controu. tom. 1. controu. 32. num. 76. cum seqq. Postius de subhast. inf. pect. 206. num. 8. Tondutus quæst. civil. tom. 2. cap. 122. num. 16. Olea cess. jur. tit. 5. quæst. 12. num. 6. & 7. & remissivè tit. 7. quæst. 3. num. 9. idque est de mente Regii Senatus Cathalonie, sic declarantis 15. Decembris 1664. Referente bene erudito, & observantissimo Josepho Aleny de Consilio domini nostri Regis, in causa vertenti inter conjuges Daltas, contra Mariannam Pagès, Not. Castells.*

450 Et tandem, quia Marianna Portas, & Sunyer, sub die 12. Augusti 1619. & 30. Octobris 1621. firmavit cum jurium cessione antecessoribus hujus Nob. pupillæ instrumenta venditionis præfati Mansi Portas, ut ex illis liquet in processu, per quem firmam, & cessionem mulieris translata fuit in antecessores hujus Nobilis pupillæ prælatio, & retentio præfati Mansi Portas quam mulier pro dote in illo habebat adversus alios mariti creditores seipsa posteriores, ut latius ex *Olea cess. tit. 5. quæst. 3. num. 11. in fine, Cancer var. 3. cap. 13. num. 120. & 121. & aliis firmavimus supra num. 281. Quin amplius ex confusione prætenfa actionum repetitionis dotis per aditionem generari queat præjudicium aliquod antecessoribus hujus Nob. pupillæ, quibus jus erat quæsitum, ut per se patet, maxime præfenti lité jam multo ante cæpta, quam prætenfa confusio actionum contingeret.*

451 Ulterius, quia confusio actionum ex aditione prætenfa tantum fundatur in judiciali confessione, quæ dicitur facta per hanc Nobilem pupillam in dicto articulo 23. ex oblatis 21. Augusti 1674. & prætenfa confessio, & aliæ quælibet factæ in judicio ab hac Nobili pupilla, quæ inferri, ei possint aliquod præjudicium, revocata fuerunt per hanc partem in præambulo, & sine articulorum oblatorum 28. Junii 1677. ante factam acceptationem de dictis prætenfis confessionibus ab adversante, confessio enim judicialis ante acceptationem partis potest corrigi, & emendari, Marta de *jurisd. tom. 1. part. 2. cap. 8. num. 29. Cancer var. 3. cap. 15. num. 193. Ripoll ad Peguer. rub. 8. num. 27. & de Magistr. Logie Maris, cap. 9. num. 27. nec præjudicat confitenti, l. Julianus, Cod. de liberal. causa, Ripoll ad Peg. ubi supra num. 28.*

452 Igitur non obstante prætenfa confusione actionum, & aliàs, reservatio bis mille librarum Hieronymi Portas extitit obligata saltem in subsidium doti Mariannæ Portas à die 15. Februarii

1614. priori & anteriori obligatione, & hypotheca, quam pensio-  
num, præfenti censualis creati 21. Junii 1617. & quo ad effectum  
retentionis.

453 Ab articulo autem 150. usque ad articulum 156. asserit  
adversans reservationem Hieronymi non consumi creatione cen-  
sualium Antichi Torras pretii 200 ₰, & Petri Puig, & Pedrolo pre-  
tium 200 ₰ sub die 16. Maii 1616. & acollatione, seu incarricamen-  
to censualis pretii 300 ₰ ad favorem Anniversariorum Sedis Gerun-  
dæ, sub die 21. Aprillis 1614. sequentibus ratiocinationibus, nam  
bina censualia Antichi Torras, & Petri Puig extiterant creata anno  
1603. constat ex instrumentis exhibitis in processu fol. 621. retro,  
& licet luita, & redempta fuerint die 16. Maii 1616. tamen luitio,  
& redemptio illorum fuit sub pacto creandi alia bina censualia ex  
pecuniis redemptionis eorum, fraudemque continent manifestam.  
Censuale vero Anniversariorum Sedis Gerundæ fuit incarricatum à  
Hieronymo, ad luendam hæreditatem quandam venditam ab eo sub  
pacto de retro, & cum hæc hæreditas cederet in commodum dona-  
tarii, etiam in damnum donatarii, & non donatoris recedere oport-  
tebat incarricamentum, & acollatio censualis, ergo ex tribus his  
censualibus non passa fuit consumptionem reservatio Hieronymi.

454 Audisti objicem, audi nunc responsionem subtilem, &  
solidissimam; licet enim admittamus bina censualia de Torras, &  
Puig extitisse creata à Hieronymo anno 1603. tamen etiam est ve-  
rum, & innegabile luita, & redempta fuisse die 16. Maii 1616. qua  
luitio, & redemptione pœnitus extincta, & finita remanserunt,  
vulgari illo dictorio, censualia, & census quitatione extingui, &  
luitio perimi, Fontanel. *de pact. claus. 4. glos. 18. part. 5. num. 1.* So-  
lis *de censib. lib. 4. cap. unico per totum*, Cencius *de censib. quest. 103.*  
*à num. 1. cum seqq.* quæ sanè censualis redemptio, non est nova emp-  
tio, sed prioris emptionis resolutio, Bart. *in l. final. §. final. ff. de*  
*publ. in rem actio.* Bond. *de censib. art. 81. num. 114.* Roderic. *de an-*  
*nuis reddit. lib. 2. quest. 18. num. 22.* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 4.*  
*cap. 1. num. 11. vers. Cum verò principali*, Cencius *de censib. quest. 103.*  
*num. 5. & post tractatum decis. 369. num. 1.* resolutus contractus, qui  
perpetuam non habet causam, ut censuale, est hac si retro factus  
non fuisset, *l. Julianus, §. 1. ff. de verb. oblig. l. hominem, ff. de usucap.*  
Grass. *de excep. excep. 31. num. 2.* Costa *de re integr. distin. 34. num. 2.*  
*& de retrotrakt. cap. 8. cas. 1. num. 1. & de scient. & ignoran. inspebt. 1.*  
*num. 25.* Giurba *decis. 24. num. 11.* Cencius *de censib. quest. 103. n. 5.*  
quare

quare scripsit Bartol. in *l. in diem*, ff. de aqua plu. arcend. num. 2. rem ex pacto luendi redemptam non ex nova, sed ex antiqua causa haberi, Dec. *conf. 88. num. 3. conf. 238. num. 5. conf. 239. in fine*, Cassana. *conf. 7. num. 9. Peregrin de fideicom. art. 42. num. 21. Giurba decis. 24. num. 12.* & ex retentione potius, quam ex translatione, cum res non videatur translata, sed reddita, *l. filio quem*, ff. de liber. & posth. *l. si unus*, §. *pactus ne peteret*, ff. de pact. Franch. *decis. 64. num. 9. & 13. Surdus decis. 321. num. 1. Giurba ubi supra in fine*, conducit quod Fontanel. docet super *Constit. los impubers 2. tit. de pupil. y altres substit. claus. 4. glos. 18. part. 5. num. 6. & 7.* & censualis, nec contractus redemptio, non est species alienationis, sed resolutio præcedentis, alienationis & contractus Roderic. *de annu. reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 80. & 81. Avendan. de censib. cap. 106. num. 2. Cencius de censib. quæst. 104. num. 5. & quæst. 109. n. 61.* & hac ratione, & aliis, censualia possunt redimi, & lvi, Ecclesiæ, locis piis, minori, hæredi gravato, tutorique absque decreto Judicis, & cognitione causæ, Fontanell. *claus. 4. glos. 18. part. 5. num. 2. ad 6. Cancer var. 2. cap. 6. n. 160.* cum decisione Regii Senatus Pinel. *ad l. 1. Cod. de bonis mazer. part. 3. num. 24. cum seqq. Monter decis. Aragon ad partes, decis. 1. tota*, Cencius *de censib. quæst. 105. à num. 6. ad 13. Rota post tract. Cencii de censib. decis. 523. tota.*

455 Et adeò verum est, facta revenditione, & luitione censualis, illud remanere extinctum, & resolutum, ut si ex dicto pretio ematur alius census, vel creetur censuale, iste novus census non dicetur subrogatus in locum census extincti, & resoluti, sed fit, & dicetur novus census ab illo distinctus, & separatus, ut resolvit Cencius *de censib. quæst. 103. num. 15. in fine*, Rota *decis. 422. n. 3.* post tractatum Cencii, verba illius sunt, ut sequuntur. *Restituto autem pretio, & facta retrovenditione census, adeò remanet extinctus, & resolutus, ut si ex dicto pretio ematur alius census, iste novus census non dicatur subrogatus in locum census extincti, & resoluti, sed dicatur, & sit novus census ab illo distinctus, & separatus.* Hæc ille.

456 Præterea, quia creatione unius censualis, ex luitione alterius inter eosdem contrahentes inducitur novatio, cum novatio hodie, non obstante dispositione, *l. fin. Cod. de novat.* non tantum contracta censeatur ex incompatibilitate contractuum, ut supra expressimus num. 426. verum etiam, quando causa unius contractus in alium convertitur, atque transfunditur, cum tunc novatione primus contractus extinguatur, & remaneat secundus, profitentur,

Molina de contract. disput. 559. num. 12. 13. & 18. Salgado labyrint. credit. part. 1. cap. 18. num. 4. Amato var. resol. part. 1. resol. 50. num. 5. Iranço de protestat. cap. 47. num. 4. Castillo controver. lib. 4. cap. 59. num. 58. & reliqui Doctores citati in num. 426. etiam si sint unius speciei, sive generis, ut si pretium unius venditionis in pretium alterius venditionis transferatur, & in his terminis loquitur Amato num. 5. ibi: Item quia aliàs eodem tempore, & unico pretio concurrerent duæ venditiones, item quia aliàs esset necessè, quod secunda venditio sine pretio esset, si pretium primæ venditionis non transfunderetur in secundam; & si ambæ venditiones subsisterent, posset emptor ex utraque petere interesse, tradit Molina de contract. disp. 559. num. 12. 13. 18. &c. Et in nostro casu si bina censualia creata anno 1603. luita non fuissent anno 1616. creatione postmodum facta in dicto anno 1616. essent quatuor censualia; duo creata anno 1603. & duo alia creata anno 1616. duobus tantum pretiis, quod nihil absurdius; Et si a collatione census à tertio facta, interveniente creditoris consensu liberatur debitor principalis, & prior obligatio novatur, Cencius de censib. post tract. decis. 26. num. 5. & decis. 238. num. 2. Salgado labyr. credit. part. 3. cap. 2. num. 12. quanto facilius novabitur obligatio census per creationem unius, ex luitatione alterius, cum fictione brevis manus credamus pretium luitationis prioris traditum fuisse creditori, & ab eo iterum redire ad eundem venditorem, ut alius novus census creetur, & constituitur.

457 Rursus, quia venditor duorum censualium anno 1603. tantum erat Hieronymus Portas, in anno verò 1616. venditores erant Hieronymus Portas, Michaela Portas, & Seguer conjuges, & conjuges Antonius, & Marianna Portas, & Sunyer; ergo non prima, & eadem censualia erant, hæc secunda creatione constituta; Et tandem in secunda creatione facta anno 1616. Hieronymus Portas obligavit, & hypothecavit omnia bona, & jura sua dictis censualibus, in quo tempore Hieronymus nihil in bonis habebat præter reservationem bis mille librarum factam in donatione 15. Februarii anni 1614. quæ nova, seu iterata creatio binorum censualium erat prior tempore quam censualis adversantis venditi anno 1617. ergo impossibile est ut huic novæ, seu iteratæ creationi censualium de Torras, & de Puig non extiterit hypothecata, & obligata reservatio Hieronymi Portas, & consequenter est etiam impossibile, quod hac obligatione, & hypotheca anteriori non consumeatur, & extenuetur reservatio, in odium pensionum censualis ab adversante petitarum.

458 Ad incarricamentum, & acollationem, censualis Anniverfariorum Sedis Gerundæ, pretii 300 ₰ stipulatam à Hieronymo cum hypotheca, & obligatione omnium bonorum, & jurium ipsius sub die 21. Aprillis 1614. respondemus, acollationem dicti censualis fuisse factam à Hieronymo post perfectam donationem, & ante creationem censualis adversantis venditi 21. Junii 1617. liberè, & spontaneè, sub obligatione omnium bonorum, & jurium ipsius, & de jure, qui censum annum non imposuit, potest onus ejus in se suscipere, & se obligare ad illius solutionem, Cencius *de censib. quest. 73. num. 16.* Don Franciscus Merlin. *cent. 2. controvers. 50. num. 37.* Duardus *de censib. §. 3. quest. 13. n. 28.* Durand. *decis. 253. num. 2.* & *decis. 401. num. 13.* Anton. Thomaf. *decis. Macerat. 202. num. 23. part. 2.* Merlin. *decis. 543. num. 1.* & *tota*, Andreol. *controv. 91.* Post. *resol. 49. in princ. Olea cess. jur. tit. 1. quest. 1. num. 69.* Surd. *decis. 32. ad finem*, Cravet. *cons. 217. num. 7.* & 8. Felician. *Solis de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 6. n. 6.* & *tom. 2. lib. 3. cap. 6. num. 3. vers.* Circa verò, Avend. *de censib. Hispan. cap. 99. num. 10. vers. Erit tamen*, & accollans in se censum efficitur verus, & principalis debitor census, perinde, ac si ab initio ipse censum imposuisset, Cencius *de censib. quest. 73. num. 16.* & *decis. 547. à num. 1. post tractat.* & tenetur illum solvere juxta formam, & naturam census, quem acollavit, & eodem modo, quo tenebatur ille qui dictum censum imposuit, & vendidit, Cencius ubi supra, & *decis. 337. num. 2.* Salgad. *labyr. credit. part. 3. cap. 2. num. 25. 26.* & 29. & licet accollatio census facta à tertio non liberet debitorem principalem, & creatorem census à creditore, licet accollans se obligetur, tamen hoc procedit si accollatio census fiat absente creditore, vel eo non consentiente Cencius *de censib. post. tractat. decis. 26. num. 5.* & *decis. 238. num. 2.* secus autem si consentiente creditore accollatio celebretur, cum tunc novatio inducatur, & obligatio census à debitore transfundatur in onus accollantis, & prior debitor census realem, ac efficacem consequitur liberationem, Salgad. *labyr. credit. p. 3. cap. 2. n. 13. 18. 20. 22. ad 26.* ergo cum liberè, & spontaneè Hieronymus Portas accollaverit in se censuale pretii 300 ₰ Aniverfariorum Sedis Gerundæ, sub die 21. Aprillis 1614. sub obligatione omnium bonorum antecedenter ad creationem censualis adversantis, certum erit accollatione ista consumi reservationem, non minus, ac si sub dicta die 21. Aprillis 1614. factæ accollationis, censum consimilis pretii de novo creasset, & vendidisset Aniverfariis Sedis Gerundæ;



Concluditur igitur ex supra traditis; quod Hieronymus Portas cum alienationibus, & obligationibus firmatis à die 15. Februarii 1614. usque ad diem 21. Junii 1617. relatis, & expositis à Nobis supra in articulo 8. consumpsit integram reservationem bis mille librarum.

459 Omissa materia consumptionis reservationis Adversans de Masdeu, & Solà ab articulo 156. ad 166. præ tendit huic Nob. pupillæ neutiquam concedendam esse retentionem in præfato Manso Portas pro creditis, & quantitativis expressis in articulo 9. & præcipuè pro 2530 ₰ dotis Mariannæ Portas alienatarum, & consumptarum à Hieronymo, & Antonio Portas marito, & patre respectivè illius, eo vano prætextu, quod alienationes dotis Mariannæ Portas fuerunt posteriores creatione censualis adversantis, & sic prior, & potior erit obligatio pensionum censualis adversantis, quam restitutionis dotis Mariannæ, & quia firma Mariannæ adjecta in instrumentis venditionis Mansi Portas factæ antecessoribus hujus Nobilis pupillæ fuit declarata nulla in Regia sententia Rubi de Marimon toties mentionata, & ex firma nulla, nulla competit retentio

460 Quæ objectio evanescit quasi levis umbra nascente Sole, nam de jure hypotheca, & obligatio in matrimonialibus instrumentis, seu capitulis expressa, retrahitur ad tempus contracti matrimonii etiam in præjudicium creditorum medio tempore in viri, vel soceri bonis hypothecam acquirentium, quamvis alienatio rei dotalis, & dotis restitutio ex post facto fiat, Fontanel. *decis.* 375. *tota de pact. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 1. *num.* 27. & 28. & *expressis claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 4. *num.* 24. & 26. Amato *var. resol.* *part.* 1. *resol.* 5. *num.* 2. plusquam quinquaginta Doctores allegans, in quo nefas est dubitare inter Jurisperitos, atque ideo licet alienationes dotis, rerumque dotalium Mariannæ Portas, & Sunyer factæ fuerint, post creationem censualis adversantis venditi 21. Junii 1617. Nihilominus Mariannæ Portas habebit anteriorem hypothecam, & prælationem, cum capitula matrimonialia illius, & matrimonium firmata, celebratumque fuerit 15. Februarii 1614. multo ante creationem censualis adversantis, ut tetigimus supra num. 252. ergo prior, anterior, & potior creditrix in 2530 ₰ dotis alienatæ, erit Marianna super præfato Manso Portas, & bonis soceri, & mariti, quam pars adversa in pensionibus censualis debitis, & stipulatis, à die 21. Junii 1617. & etiam hæc Nobilis pupilla in vim cessionis à Marianna, & subingressione in locum Mariannæ, diximus supra num. 281.

461 Ad declarationem nullitatis firmæ Mariannæ Portas & Sunyer interpositæ in instrumentis venditionis Mansi Portas, quæ facta esse dicitur ab adversante, in Regia sententia Rubi de Marimon, respondemus adversantem decipi, & falli, imò Regia sententia Rubi de Marimon declaravit venditionem Mansi Portas tanquam factam, & firmatam à Antonio, Marianna, & Michaela post mortem Hieronymi, nulla ratione infirmari posse ab Antonio, Marianna, & Michaela, ut est videre in vers. *Tamen quia verus metus*, & ibi: *nulla ratione infirmari possunt*, Regiæ sententiæ Rubi de Marimon, & etiam Regia sententia de Rubi, quo ad interesse Mariannæ approbavit luitionem censualis Dorotheæ Camps factam ex pretio venditionis Mansi Portas, quæ approbatio valde faceffit pro retentione pretii dicti censualis à nobis petita supra num. 284. ad 287.

462 Et tandem omnia credita expressa in art. 9. pro quibus hæc Nobilis pupilla retentionem petit sunt priora tempore, & potentiora, quam pensiones censualis adversantis; sunt approbata ab adversante, in quibus habet hæc pupilla cessionem, atque ideo quo modo qua forma, aut quo jure denegari potest nostræ pupillæ petita retentio saltem mediante beneficio restitutionis in integrum implorato.

463 Adhuc non cessat adversans, nam ab articulo 167. usque ad articulum 183. asserit, Mansum Portas quamvis emphyteuticarium potuisse specialiter, & generaliter hypothecari prætenso censuali adversantis absque firma, & consensu domini directi, non obstante Constit. *Car dignament 1. tit. de dret emphyteotich*, & deductis à nobis supra artic. 10. toto. Sequentibus mediis. Primo, quia Constit. *Car dignament 1.* solum loquitur de contractibus celebratis intra Civitatem Barcinone, vel ejus territorium, non verò de celebratis extra dictam Civitatem, & territorium. Secundo, quia prædicta Constitutio, non annullat alienationes rerum emphyteuticarum factas absque firma domini directi. Tertio, quia hæc Constitutio, solo favore directorum dominorum edita fuit, & de illius dispositione nequeunt utitari, qui carent dominio directo. Quarto, quia solum intelligenda venit Constitut. 1. de alienationibus translativis veræ possessionis, non verò de hypotheca speciali, neque generali bonorum, sub qua comprehenduntur res emphyteuticæ absque firma domini directi. Et tandem quia emptores rei emphyteuticæ cum firma domini directi, non præferuntur in ea, creditoribus

bus anteriorem hypothecam in ea habentibus, cum cap. 12. privilegii *Recognoverunt proceres*, viget inter duas hypothecas, quarum una contracta fuit cum firma domini, & alia, sine firma, & privilegium *Recognoverunt proceres*, est locale Civitatis Barcinone.

464 Quibus objectivis deductionibus, suo ordine faciemus factis; Ad primam dicimus, Antiquos Comites Barcinone obtenta, & subacta Cathalonia, universum Principatum pro Comitatu Barcinone habuisse, & sub titulo Comitis Barcinone totam Cathaloniā tenuisse, ac gubernasse tanquam Supremos Dominios, & Principes, Mieres part. 2. collat. 7. *Eleonor. Regin. in Curia Dertusæ cap. 5. num. 17. & 18. Bosch. tit. de honors de Cathalunya, lib. 1. cap. 22. vers. Lo Comtat de Barcelona*; Et sub hoc antiquissimo titulo Comitis Barcinone Raymundus Berengarius Quartus, matrimonio inito cum Serenissima Petronilla Infante, & filia unica Ramiri Regis Aragonum, maritavit Coronam, Regnumque Aragonum cum Cathalonia, & Comitatu Barcinone. Atque adeò universa Cathalonia sub nomine, & appellatione Comitatus Barcinone fuit comprehensa, & pro una eademque re habita, ut literaliter deprehenditur ex *Constit. derrerament 3. Constit. 2. tit. de la unió del Regne de Mallorca ab sas Islas. Constit. unica, tit. de titol de Princep. Constit. nostres succeidors 2. tit. de jurament axi voluntar. Bosch, & Mieres ubi supra, & ita intellexere Constitutiones Cathaloniæ, & Historici. Historiis autem, & Choronicis credendum esse nemo ambigit, l. 2. §. eodem tempore, ff. de orig. jur. l. quæstionibus, ff. ad l. Juliam Majest. l. 1. ff. de offic. quæstor. l. 1. ff. si cert. petatur, ubi Bartol. & communiter scribentes Mascard. conclus. 287. Joan Garcia de nobilit. glos. 17. num. 10. Valenzuel. consil. 33. num. 34. Gutierr. pract. lib. 3. quæst. 13. num. 13. & in tractatu de Gabellis in terminis quæst. 5. num. 9. Castillo Sotom. lib. 5. cap. 89. num. 200. & lib. 7. de tertiis, cap. 3. num. 33. Menoch. consil. 1. num. 724. Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 10. part. 2. num. 29. Ramon conf. 37. num. 114.*

465 Tantique honoris, & existimationis titulo Comitis Barcinone detulerunt Serenissimi Reges Aragonum, ut spreto titulo Regis, & Principis Cathaloniæ, pro lege speciali statuerunt, ut illi, & successores eorum à cætero in literis, privilegiis, diplomatibus, epistolis, & sigillis cognominentur, & appellentur, *Comes Barcinone, Const. unica, tit. del titol de Princep.* complectendo sub tam gloriosissimo nomine dominium supremum, & jura regalia, quæ absque recognitione superioris optinuerunt in tota Cathalonia Antiqui-

Comites Barcinone à tempore Uvifredi Secundi Comitis Barcinone, Mastril. *in usat. si quando*, col. penult. Mieres, coll. 9. *in Curia Barcinon. cap. 10. num. 13. & 14.* Calic. *in direct. Pacis*, & *treguæ dubio 1. vers. Et hic quæro*, & *dub. 13. col. 1.* Oliba *de action. part. 1. lib. 3. cap. 1. num. 13.* Ripoll. *de regal. cap. 3. num. 21.* ex rationibus traditis à Ripoll ubi supra *num. 19. & 20.* Ex quibus sequitur, quod per verba illa *Constit. Car dignament 1. tit. de dret emphyteutich*, ibi: *En Barcelona, en tot son Comtat*, venit comprehensa, non solum Civitas Barcinone, & ejus territorium, sed etiam universa Cathalonia, & illius invictissimus Principatus.

466 Ad secundam dicimus, in legibus, & statutis prohibitivis non fore necessarium decretum irritans, ut nullus dicatur actus contra ea factus, imò dispositio prohibitiva semper intelligitur habere clausulam derogatoriam, & annullativam, absque eo quod lex, seu statutum post prohibitionem, actum expressè annullat, *l. non dubium 5. Cod. de legib.* cum ubi notatis Imola *in l. cum lex*, col. penult. *vers. 11. casu, ff. de fidejus.* Jason ibidem, *num. 17.* Decius *conf. 17. num. 3.* Alphan. *collect. 27.* Joan Garcian. *regul. 14.* Gregor. Lopez *l. 28. in glos. verbo contra, tit. 11. part. 5.* Mencha. *usufrequent. cap. 10. num. 5. cum seqq.* Vant. *de nullit. tit. quot, & quibus modis nullit. in judic. proponatur, num. 52.* Redoan. *de reddit. Eccles. non alien. quest. 22. num. 14. fol. 459.* Mendoza *de pact. lib. 1. cap. 4. num. 39. & 40.* Cald. Perey. *in l. si curatorem, verbo minoribus, num. 5. Cod. de in integrum rest.* Farinac. *fragment. criminal. part. 2. lit. L. num. 170. & 195.* Mascard. *de general. statut. interpret. conclus. 9. num. 38. cum seqq.* atque idè nostra *Constit. Car dignament 1.* non indiget expressione nullitatis alienationum, cum alienationes cunctas prohibeat.

467 Tertio satisfacimus concedendo dictam *Constit. 1.* editam fuisse favore dominorum directorum, qui quidem favor necessario extendi debet ad eos qui firmam, & consensum eorum habent, cum ab illis causam habere videantur.

468 Ad resolutionem quarti dubii, supponimus legem, seu statutum non debere habere unam syllabam superfluum, & vacuum, Tiraquel. *de retract. lig. glos. 9. §. 1. à num. 199.* Maranta *disp. 9. num. 3.* Puteus *decis. 86. num. ultim. lib. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proæm. num. 147. & 128. & glos. 22. num. 5. & glos. 30. num. 16. & glos. 35. num. 3.* Barbof. *in proæmio ad collect. super decretal. num. 31. ad 34. & ad cap. solitæ 6. de majorit. & obedien. num. 12.* & ita debere intelligi ne maneat sine effectu, prædiximus supra *num. 421.* atque  
ideo

ideo ne verbum, *obligar*, adjectum in nostra Constit. *Car dignament* 1. superfluum, & absque propriissimo ejus significato remaneat, ad latè tradita *artic. 10. num. 292. & 293.* dicendum est per verbum, *obligar*, intellexisse Constit. nostram, *hypothecare*, cum obligare, & hypothecare idem sit, diximus *num. 293.* cui addo doctrinam sapientissimi Cancerii *var. part. 2. cap. 12. num. 46.* aliàs autem nulla considerari posset differentia inter verbum, *obligar*, & verbum, *empenyorar*, adjectum in Constit. nostra, nisi quod verbum, *empenyorar*, propriissimè sumptum intelligitur de pignore cum traditione rei in manus creditoris, quatenus à *pugno*, appellatur pignus, *l. plebs 238. §. pignus, ff. de verb. signif.* ubi interpretes Prateus *lexic. jur. verb. pignus*, & verbum, *obligar*, de hypotecha, quæ rei traditionem, nec verè, nec fictè desiderat. Et quamvis sciam adesse aliquos scriptores affirmantes rem emphyteuticam posse hypothecari generaliter absque firma domini directi, tamen hi, aut non viderunt, vel non notarunt nostram Constit. *Car dignament 1. tit. de dret. emphyteutic.* aut non loquuntur juxta terminos nostræ Constitutionis. Et vellem, quod Regius noster Senatus intelligentiam adhiberet ad dictam Constitutionem, ut à cætero, qui jura Municipalia colimus, quid sequi teneremus.

469 Tandem respondemus, nos ratione firmæ directi domini interpositæ in instrumentis venditionis præfati Mansi Portas, & non adjectæ in contractu censualis, solum prætendimus hanc Nob. pupillam saltem esse præferendam, & anteponendam in pretio venditionis, ad censuale, & pensiones ab adversante petitas, juxta doctrinam Cancerii *var. 3. cap. 1. num. 178.* uti provabimus *num. 298.* quod est quid distinctum à prælatione rei hypothecatæ duobus creditoribus, primo, absque firma domini directi, secundo, cum firma illius.

470 Ex quibus concludimus fundamentum desumptum ex dispositione dictæ Constit. *Car dignament 1. tit. de dret. emphyteutic.* & ponderatum in articulo 10. in suo pristino robore, & vigore durare, ac perseverare.

471 Ab articulo 184. ad articulum 191. deducit adversans ex meritis processus, & signanter ex instrumento censualis adversantis ubi legitur præfatus Mansus Portas hypothecatus à Hieronymo Portas, & ex instrumentis venditionis de Manso Portas factæ admodum Illustri Don Salvatori Fontanet à dicto Hieronymo, & ex confessionibus judicialibus emanatis ab hac Nobili pupilla supplicatio-

ne oblata 22. Februarii 1674. fol. 392. & articulo 7. ex oblatiis 21. Augusti 1574. fol. 400. in tela, liquere, & constare Hieronymum Portas creatorem censualis tempore creationis illius, aut ex post fuisse dominum, & possessorem prædicti Mansi Portas, atque ideò, ex defectu probationis dominii Hieronymi in Manso Portas, neutiquam laborasse vitio nullitatis Regiam sententiam Nobilis de Ribera declarantem super actione hypothecaria contra hanc Nobilem pupillam.

472 Quibus deductionibus respondeo Nos non quærere, an Hieronymus Portas fuerit dominus Mansi Portas nec ne, sed tantummodo, utrum ex meritis processus de tempore Regiæ sententiæ Nobilis de Ribera constaret de dominio Mansi Portas in Hieronymo, circa quod firmiter assero ex meritis processus, & de tempore dictæ Regiæ sententiæ, nullatenus liquere Hieronymum Portas extitisse dominum Mansi Portas; Nam instrumenta alienationis, conductionis, locationis, concessionis in feudum, licet authentica, neutiquam probant, vel concludunt alienantem, aut concedentem dominum esse, Accurtius in *l. cum res*, *Cod. de probat. verbo, in vacuum*, tradunt Doctores ad *d. l. & in l. si sic legatur*, §. 1. ff. de leg. 1. Specul. tit. de action. seu petition. §. sequitur, num. 25. vers. Et in omni contractu, Afflicti. decis. 40. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 537. num. 10. & seqq. Tusch. lit. D. conclus. 117. num. 13. Farinac. decis. 400. num. 1. recent. part. 1. Surd. decis. 260. num. 11. Mantica decis. 198. num. 2. Gratia. discep. foren. cap. 533. num. 44. & alii conjecti, & sequuti per Parejam de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. §. 2. à num. 79. cum seqq. & multò minus ex instrumento venditionis, & solutionis pretii, glos. in *l. cum res*, *C. de probat. verbo, in vacuum*, Alexand. conf. 98. num. 7. vol. 1. & ita communi DD. calculo recepta est de jure conclusio, quod vindicanti, vel agenti ad devolutionem rei, refricari potest quæstio dominii, per illum qui ab eo causam habet, etiamsi istrumentum alienationis, seu concessionis produxerit, de qua testantur, Bart. in *l. legata inutiliter*, ff. de adim leg. num. 2. vers. Sed si ageretur, Alexand. qui communem dicit, conf. 12. num. 4. lib. 4. Curtius junior conf. 42. num. 8. Ruinus conf. 47. num. 6. lib. 1. Gratian. discep. foren. cap. 261. num. 4. 10. & 13. ubi plura concessit Rota penès Farinac. decis. 659. num. 5. ad medium in posthum. 1. part. Pareja ubi proximè num. 86. & si ex instrumento in quo res hypothecatur, vel venditur probaretur à creditore dominium hypothecæ, & rei venditæ in hypothecante, seu venditore, perperam, & malè trade-

rent Doctores citati à nobis supra *num.* 302. agentem hypothecaria actione adversus tertium possessorem, vel contra habentem causam, seu titulum onerosum ab hypothecante debere probare concludenter dominium rei hypothecatae in hypothecante de tempore contractae hypothecae, aut ex post; Ergo ex instrumento censualis adversantis, & venditionis de prætenso Manso Portas factæ antecessoribus hujus Nobilis pupillæ neququam probatur Hieronymum Portas, creatorem censualis, & prætensum venditorem esse dominum Mansi Portas, saltem contra hanc Nobilem pupillam prætensam posseditricem, ex titulo oneroso: Nec dicta instrumenta dici possunt antiqua in hac causa, cum illa stipularentur, & conficerentur 21. Junii 1617. & 12. Augusti 1619. & causa inchoavit anno 1635. Præterea bina instrumenta censualis, & venditionis exhibita, & producta in processu reperiuntur ab adversante sub die 27. Octobris 1635. fol. 21. retro, & à fol. 11. ad 28. in tela. Rursus venditio Mansi Portas expressa in dicto instrumento 12. Augusti 1619. stipulata legitur non tantum à Hieronymo, sed etiam à Michaela Portas, & Seguer, & ab Antonio, & Marianna Portas, & Sunyer conjugibus, & sub pronomine *nostrum*, ibi; *Totum mansum nostrum, &c.* videte in *artic.* 11. *num.* 306. quod ad omnes venditores refertur, ut per se patet, atque ideo nullam probationem de dominio Hieronymi in Manso Portas faciunt contra hanc Nobilem partem, quibus conducunt, quæ congestimus supra *art.* 11. *num.* 302. & 307. ad 309.

473 Ad prætensas confessiones judiciales, quas fecisse hanc Nobilem pupillam opponit adversans, respondit Nobilis pupilla, se nusquam confessam fuisse Hieronymum Portas esse dominum Mansi Portas de tempore contractae hypothecae prætensae, vel ex post; & ne inter confessionem, & non confessionem inutiliter contendamus, tradat adversans formalissima verba deductionum, hujus Nobilis pupillæ, ubi talis confessio prolata dicitur, & cessabunt jurgia, cum confessionem deducere per illationes, ex aliquibus verbis, aut clausulis schedularum, hujus Nobilis pupillæ, nihil proderit, nam præterquod, omnis confessio debet ad rei favorem interpretari, Burgos de Paz *conf.* 43. *n.* 44. Veral. *decis.* Rotæ 189. *part.* 1. Valenz. *conf.* 27. *num.* 28. fortius viget in confessione ambigua, & æquivoca, quæ venit interpretanda in favorem confitentis, *l. si quis intentione*, *ff. de judiciis*, Roman. *consil.* 455. *num.* 4. & 6. Post. *post tract. de manuten. decis.* 200. *num.* 1. & ut minus quam fieri possit confiten-

fitenti præjudicet, Mohed. *decis. 2. de restit. spoliat.* Postius post tract. de manuten. *decis. 146. num. 4.* tum quia præfatæ confessiones factæ forent per Joannem Huguet assertum Procuratorem tantum ad lites, prætenforum tutorum, quæ absque speciali mandato non præjudicant principali, & possunt revocari non docto de errore, Rot. *decis. 19. de Procurator. in novissi. Puteus decis. 108. Fel. in cap. 1. num. 14. ut lit. non contest.* Paris. *conf. 115. num. 10. lib. 1. Cencius de censib. post tract. decis. 316. num. 6. Post. de manuten. observ. 57. num. 46. & 47. Tondut. de prævent. lib. 3. cap. 11. num. 8.* & ita fuit decisum in Senatu Cathalonix, referente Magnifico Joanne Paulo Xammar, in causa conjugum Felius Civitatis Vicen. 24. Junii 1659. Actuario Cortell; Et de communi opinione confessio emanata à Procuratore absque speciali mandato ad confitendum, non nocet principali, *l. contra juris, §. 1. vers. Donandi, ff. de pact. Ganaver. conf. 12. n. 247. post suas decis. & decis. 45. num. 3. & 4.* & cunctæ confessiones præjudiciales à Nobili pupillæ in causa lata, revocatæ extiterunt articulis 28. Junii 1677. ante acceptationem eorum ab adversante, possuntque corrigi, & non præjudicant ex Ripoll ad Peguer. *rub. 8. num. 27. & 28. tradidimus num. 451.* & tandem extitissent factæ post publicationem Regiæ sententiæ.

474 Quæ omnia simul juncta, & per se sola convincunt ex meritis processus, & de tempore lata sentent. Regiæ Nobilis de Ribera, non liquere Hieronymum Portas fuisse dominum asserti Mansi Portas hypothecati, nec dum hypothecavit, nec ex post, & suppositione negata, quod de tali dominio constasset, quare de eo expressè in motivis non meminit Regia sententia, pro ut de jure nostro meminisse debuerat ex traditis supra *num. 308.*

475 Ex articulo 191. ad 195. tuetur adversans, Regiam sententiam Nobilis de Ribera posse exequi contra Geltrudem Ferran tanquam usufructuariam, quia ut talis in processu comparuit: Ad cujus prætensionis exclusionem sufficiunt scripta in articulo 16. à num. 393. ad quem remitto lectores.

476 Ulterius, ex articulo 195. ad 203. contendit nostra adversans demonstrare, de tempore, lata, Regiæ sententiæ, Nobilis de Ribera, aut ex nunc constare, de jure passivo adversus hanc Nobilem pupillam, sequentibus mediis. Primo, quia ex tribus testium depositionibus liquet de jure passivo. (quas insertas fore de tempore lata Regiæ sententiæ supponitur ab adversante;) Secundo, quia instrumento mandati ad lites facto per assertos tutores hu-



jus Nobilis pupillæ sub die 19. Octobris 1666. liquebit Nobilem pupillam successisse Michaeli Ferràn & Lledò Civi honorato Barcinon. parenti suo, ex quo satis constare de jure passivo. Tertio, quia hæc Nobilis pupilla diversis vicibus pro evictione citavit, & articulavit contra auctores laudatos, ex quo supponitur possedisse Mansum Portas. Quarto, quia confessionibus factis in supplicatione oblata 22. Februarii 1674. artic. 10. ex oblatis 1. Septembris 1672. & ex artic. 13. 14. & 15. ex oblatis 21. Augusti 1674. resultat de jure passivo.

477 Cæterum non obstantibus dictis deductionibus ab adversante ponderatis, & præteritis iteratis confessionibus, fixo pede, & resolutivè profiteamur, ex meritis processus, nec de tempore latae sententiæ, nec de præteritis, non constare de jure passivo, adversus hanc Nobilem pupillam, quod, ut cunctis, qui nos legent, & originale processus non videbunt, fiat manifestum, repetenda sunt aliqua ex prælibatis in articulo 11. abjurantes vos omnimodam veritatem nude, sincere, & absque ullo velamine locuturos fore.

478 Regia sententia Nobilis de Ribera, lata exitit contra Geltrudem Ferràn, & Vives viduam, Josephum Conill Presbyterum, Franciscum Reverter, Gabriellem Amargòs Cives Honoratos Barcinone, & alios insolidum tanquam tutores, & curatores hujus Nobilis pupillæ, & eo nomine possessores Mansi Portas, qui præteritur hypothecatus censuali adversantis, sub his formalissimis verbis relatis num. 26. ibi: *His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs sua Excellentia insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, pronuntiat, sententiat, & declarat, & dictam Geltrudim Ferràn viduam, & supradictos Josephum Conill Presbyterum, Gabriellem Amargòs, Franciscum Reverter, & alios uti tutores, & curatores pupillæ Mariæ Ferràn, & de bonis dictæ tutelæ, & cura condemnat simul, & insolidum, ita quod uno solvente, alteri liberentur, ad dandum, & solvendum dictæ Ciciliæ Solà, & Masden viduæ dictas 1668 ꝥ moneta argenti pro pensionibus decursis, & solvi cessatis ex prædicto censuali, & pensiones à cætero decurrendas, una cum expensis, aut ad deferendam vacuam, & expeditam possessionem dictæ domus, hereditatis, seu mansi den Portas, terrarum, honorum, & possessionum illius.*

479 Cujus conclusionis Regiæ ratio fundatur, quia constabat, dictos Ferràn, Conill, Reverter, Amargòs, & alios esse possessores Mansi Portas tutorio nomine, his formalissimis verbis relatis in num. 22. ibi: *Constat dictum Michaellem Ferràn obiisse, ejusque uni-*

versalem hereditatem, & bona, & signanter dictum mansum Portas, tenere nunc, & possidere dictam Geltrudim Ferràn viduam, & Josephum Conill Presbyterum, & Beneficiatum Sanctæ Mariæ de Mari præsentis Civitatis, Gabriellem Amargòs, Franciscum Reverter Cives honoratos Barcinone, & alios uti tutores, & curatores, filia sua Mariæ Ferràn.

480 Examinemus nunc, an die 31. Martii 1672. in quo lata, & publicata dicitur prælibata Regia sententia, constaret ex meritis processus de dicto jure passivo, vel de possessione præsentis Mansi Portas in dictis Geltrudi Ferràn, Josepho Conill, Francisco Reverter, Gabrielle Amargòs, & aliis, tanquam tutoribus, hujus Nobilis partis, si, & pro ut enarrat Regia sententia: Circa quam disquisitionem est constans, & evidens, ex dictis assertis, trium testium depositionibus, nullatenus constare de possessione asserti Mansi Portas in dictis Ferràn, Conill, Amargòs, Reverter, & aliis tanquam tutoribus, Nobilis pupillæ, imò pars adversa in causa nusquam deduxit dictos Ferràn, Conill, Reverter, Amargòs, & alios uti tutores possidere præfatum Mansum Portas, & sic nullatenus, super tali possessione poterant deponere disponere dicti tres asserti testes, nec extiterunt recepti juxta formam Constitut. *Mes volem* 6. & Constit. 15. *tit. de Notaris, y Escrivans*, & doctrinas practicorum, & ita nulliter fuerunt recepti, nec probant cum sint de auditu, ut latius meminimus art. 11. num. 310. ad 320. præcipuè num. 319. Deindè est etiam certum, & evidens, prætenas depositiones testium non esse insertas in processu de tempore latæ Regiæ sententiæ, ut demonstravimus luce meridiana clarius art. 11. à num. 320. ad 338. ad quos lectores remitto; addendo solum traditis num. 334. doctrinam praxis Peg. *rub. 22. num. 4. & 5.* confirmantem dispositionem Constit. 2. *tit. de comun. de proces*, Constit. 2. 3. & *ult. tit. de Memorials de processos*, cui assentiunt Regi additionatores Ripoll, & Amigant, cum ei non contrarientur. Rursus etiam est certum, & evidens, in supplicatione 20. Novembris 1666. & in articulis 11. Julii 1667. tantum supplicari à Nobili pupilla, citari mandari ad continuandam causam successores, auctorum laudatorum, & deducere de jure passivo auctorum laudatorum ad effectum, ut condemnarentur in casu subcumbentiæ, Nobilis pupillæ, cum solita, & assueta clausula, *quod non creditur*, si ergo reum citare, & articulare contra successores, auctorum laudatorum, ut in casu subcumbentiæ, quod non creditur, condemnentur, est idem, ac confiteri reum possidere rem petitam, & jus actoris, quam breves, & parvuli essent

sent processus, indignum est similia deducere coram supremo Senatu. Tandem evidens, & certum est, instrumentum mandati, sub die 19. Octobris 1666. de quo fit mentio ab adversante, esse simplex, & purum mandatum ad lites impartitum à prætenfis tutoribus, hujus Nobilis pupillæ, Joanni Huguet Not. Causidico; & hoc non est confiteri, & probare hanc Nob. pupillam, vel tutores illius possidere Mansum Portas, imò non probat, firmantes mandatum esse tutores, hujus Nobilis pupillæ, saltem contra Nob. pupillam; bene verò si Nobilis pupilla agere vellet contra firmantes mandatum, tanquam tutores, vel gerentes pro tutoribus ipsius.

481 Ex quibus resolvitur tempore latæ Regiæ sententiæ ex meritis processus non constare plenè, semiplenè, aut præsumptivè dictos Conill, Reverter, Amargòs, & Ferràn esse tutorio nomine possessores prætenfi Mansi Portas, imò etiam non constabat dictos Conill, Reverter, Amargòs, Ferràn, & alios esse tutores, & curatores hujus Nobilis pupillæ, saltem ut in præjudicium hujus Nobilis pupillæ, & contra bona pupillaria posset proferri sententia aliqua, prædiximus num. 383. Quin alicujus considerationis sint assertiones Regiæ sententiæ, non enim probant sententiæ absque instrumentis, maximè in rebus de recenti, Seraphin. *decis.* 734. Ricc. *collect.* 1732. Puteus *decis.* 65. Gram. *decis.* 24. *tota.* Rota *divers.* part. 3. *decis.* 1146. Consiliarius Amigant in addit. ad Peg. *rub.* 24. *num.* 44. quibus addo Rub. *decis.* Rota *decis.* 145. *num.* 19. *part.* 9. Burato *decis.* 94. *num.* 1. Veral. *decis.* 134. *part.* 1. sed potius remanent nullæ, si exactis, testibus, & instrumentis non justificantur, prædiximus num. 337.

482 Transeamus ad prætenfas confessiones judiciales hujus Nobilis pupillæ factas in articulo 10. sub die 1. Septembris 1672. supplicatione 22. Februarii 1674. & artic. 13. 14. & 15. die 21. Augusti 1674. & perpendamus eas; Et exordiando ab articulo 10. diei 1. Septembris 1672. in eo asseritur, ibi: *Posa, que lo quondam Miquel Ferràn, y Lledò, contra qui sou profeguida la present causa, com à possessor de la heretat, y mas de Verges, en son testament en lo cas que moris sens fill mascle, seu hereva esta part de Maria Josepha filla sua im-  
puber.* Et nos fatemur hanc Nobilem pupillam esse hæredem universalem Michaellis Ferràn, & Lledò patris sui; sed ex eo non sequitur tutores Nobilis pupillæ, & pupillam esse possessores Mansi Portas, neque ex hoc constat de tali possessione, quo ad tutores, & pupillam: imò verò assertio, seu confessio illa, quod præsens cau-

sa effet prosequuta contra Michaellem Ferràn , & Lledò tanquam possessorem hæreditatis , & Mansi de Verges ; est erronea , & contra veritatem . Nam in præsentî causa nunquam citatus fuit Michael Ferràn , nec unquam comparuit , vel se opposuit in ea , idque evidentissimè liquet , cum hæc causa fuerit inchoata anno 1635. contra Magnificum Paulum , & Emanuelem Guiamet tantum , & contra eum prosequuta usque ad annum 1645. ab anno verò 1645. usque ad diem 4. Novembris 1666. dormivit , & à die 4. Novembris 1666. mortuo jam Michaelle Ferràn , & Lledò , usque in diem præsentem continuata fuit contra hanc Nobilem pupillam , citatam , & vocatam in litem , tanquam hæredem Michaelis Ferràn , & eo nomine assertam succeditricem Emanuelis Guiamet rei conventi . Ut literaliter depromitur ex supplicatione prosequutionis litis oblata 4. Novembris 1666. ab adversante ; confessio autem erronea potest revocari , & corrigi si est contraria veritati , docto de errore , *l. error facti* 7. *Cod. de juris, & facti ignorant.* Socin. *reg.* 64. 65. & 69. *Sarmient. selectt. lib. 3. cap. 13. num. 6. & 7.* *Marta de jurisdict. part. 2. cap. 8. num. 29.* *Anton. Gabriel. concl. 5. de confes. Paleot. decis. 253.* *Oliba de action. tom. 1. lib. 2. §. si quis aliud, num. 2.* *Ripoll de Magister. Logie Maris , cap. 9. num. 28.* & in praxi *Peguer. rub. 8. num. 29.* faciunt textus in *l. de etate, §. qui justo.* & *§. final. ff. de interrog. actor. cap. final de confessis*, *Burato decis. 466. num. 5.* etiam quod fuerit acceptata , deliberata , & firmiter repetita , *Bruno à Sole in locis commun. verbo confessio etiam*, *Honded. conf. 102. num. 43. vol. 1.* *Farinac. in prax. quest. 81. num. 324.* *Mascard. de probat. conclus. 378. num. 1.* *Hercul. de probanda negativa, num. 198. vers. 16. fallit*, cum vulgare sit , confessionem erroneam non nocere , & errantem non videri confiteri , *l. non videtur, ff. de confessis*, *Gomez var. resol. lib. 3. cap. 1. num. 66.* *Mascard. conclus. 378.* *Surd. conf. 345. n. 17.* *Novar. q. foren. lib. 1. q. 89. n. 10. in fine*, *Barbos. axiom. 49. n. 3.*

483 In supplicatione oblata 22. Februarii 1674. nunquam dicitur hanc Nobilem pupillam possedisse Mansum Portas , sed extitisse condemnatam tanquam posseditricem illius , quod valde diversum est , ut per se patet ; in articulis autem 13. 14. & 15. sub die 21. Augusti 1674. solum deducitur Michaellem Ferràn tanquam dominum verum , & legitimum , tenuisse Mansum Portas , decessum fuisse , illique universaliter successisse hanc Nobilem pupillam ; non verò dicitur hanc Nobilem pupillam possidere Mansum Portas , quid enim valde diversum est , hanc Nobilem pupillam existimari esse

veram

veram dominam Mansi Portas, vel esse posseditricem illius.

484° Sed istæ deductiones, & judiciales confessiones prætenſe, quo ad validitatem Regiæ ſententiæ nihil faciunt. Primo, quia fuerunt revocatae ab hac Nobili pupilla in articulis 28. Junii 1677. ante quam eas adverſa acceptaſſet, ergo nihil præjudicant. Secundo, quia ſunt factæ multò poſt latam Regiam ſententiam Nobilis de Ribera, & ſic validare non poſſunt ſententiam ſemel nullam, maxime quando ſententia non venit de novo, eodem modo facienda, ut in noſtro caſu. Tertio, quia iſtæ aſſertiones non concordant cum motivo Regiæ ſententiæ. Quarto, quia dictæ confessiones prætenſæ factæ viderentur à Joanne Huguet Procuratore ad lites aſſertorum Tutorum hujus Nobilis partis, & ſic confessiones ab ipſo factæ nihil relevant ex defectu mandati tradidimus cum exemplari Regio Senatus ſupra num. 473.

485 Ergo tempore Regiæ ſententiæ non conſtabat de jure paſſivo, ſeu de poſſeſſione Mansi Portas in prætenſis Tutoribus Conill, Reverter, Amargòs, Ferràn, & aliis.

486 Tandem adverſans ab articulo 203. uſque ad articulum ultimum ex oblatiſ die 1. Octobris 1677. remove vult nullitatem Regiæ ſententiæ provenienteſ ex defectu, evocationiſ, præſentiſ cauſe, ex Vice-Regia Audientia ad Regiam Audientiam, ſed inſubſiſtens eſt hæc prætenſio, ſatiſque exterminatur ex ponderatiſ per nos ſupra in artic. 13. & ut percipiat adverſans diverſitatem maximam inter ſententiã latas in Regia Audientia, & inter latas in Vice-Regia Audientia, adverto Regaliã Uſatici, *judicium in Curia datum*, quæ viget, & locum habet contra contravenientes, & reſiſtentes Regiis ſententiis, ex dictiſ ſupra num. 421. non habere locum, neque vigere contra reſiſtentes ſententiis Vice-Regiæ Audientiæ, ita declarante Regio Senatu 20. Octobris 1593. referente Guillermo Sunyer, inter Parochianos ſancti Juſti Deſvern, & ſingulareſ Parochiæ ſancti Felicis de Llobregat, notat Ripoll *de regal. cap. 36. num. 46. & 47.*

487 Nunc igitur intrepidè poſſumus affirmare, concludenter, & juridicè reſponſum, & ſatiſfactum fuiſſe cunctiſ dubitationibuſ, & difficultatibuſ oppoſitiſ à Cicilia Maſdeu, & Solà, adverſus prætenſionem Nobiliſ Domnæ Mariæ Joſephæ Potau, Ferràn, & Lledò.

## ARTICULUS XIX.

OMNIA FUNDAMENTA, ET JURIDICÆ CONSIDERATIONES factæ in articulis antecedentibus applicantur Regiæ sententiæ in hac causa lata.

488 **R**egiam sententiam in præsentī lite promulgatam 31 Martii 1672. de verbo ad verbum fideliter transcripsimus in articulo 1. à num. 17. usque ad num. 28. & meritò, ut nostros labores lecturi facilius judicent, discernant, & perpendant, quem rectè, & juridicè fundamenta, & considerationes à nobis factæ adaptentur, & applicantur dispositis, & contentis in Regiæ sententiâ, pro legitima intentione, quam tuemur.

489 Divino nomine invocato, incipit Regiæ sententiâ, *Excellentissimus dominus Locumtenens*. Contra quæ verba objicimus in artic. 13. præsentem causam non extitisse evocatam à Vice-Regiâ Audientia, ad Excellentissimum Locumtenentem Generalem, nec ad ejus Audientiam Regiam.

490 In primo *Attento* Regiæ sententiæ sub num. 17. asseritur, Hieronymum Portas nomine proprio, & uti procuratorem Michaelis Portas, & Seguer uxoris suæ, & Antonii, ac Mariannæ Portas, & Sunyer conjugum filii, & nurus suæ respectivè, instrumento recepto 21. Junii 1617. vendidisse Sigismundo Solà censuale quoddam pretii 760 ₰ monetæ Barcinonæ argenti, & pensionis annuæ 38 ₰ ejusdem monetæ, sub obligatione generali omnium bonorum, & sub speciali obligatione domus, & hæreditatis vocatæ den Portas sitæ in Castro de Virginibus. Ad quod primum motivum applicantur sequentia. Primo, non constare ex meritis processus de tempore Regiæ sententiæ Hieronymum Portas esse anno 1617. aut ex post dominum dictæ hæreditatis, seu domus den Portas, quod est requisitum substantiale actionis hypothecariæ intentatæ contra tertios possessores ex causa onerosa, videantur tradita num. 303. 307. 308. 309. & à num. 472. usque ad num. 474.

491 Secundo, dictam hæreditatem, & domum dictam de Portas tanquam emphyteuticariam nullatenus potuisse hypothecari, nec specialiter, nec generaliter absque firma, & consensu domini directi, diximus artic. 10. à num. 288. ad 300. & à num. 464. ad num. 470. vel saltem competere huic Nobili pupillæ antellationem in pretio rei emphyteuticariæ venditæ cum firma domini

ni directi , ut proposuimus num. 298. & num. 469.

492 Tertio , prætenfam hypothecari esse omninò extinctam , & dissolutam in vim judicialis consensus , & ratificationis præstitæ à Nicolao Solà patre adversantis , alienationi , & venditioni de prætenfa hypotheca Mansi Portas factæ antecessoribus hujus Nobilis pupillæ , assilendo , & non contradicendo Regiæ sententiæ Nobilis Rubi de Marimon tranfactæ in judicatum , quin amplius dicta prætenfa hypotheca semel extincta potuerit reviviscire ; quæ dissolutio hypothecæ operatur defectum actionis , adimitque actionem hypothecariam adversanti , ut diffusè scripsimus artic. 7. à num. 204. ad 210. & artic. 4. à num. 111. ad num. 127.

493 Quarto , ex Regia sententia Rubi de Marimon in judicatum tranfacta , ibi : *Ex bonis verò dicti Antonii tantum propter duas mille libras reservatione contentas , sua Excellentia prædictam insequendo conclusionem , sententiat , & declarat etiam obligatam esse ad præstationem censualis Sigismundi Solà Monialium sancti Danielis Gerundæ pretii quingentarum librarum , & Dorotheæ Camps , sicuti cum præsentis obligatam esse declarat ;* subsequitur , & inferitur cætera bona Hieronymi , & Antonii Portas declarata fuisse omninò libera à præstatione , seu obligatione censualis Sigismundi Solà , ita ut Nicolaus Solà , & Cilia Masdeu , & Solà illius filia , amplius agere , nec audire possint pro dicto censuali , & pensionibus illius , in & super bonis , quæ fuerunt principalis debitoris , & creatoris censualis , nec contra bona tenentes , & multo minus contra Tutores , & Curatores hujus Nobilis pupillæ , tanquam prætenfos possessores Mansi Portas , qui dicitur hypothecatus , cum semper obstet Regia sententia Rubi de Marimon in judicatum tranfacta facta inter Nicolaum Solà , antecessores hujus Nobilis pupillæ , & reos principales ex causa quæ tangit , & vulnerat bona obligata , & influit , ac operatur in hypotheca , ex latè traditis à num. 127. ad num. 145.

494 Quinto , quia casu negato , quod posset adversans agere contra Tutores hujus Nobilis pupillæ saltem pro bis mille libris reservatis à Hieronymo ; ( cum juxta Regiam sententiam Rubi de Marimon in judicatum tranfactam , tantum possit agere adversus Michaellam Portas , & hæredes illius penès quam præsumitur extare reservationem ) tamen bis mille libræ reservationis fuerunt consumptæ per Hieronymum ex die 15. Februarii 1614. usque ad diem 21. Junii 1617. creationis censualis liquet ex dictis supra artic. 8. à num. 211. ad 269. & à num. 438. ad num. 459.

495 In secundo *Attento* Regia sententia sub num. 18. refert, Ciciliam Masdeu, & Solà partem adversam succedere Sigismundo Solà emptori censualis, per mediam personam Nicolai Solà patris sui; ex quo *Attento* comprobatur idemtitatem personarum intervenientium in præsentī lite, & in lite Rubi de Marimon, de qua idemtitate plura retulimus num. 106. & num. 435.

496 In tertio, & quarto *Attento* num. 19. & 20. asserit Regia sententia Hieronymum, Michaellam Portas, & Seguer, Antonium, & Mariannam Portas, & Sunyer sub 12. Augusti 1619. vendidisse sub pacto de retro Mansum Portas admodum Illustri Don Salvatori Fontanet, uti administratori hereditatis Jacobi Lledò, durante minore ætate Josephi Lledò, sub evictionis promissione, & mortuo Hieronymo venditum fuisse jus luendi dicti Mansi. Ad quæ motiva Regiæ sententiæ possunt referri non constare de idemtitate Mansi Portas venditi, cum domo, seu hereditate hypothecata in instrumento censualis adversantis, de qua opposuimus num. 303. 305. 306. 316. & 318.

497 In quinto *Attento* sub num. 21. affirmat Regia sententia sequentia, ibi: *Constat dictum Josephum Lledò decessisse illique universaliter successisse per mediam personam Emanuelis Guiamet Civis honorati Barcinonæ, Michaellem Ferràn Civem honoratum Barcin. & Geltrudim Ferràn ejus uxorem.* Sed salva Reg. sententiæ autoritate, cum debita reverentia, & modo quo decet, respondendum est, Michaellem Ferràn, & Geltrudim Ferràn conjuges non successisse Josepho Lledò, neque Emanueli Guiamet, nec etiam Emanuel Guiamet successit Josepho Lledò.

498 Nam Josephus Lledò decessit ab intestato illique, succederunt quinque sorores ex utroque latere superstites, ut ex divisione hereditatis Josephi Lledò omni tempore demonstrare possumus. Deindè Emanueli Guiamet successit Nobilis Theresia Homdedeu, in primis nuptiis uxor dicti Emanuelis, tanquam heres instituta in testamento illius. Ergo Michael Ferràn, & Geltrudis Ferràn, & Vives conjuges neutiquam successerunt Josepho Lledò, & Emanueli Guiamet, neque Emanuel Guiamet successit Josepho Lledò. Veritas enim facti hæc est, quod Michael Ferràn, & Lledò successit Jacobo Lledò ejus avo materno per mediam personam Josephi Lledò, & Emanuelis Guiamet decedentium absque prole legitima, in vim vinculi, seu fideicommissi appositi super hereditate Jacobi Lledò, in favorem Michaelis Ferràn, & Lledò ejus nepotis, vulgo, *net,*



ab admodum Illustri Don Salvatore Fontanet avunculo magno illius, casu quo dicti Josephus, & Emanuel Guiamet, absque filiis decederent ex facultate commissa, & attributa à Jacobo Lledò admodum illustri Fontanet, de qua veritate certiorari poterunt curiosi ex meritis processus.

499 In *Attento* sexto sub num. 22. asseritur, ex meritis processus constare Geltrudem Ferràn, Josephum Conill, Franciscum Reverter, Gabriellem Amargòs, & alios uti tutores hujus Nobilis pupillæ, tenere, & possidere Mansum Portas; cui *Attento* opponimus ex meritis processus non constare de possessione dicti Mansi Portas tutorio nomine in memoratis Conill, Amargòs, Reverter, & Ferràn, ut lato calamo scripsimus supra artic. 11. à num. 310. ad 338. & artic. 18. à num. 476. ad num. 485. imò neque constat dictos Conill, Amargòs, Reverter, & Ferràn esse Tutores, & Curatores hujus Nobilis pupillæ, saltem adversus ipsam.

500 In septimo *Attento* dicitur Ciciliam Masdeu, & Solà petiisse 1668 ₰ monetæ argenti, pro pensionibus decursis, & pensiones à cætero decurrendas ex dicto censuali; cui respondimus petitionem istam factam fuisse ab adversante post binas denunciations processus contradicente hac Nobili pupilla, atque ideo, dicta petitio est nulla, & contra Constitutiones Cathalonix; si & quatenus plenius dissertavimus articulo 15. à num. 371. ad 381.

501 Post ista motiva, ad ulteriora pergit Regia sententia, & in versiculo, *Et licet*, num. 24. asserit, pro parte Geltrudis Ferràn viduæ, & supradictorum Tutorum prætensum fuisse ipsos non teneri ad præstationem, & solutionem dictarum pensionum, ex defectu juris, & actionis, Ciciliæ Masdeu, & Solà, ibi: *Eo quia tempore quo specialis obligatio Mansi Portas fuit facta Sigismundo Solà prætenditur dictum Mansum Portas non fuisse proprium dicti Hieronymi Portas obligantis; eo quia ante in capitulis matrimonialibus factis, & firmatis die 15. Februarii 1614. penès Bernardum Guillò Not. pub. Villæ Turricelle de Montegrino, constat supradictos conjuges Hieronymum Portas, Michaellem Portas, & Seguera fecisse donationem universalem omnium bonorum suorum in favorem filii sui Antonii Portas, unde prætenditur pro parte dictæ Ferràn, & Tutorum, & Curatorum filie sue Mariæ Ferràn hanc donationem fuisse anteriorem creationi supradicti censualis facti die 21. Junii 1617.; Ad quod respondemus, hanc Nobilem pupillam, non prætenisse, præcisè, ipsam non teneri ad solutionem pensionum censualis adversantis, eo quia donatio omnium bonorum facta*

à Hieronymo in capitulis matrimonialibus Antonii erat anterior creationi censualis ; sed ea ratione , quia Regia sententia Nobilis Rubi de Marimon in iudicatum transacta lata 14. Novembris 1631. inter Nicolaum Solà actorem , & patrem adversantis , Magnificum Paulum Guiamet reum , & antecessorem hujus Nob. pupillæ , & Michaellam Portas hæredem Hieronymi Portas creatoris censualis , & Antonii donatoris , & donatarii , & Mariannam Portas , & Sunyer , declaraverat Mariannam , & Michaellam , & Antonium Portas ex bonis propriis nullatenus esse obligatos ad præstationem censualis Sigismundi Solà , sed tantum esse obligatam Michaellam ad præstationem dicti censualis tantum pro bis mille libris reservatis à Hieronymo , ex motivis expressis in dicta Regia sententia Rubi de Marimon , quia Michaella , & Marianna indotatæ remanebant , & contractus , censualis , Sigismundi , non erat versus in utilitatem illarum , nec Antonii , sed Hieronimi patris sui , & sic manifestam læsionem continebat , & etiam declaraverat dicta Regia sententia Rubi de Marimon , præsentem , scientem , consentientem , & tacentem in iudicio Nicolao Solà , venditionem Mansi Portas ( qui hypothecatus prætendebatur censuali adversantis ) factam à debitoribus , & creditoribus censualis , antecessoribus hujus Nobilis pupillæ , esse validam . Ex qua Regia sententia in iudicatum transacta , inferebatur præsentem hypothecam Mansi Portas fuisse omninò solutam , & extinctam , omnia bona conjugum Portas , & Seguer , & Portas , & Sunyer esse libera , possessores illorum immunes , & exemptos , & solum Michaellam ex bonis Antonii obligatam pro bis mille libris reservatis tantum , quæ sententia Regia cum transacta fuisset in rem iudicatam , producebat exceptionem rei iudicatæ in præsentem causam adversus Nicolaum Solà actorem , & petitorem pensionum censualis , de qua exceptione rei iudicatæ , cum insertione , & productione ipsius Regiæ sententiæ in iudicatum transactæ formiter , & omnimodo meliori oppositum fuerat ab antecessoribus hujus Nobilis pupillæ , schedula oblata 9. Junii 1637. fol. 65. ad 67. in tela , quin oppositioni istius exceptionis rei iudicatæ contradiceretur à Nicolao Solà ; item oppositum fuerat à Nobili pupilla in articulo 2. ex oblatiis 11. Julii 1667. & tandem fuerat oppositum à conjugibus Portas , & Bagurs schedula 11. Martii 1638. & articulis oblatiis 1. Julii 1667. art. 6. fol. 204. & 205. in tela , ut lato folio ponderavimus supra artic. 4. toto , & artic. 17. à num. 408. ad 437. præcipuè num. 100. 101. 102. & 103. & artic. 6. toto . Imò verò dicta capitula  
matri-

matrimonialia Antonii, & Mariannæ Portas, & Sunyer tempore Regiæ sententiæ nondum extiterant exhibita in processu, nisi multo ex post, sub die 22. Februarii 1674. ratio autem quare potuit de dictis capitulis matrimonialibus mentionem facere Regia sententia in dicto versiculo, *Et licet*, legitur expressa supra num. 69.

502 Omisso dicto versiculo, *Et licet*, Regia sententia in versiculo, *Ceterum attento constat*, respondit objectioni à se ipsa propositæ sub num. 25. his verbis: *Ceterum attento constat, supradictum censuale fuisse creatum per dictum Hieronymum Portas nomine suo proprio causa ejusdem debitorii facti, & firmati per ipsum, instrumento recepto die 20. Novembris 1608. penès dictum Mascort, supradicto Sigismundo Solà absque derogatione priorum obligationum, unde liquet anteriorem fuisse obligationem dicti Solà in supradicto censuali, quam donationem factam dicto Antonio Portas.*

503 Attamen nos cum venia Regii Senatus, curialiter, & debita, ac qua decet reverentia, necessario impugnare debemus istud motivum, & attentum Regiæ sententiæ, in hunc qui sequitur modum, nam, aut Regia sententia per illa verba. *Unde licet anteriorem fuisse obligationem dicti Solà in supradicto censuali, quam donationem factam dicto Antonio Portas*, intellexit de forte, & pensionibus censualis, aut de forte tantum, vel de pensionibus tantum, inter quæ non est dare medium, si enim Regia sententia intellexit de forte, & pensionibus censualis, dicta propositio, nullatenus potest sustineri.

504 Ex inevitabilibus fundamentis supra ponderatis, nam quoties ex mutuo, seu simplici debitorio creatur aliquod censuale absque derogatione priorum obligationum, dantur duo contractus, unus, & primitivus mutui, alter, & secundarius censualis, & sic duæ anteriorationes, & prioritates considerantur, prima respectu pecuniæ mutuatæ, & obligationis contentæ in mutuo, & secunda respectu obligationis, aut illius pluris, quod continetur in contractu censualis secundario celebrato; per quam quidem translationem quantitatis mutuatæ, seu contractus mutui, in sortem, seu contractum censualem inducitur ex juris necessitate novatio, etiam extante protestatione de non derogandis prioribus obligationibus; & dicta protestatio solum salvat, & præservat, id ipsum, quod verba protestationis sonant, videlicet obligationem priorem mutui: Undè cum obligatio prioris mutui solum sit, ad quantitatem mutuo debitam, hinc fit, quod solum operabitur anterioritatem temporis, quo

ad dictam quantitatem debitam ex mutuo, & effectam sortem censu-  
fualis; non verò quo ad pensiones censuales, nam pensiones cen-  
sualis creati ex mutuo, non debentur, ex contractu mutui, sed de-  
bentur ex contractu censuales secundario creato, & à die creationis  
illius, in quo stipulantur, promittuntur, & incipiunt deberi, & ha-  
bere esse; in rerum natura, & repetitio pignorum, prioris contrac-  
tus facta, in secundo contractu solum procedit tantum in omne id,  
quod ex primo contractu debebatur, & impossibile est, ut detur re-  
petitio pignorum prioris contractus, in id quod tantum incipit de-  
beri, ex secundo contractu; cum repetitio pignorum supponat  
constitutionem pignoris, undè in secundo contractu invenietur re-  
petitio pignorum, & constitutio pignorum, repetitio respectu de-  
biti cum pignoribus ex primo contractu, & constitutio pignorum,  
respectu obligationis additæ in secundo contractu, & tandem regu-  
la generalis, quod pensiones censuales habent eandem anteriorita-  
tem, quam fors, procedit quoties fors, & pensiones ex eodem con-  
tractu incipiunt deberi, attamen limitatur communi DD. voto, &  
nemine discrepante, quoties pensiones, & fors ex diversis contrac-  
tibus descendunt, tam tunc fors anterioritatem sumet à contractu,  
in quo capit deberi, & promitti; & pensiones etiam à die, quo sti-  
pulari cæperunt, & habuerunt esse in rerum natura.

505 Quæ sanè juris dogmata comprobantur expressè, ex eo-  
demmet instrumento censuales adversantis stipulato 21. Junii 1617.  
in quo fundatur prætentio adversantis, Regia sententia, & nos quo-  
que in eo fundamur, in quo sanè instrumento legitur expressè, pro-  
testationem non novandi, & non derogationum, tantum stipula-  
tam, & conventam fuisse à Sagismundo Solà pro 600 ₰ debitorii;  
nec in plus poterat de jure stipulari, vel pacisci, & id ipsum notant  
verba Regiæ sententiæ, ibi: *Absque derogatione priorum obligationum,*  
ergo protestatio non denegationis, non se ampliavit, nec potuit  
ampliari ad obligationem pensionum censuales, eo tunc stipulata-  
rum, & promissarum, sed tantum ad obligationem solius mutui  
600 ₰, cum sola obligatio ad 600 ₰, esset obligatio prior. Ex qui-  
bus intrepidè resolvimus, pensiones censuales adversantis creati 21.  
Junii 1617. tantum anterioritatem sumere à dicto die 21. Junii  
1617. in quo deberi cæperunt, & per consequens, donationem  
factam cum hypotheca à Hieronymo sub die 15. Februarii 1614.  
Antonio Portas filio suo, & cæteros contractus, & obligationes  
hypothecarias firmatas à Hieronymo ante diem 21. Junii 1617. esse

ante-

anteriores, potiores, & priores, quam pensiones censuales ab ad-  
versante petite, ut longissime dissertabimus supra à num. 159. ad  
num. 171. & à num. 424. usque ad num. 432.

506 Attamen si Regia sententia per illa verba: *unde liquet an-  
teriozem fuisse obligationem dicti Solà, in suprascripto censuali quam do-  
nationem factam dicto Antonio Portas*, intellexit de sorte censuales Sa-  
gismundi Solà, etiam non est omninò admittenda, quia censuale  
istud non tantum fuit creatum ex 600 ₰ debitorii, sed etiam ex  
160 ₰ additis, cum pretium, & fors censuales esset 760 ₰, & per  
consequens 160 ₰ additæ mutuo pro pretio censuales tantum inci-  
piunt deberi, & anterioritatem sument à die 21. Junii 1617., erunt-  
que posteriores donatione cum hypotheca, & cæteris obligacioni-  
bus hypothecariis antecedenter contractis à Hieronymo, & respec-  
tu dictarum centum, & sexaginta librarum additarum, sexcentum  
libris mutui pro constituendo pretium, & sortem censuales 760 ₰  
verificabitur regula illa vulgaris, quod pensiones, & fors censuales  
habeant eandem anterioritatem, cum pensiones hujus censuales  
habent eandem anterioritatem, quam habent 160. libræ, fortis ad-  
ditæ sexcentum libris debitorii.

507 Sed derelicta materia anterioritatis debitorii, censuales,  
& pensionum illius, pro ut in se est, deducimus dictum motivum  
Regiæ sententiæ in versiculo; *Cæterum attento constat*, contrariari,  
& opponi ex diametro Regiæ sententiæ Rubi de Marimon in judi-  
catum transactæ, declaranti, tantum esse obligatas censuali Sagif-  
mundi Solà bis mille libras reservatas à Hieronymo, quæ regia sen-  
tentia, & exceptio rei judicati ex illa resultans non solum opponi-  
tur, & præjudicat anterioritati pensionum censuales, & fortis 160 ₰  
superadditæ, verum etiam anterioritati reliquarum sexcentarum li-  
brarum debitorii, quæ effectæ fuerunt fors censuales, nam de jure  
sententia in rem judicatam transacta, inter creditores opposcentes  
de anterioritate, & prælatione sui crediti lata, parit exceptionem  
rei judicatæ quo ad gradus anterioritatem inter ipsosmet credito-  
res; docueramus supra num. 144. 171. & à num. 419. ad 423.

508 Ergo Regia sententia Nobilis de Ribera sustineri nequit  
ex motivo expresso in versiculo, *Cæterum attento constat*, ibi: *Unde  
liquet anteriorem fuisse obligationem dicti Solà in suprascripto censuali,  
quam donationem factam dicto Antonio Portas*.

509 Deinde in versiculo, *Et ultra constat*, Regia sententia su-  
mit pro motivo, in Regia sententia Rubi de Marimon, lata 14.

Novembris 1631. fuisse declaratum, validam obligationem dicti censualis Sigismundi Solà, virtute reservationis factæ à Hieronymo bis mille librarum; Ex quibus resolvit Geltrudem Ferràn, & supradictos Tutores esse obstrictos ad præstationem pensionum dicti censualis. Nos autem respondemus verum esse, Regiam sententiam Rubi de Marimon declarasse validum dictum censuale quò ad bis mille libras reservatas, cæterum dicta Regia sententia de Rubi restrixit, & coarctavit obligationem, censualis adversantis ad bis mille libras reservatas tantum; & in ordine tantum ad Michaelam Portas, & Seguer pro dictis bis mille libris, eximendo à præstatione dicti censualis cætera bona prætensa Hieronymi, Antonii, Michaelæ, & Mariannæ, & possessores illorum bonorum, & præcipuè antecessores hujus Nobilis pupillæ tanquam prætenso possessores Mansi Portas, ut deduximus articulo 4. toto, & artic. 17. à n. 408. ad num. 434. Rursus suppositione negata quod adversans agere posset contra hanc Nobilem pupillam, tanquam prætensam posseditricem Mansi Portas, pro prædictis bis mille libris reservatis, attamen dictæ bis mille libræ reservationis, demonstrantur plusquam consumptæ à Hieronymo ex die 15. Februarii 1614. usque ad diem 21. Junii anni 1617. creationis censualis, ut clarissimè patefecimus artic. 8. à num. 211. ad num. 269. & artic. 18. à num. 438. ad n. 459. Atque ideo dictum secundum motivum Regiæ sententiæ Nobilis de Ribera sustineri nequit, & per consequens nec sustinebuntur decisa in ea.

510 Et tandem Regia sententia in versiculo, *His igitur, & aliis*, asserit suam Excellentiam, insequendo conclusionem in Regia Audientia factam, pronunciare, sententiare, declarare, ac condemnare dictam Geltrudim Ferràn, Conill, Reverter, Amargòs, & alios, uti Tutores, & Curatores hujus Nobilis pupillæ infolidum de bonis dictæ tutelæ, & curæ ad dandum, & solvendum adversæ Ciciliæ Masdeu, & Solà dictas 1668 ₰ monetæ argenti pro pensionibus cessis, ex prædicto censuali, & pensiones à cætero decurrendas, una cum expensis, aut ad deferendam vacuam, & expeditam possessionem dictæ domus, hereditatis, seu Mansi den Portas, terrarum, honorum, & possessionem illius.

511 Sed contra hanc Regiam condemnationem in actione hypothecaria factam contra Nobilem pupillam, opponimus, & deduximus hucusque, Regiam sententiam, & condemnationem in ea pronunciatam, fore & esse nullam, tanquam oppositam Regiæ sen-

sententię Rubi de Marimon in iudicatum transactę ; ex qua sententia Rubi de Marimon infertur hypothecam præensam super Manso Portas fuisse extinctam, Mansum Portas liberatum, tantumque obligatam Michaellam Portas pro bis mille libris reservatis, ad præstationem dicti censualis, in articulo 7. toto, & à num. 408. ad 434. Reservationem bis mille librarum esse consumptam ante creationem censualis, artic. 8. toto, & à num. 438. ad num. 459. Mansum Portas tanquam emphyteuticarium non potuisse hypothecari, absque firma domini directi, aut saltem antellationem habere hanc Nobilem pupillam in pretio soluto pro emptione dicti Mansi cum firma domini directi, artic. 10. toto, & à num. 463. ad 470. Non constare de requisitis substantialibus actionis hypothecarię, artic. 11. toto, & à num. 471. ad 485. Præensam solutionem pensionum non esse faciendam ex bonis tutelę, nec extitisse factam condemnationem contra legitimas personas, artic. 16. toto; Neque pro tot pensionibus decursis, nec pro decurrentis tanquam petitis post binas denunciations processus, contra jura Cathalonię, artic. 15. toto. Condemnationem non potuisse pronuciari ab Excellentissimo Locumtenente Generali, facto verbo in Regia Audientia, ex defectu evocationis præsentis causę ad illam artic. 13. toto. Regiam sententiam fuisse latam, & publicatam absque legitimę partis requisitione, & sic nullitate laborasse artic. 14. toto. Et tandem omnia procedimenta facta ante dictam Regiam sententiam usque in statum præsentem, nulla fore, & esse tanquam facta contra formam substantialem inductam à *Constit. Statutum 6. tit. de citacions, è inhibicions*, articulo 12. toto, & à num. 369. ad 407.

512 Denique pro coronidè prætendit Nobilis pupilla retentionem pro plusquam 4189 ₰ in proprietate, salvo jure, ex una parte, artic. 9. toto, & à num. 459. ad 462. & etiam ex altera parte pro 3100 ₰ pretii venditionis prætensi Mansi Portas, ratione firmę domini directi intercedentis in ea num. 298. & num. 469.

513 Quę omnia fundamenta, rationes, actiones, exceptiones, & nullitates, tam in meritis, justitię naturalis, hujus Nobilis pupillę, quam ordinis judiciarii, & circa formam judiciariam oppositę, & allegatę ab hac Nobili pupilla in statu præsentis causę, contra Regiam sententiam in iudicatum transactam, Nob. de Ribera, & cęteras provisiones, post publicationem, dictę Regię sententię factas, in hac lite, deducuntur, proponuntur, & allegantur medio beneficio, restitutionis in integrum, ex capite minoris ætat-

tis implorato à nostra pupilla , & minore adversus Regiam sententiam Nob. de Ribera transactam in judicatum , ad effectum impediendi executionem non dum captam , dictæ Regiæ sententiæ , & superfedendi pro nunc in executione, & extractione executorialium illius instatorum ab adversante ; modo prædicto revocando , seu in melius commutando Regiam provisionem factam 4. Martii 1677. in præsentis causa supplicationis in forma à dicta provisione. Si & pro ut magna Doctorum serie deduximus in articulo 2. & 3. toto, & num. 394. & 395.

514 Tandem Regia sententia in versiculo , *Quo verò ad evictionem* , reservavit jus Tutoribus hujus Nob. pupillæ in alio judicio, quo ad evictionem petitam adversus conjuges Bagurs , & Portas, & alios authores laudatos in dicto versiculo expressos. Et nos in articulo 12. toto, & à num. 396. ad num. 407. patefecimus per dictam reservationem jurium ad evictionem , neutiquam esse consultum, nec huic Nobili pupillæ , nec auctoribus laudatis , saltem in ordine ad partem adversam Ciciliæ Masdeu, & Solà, ad quem lectores remitto.

515 Ex quibus in hoc articulo summarie , & perfunctorie traditis , colligere valemus cuncta deducta, & prætenfa in omnibus supra dictis articulis valde conducere , & facere pro manifestatione, & demonstratione justitiæ Nob. pupillæ D. Mariæ Josephæ Potau, Ferràn , & Lledò.

## ARTICULUS XX.

ET ULT.

RESOLUTIO PRIMÆ PARTIS ARTICULORUM JURIS  
*proponitur.*

516 **P**Rima pars articulorum juris , imò & lis nostra diu exagitata in paucis resolvitur. Etenim Regia sententia Nobilis de Ribera in hac causa lata 31. Martii 1672. adversus Tutores , & Curatores nostræ Nobilis pupillæ , & in favorem Ciciliæ Masdeu , & Solà actricis , in rem judicatam transivit , ob non interpositam supplicationem ab ea, per hanc Nobilem pupillam. Quo in casu de jure conceditur , & impartitur minoribus 25. annis beneficium restitutionis in integrum , adversus Regiam sententiam in  
judi-



judicatum tranfactam , ad effectum superfedendi in executione inf-  
tata , vel instanda dictæ Regiæ sententiæ , si restitutio ista calum-  
niosè non petatur , & ex causis petitiæ restitutionis liquet de bono  
jure , minoris illam implorantis , quæ causa , & lis petitiæ restitutio-  
nis , est species appellationis , seu supplicationis : imò , & pinguius  
remedium est restitutio implorata adversus sententiam , quam sup-  
plicatio , & appellatio à sententia , Leo *decis.* 177. n. 7. *cum seq.* Caldas  
*in anal. comment. ad l. si curatorem, Cod. de in integr. restit.* verb. *per quod*  
*pristinum* , num. 41. *in fine* , & 46. & ideo cuncta quæ poterant op-  
poni , deduci , & objici in causa supplicationis à Regia sententia ,  
verum etiam plura alia , quæ in causa supplicationis ex opinione  
aliquorum allegari prohibentur ; valent rectè opponi , deduci , &  
allegari , in causa restitutionis in integrum imploratiæ , ad quod jus-  
tificandum remittimur ad articulum 2. & 3. & num. 201. 202. 203.  
& num. 394. & 395. Unde infertur , Regium nostrum Senatum judi-  
caturum fore de cunctis fundamentis , rationibus , actionibus , nul-  
litatibus , aliisque juris remediis , tam ordinariis , quàm extraordi-  
nariis , per hanc Nobilem pupillam deductis , allegatis , probatis ,  
ac justificatis pro restitutione obtinenda , quamvis requirant altio-  
rem indaginem , juxta tradita num. 48. & 55. cum toto articulo 2.

517 At cum ex deductis in omnibus antecedentibus juris arti-  
culis , clarè , manifestè , & demonstrativè constet , liqueat , & appa-  
reat , de bono jure , hujus Nobilis pupillæ , non solum ad eam au-  
diendam in restitutione implorata , & in præambulo ad restitutio-  
nem , verum etiam ad reportandam totalem victoriam causæ , & re-  
vocationem , seu commutationem , Regiæ sententiæ , casu quo ab  
illa foret supplicatum ; Hinc resolvimus , quod Regius , & semper  
mihi venerandus Cathalonix Senatus revocavit , seu in melius com-  
mutavit Regiam provisionem à qua factam 4. Martii 1677. super-  
sedendo , pro nunc , in executione , Regiæ sententiæ in præsentem  
lite promulgatæ . Et sic impetratura meliori modo , quo supplicari  
scit , sperat hæc Nob. pupilla , à Sacro , & Regio Cathalonix Se-  
natu , semper Augusto .

# ARTICULORUM JURIS. PARS SECUNDA.

**S**ECUNDAM, & ultimam Articulorum juris partem agredimur continentem arduam, subtilissimam, & practicabilem materiam, vocationis, filiorum in conditione positorum, & instrumentorum noviter repertorum ad retractandas Regias sententias in judicatum transactas, circa quam aliqua non condemnanda eruditionis prælibabo quatenus arbitrabor sufficere pro legitima defensione Nobilis pupillæ, quam in præsentî lite tuemur, & fovemus, cum pro nunc suscepti instituti non sit Tractatus juris publicè edere, sed charissimam clientam patrocinari.

## ARTICULUS I.

REGIA SENTENTIA IN REM JUDICATAM TRANSACTA rescindenda, & retractanda venit propter instrumenta de novo reperta, medio beneficio, restitutionis in integrum, ex capite, minoris ætatis implorato.

518 **T**Rita, & recepta est juris conclusio, sententiam transactam in rem judicatam minimè rescindi, nec retractari propter instrumenta de novo reperta, l. Imperatores 35. ff. de senten. & re judic. l. sub specie 4. Cod. eodem, l. sub prætextu, Cod. de transaction. l. 2. ff. de jurejurando, cap. suborta 21. de sentent. & re judic. l. cum de hoc 27. ff. de except. rei judic. Colligunt ex ordinariis Abbas, Innocen. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Bald. Anchar. Panormit. Felin. Guido Papæ, & alii relati, & sequuti

à Bar-

à Barbofa *in collect.* ad cap. *suborta* 21. de *sent. & re judic.* num. 1. Bartol. *in l. Julianus*, ff. de *condict. indebit.* num. 34. Roman. *conf.* 214. num. 4. Caphal. *conf.* 180. num. 5. part. 2. Cæpol. *conf.* 13. num. 9. Cevallos tom. 3. *practicar. quæst.* 840. num. 8. Valenzuel. Velazq. *conf.* 68. num. 39. & *conf.* 72. num. 30. Menoch. *conf.* 1118. num. 8. Suar. tom. 2. *commun. opinion. lib.* 7. tit. 8. num. 9. pag. 287. Gutier. de *juram. confirmat.* part. 3. cap. 7. num. 7. Molina de *justi. & jure*, tract. 2. disp. 568. num. 6. Peregrin. de *jure Fisci*, lib. 7. tit. 4. num. 4. Pareja de *instrum. edit.* tom. 1. tit. 2. *resol.* 6. *specie* 4. num. 322. Oddus de *restit. in integr.* part. 2. *quæst.* 73. art. 1. num. 1. Larrea *alleg. Fisc.* part. 2. *alleg.* 71. num. 2. Carleval. de *judic.* tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 7. num. 6. Fontanel. *nofter decis.* 174. num. 11. ad *finem*, & 176. num. 1. ad partes, integerrimæ disciplinæ parens D. Michael de Cortiada *decis.* 12. num. 83. & merittissimus Consiliarius Amigant *remissivè in addit. novissimis ad prax.* Peguer. *rubr.* 24. num. 35. Valeron de *transactioib.* tit. 6. *quæst.* 3. num. 15. & 16. Velasco *consult.* 51. num. 13. Gayto de *credit.* cap. 2. tit. 1. num. 120. & 121. Farinac. *quæst.* 101. num. 35. & *quæst.* 11. num. 11. Fachin. *controver. juris*, cap. 32. Caroc. de *remediis subsid. excep.* 49. Alfaro de *offic. Fiscal.* *glos.* 16. num. 161. & *glos.* 134. num. 228. Scaccia de *re judicata*, *glos.* 14. *quæst.* 32. Solorzano de *jure Indiar.* tom. 2. lib. 2. cap. 8. num. 61. post Donellum, & Osuald. *comment.* lib. 27. cap. 7. Valencia *illustr. juris*, lib. 2. tract. 2. cap. 6. à num. 2. cum *sequentibus*, quæ regula ad transactionem extenditur, quam novorum instrumentorum prætextu rescindi jura prohibent, *l. sub prætextu* 19. *Cod. de transact.* ubi Gifar. Donel. Gilken. Padilla, Perez ad *dict.* tit. num. 21. Faber. *conject.* lib. 16. cap. 17. circa *medium*, & *in Codicem* tit. de *transact.* *desinit.* 13. Valeron. de *transact.* tit. 6. *quæst.* 3. num. 13. Barbofa *in collect.* ad d. *l. sub prætextu* 19. *Cod. de transactio.* Cujus conclusionis genuinæ rationes describuntur à Doctoribus supra congestis, præcipuè ab Oddo, Valenzuela, Larrea, & Fontanella *decis.* 174. à num. 11. ad *finem*, quibus addimus Amayam *in Cod. ad l. unicam*, *Cod. de sententiis adversus Fiscum latis retractandis* num. 1. cum *seq.*

519 Cæterum prælibata conclusio pluribus limitationibus, & exceptionibus conquatur, nam quando publicus favor versatur, res judicata prætextu instrumentorum de novo repertorum rescindi, & retractari debet, expressus textus *in l. Imperatores* 35. ff. de *re judicata*, Paulus, & Salicetus *in l. sub specie* 4. *Cod. de re judicata*, Garcia de Nobilitate *glos.* 6. §. 2. num. 5. cum *seq.* Antonius Padilla *ad l.*

*sub prætextu* 19. *Cod. de transac.* Carleval. *de judic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 7. num. 6.* Pareja *de instrumen. edition. tom. 1. tit. 2. resol. 6. specie 4. num. 340.* Secundo, quando versamur in causa, quæ nullo juris examine adhibito fuit terminata, retractatur res judicata ex novis instrumentis, Pareja *ibidem num. 339.* ob quas limitationes, & alias relatas à Pareja à *num. 322. ad 341.* sapientissimus Cortiada *decis. 12. num. 81.* resolvit contentione semel decisæ, iterum posse super eadem re, novam contentionem firmari, quando ex probationibus, seu instrumentis de novo repetitis, rem aliter se habere apparet.

520 Tertio limitatur conclusio in Fisco, causisve Fiscalibus, nam si sententia feratur contra Fiscum, usque ad triennium retractabitur, quamvis in judicatum transierit ob instrumentum denuò repertum, *l. unica, Cod. de sentent. adversus Fiscum latis retractandis lib. 10. l. Imperatores 35. ff. de re judicat.* docent Doctores omnes Bartolus, Baldus, Jason, Salicetus, Platea *in dictis textibus, & ad l. sub specie 4. Cod. de re judicata, l. admonendi, ff. de jurejurand. l. sub. prætextu 19. & l. si de falsis, Cod. de transactio.* Garcia *de nobilit. glos. 6. §. 2. num. 5.* Cevallos *commun. contra commun. tom. 3. quæst. 542. & 650. num. 8.* Fachineus *lib. 1. contrav. cap. 52. & lib. 9. cap. 80.* Farinac. *quæst. 101. num. 35. & quæst. 111. num. 11. cum seqq.* Morla *empor. juris, tit. 11. quæst. 6.* Paz *de tenuta, cap. 14. num. 20. & seq. & cap. 32. à num. 34.* Alvar Velazq. *consult. 51. num. 13.* Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de sentent. resol. 3.* Mastril. *decis. 97. num. final.* Scaccia *de re judic. glos. 14. quæst. 32.* Alfaro *de offic. Fisc. glos. 16. num. 161. & glos. 34. n. 228.* Peregrin. *de jure Fisci, lib. 7. tit. 4. à num. 1.* Carleval *de judic. l. 1. tit. 1. disp. 7. n. 6.* Larrea *alleg. Fiscal. p. 2. alleg. 71. à n. 2. tota, nec omittendi sunt mihi gratissimi Theorici, Cujacius lib. 18. obser. cap. 35.* Donellus, & Osval. *comment. lib. 23. cap. 7.* Gilchen. *ad l. si falsis, Cod. de transact.* observantissimus Don Franciscus de Amaya *in comment. ad d. l. unic. Cod. de sentent. adversus Fiscum latis retractandis, lib. 10. num. 14. cum seq. ad partes, remissivè Valeron de transactio. tit. 6. quæst. 3. num. 17. & 18.*

521 Quarto fallit, & limitatur conclusio, valde nostro instituto conformis in Ecclesia, Republica, Pupillo, minore, furioso, prodigo, aliisque piis, & favorabilibus causis; nam sententiæ in judicatum transactæ latæ contra Ecclesiam, Pupillum, minorem, furiosum, prodigum, Rempublicam, & alias pias, ac favorabiles causas, prætextu instrumentorum de novo repertorum rescinduntur,

ac retractantur medio beneficio restitutionis in integrum, ex *l. final. Cod. de sacrosanct. Eccles. Authen. de non alienan. reb. Eccles. §. finimus*, Accurt. in *glos. in fine*, Bartol. num. 7. Plat. num. 1. Jason. & alii in *l. Imperatores 35. ff. de re judicat. glos. ad dict. l. Imperatores 35. Socin. in cap. sub orta 21. de sentent. & re judicat. Francisc. Marc. decis. 313. num. 1. part. 2. Caroc. de remed. contra sentent. excep. 49. à n. 4. cum sequent. latissime Oddus de restit. in integr. part. 1. quæst. 73. à num. 2. & quæst. 75. per tot. Amaya in *conject. ad l. unicam, Cod. de sentent. adversus Fiscum latis retractandis, n. 16. Garcia de nobilit. glos. 6. §. 2. Paz de tenuta, cap. 14. num. 24. & cap. 32. à num. 34. Jason in l. is cui bonis, num. 8. ff. de curatore furios. Caldas Pereyra in comment. analytico ad l. si curatorem, Cod. de in integrum restit. verbo, cum non absimilis, num. 76. practicus Fontanella decis. 176. num. 3. Conducunt optimè quæ supra diffusius supposuimus num. 64. & 65. minoribus 25. annis ex nova causa, bis, & ter concedendam fore restitutionem in integrum, aliàs denegatam.**

522 Quæ limitatio, & fallentia extenditur ad majores, & privatos, qui prætextu instrumenti noviter reperti, concurrente ignorantia, in integrum restituntur ex clausula generali, *si qua mihi justa causa*, ad retractandas sententias in rem judicatam transactas, & contra eos promulgatas, *argum. textus in l. cum miles 30. §. final. ff. ex quibus causis majores, l. 1. Cod. eodem, l. dolus 10. Cod. de rescind. vendit. l. divus 33. ff. de re judic. l. 1. & tot. tit. Cod. si ex falsis instrum. l. si prætor 75. ff. de judic. Amaya in commen. ad dict. l. unicam, Cod. de sentent. advers. Fiscum latis retract. num. 17. Fontanel. cum decisione Regii Senatus decis. 176. à num. 6. & decis. 177. tota, præcipuè à num. 18. ubi circa probationem ignorantia instrumentorum, respectu majorum perpulchra docet, & determinat ad praxim utilissima; nam in pupillo satis ignorantia præsumitur, cum quidquid videt, ignoret, *l. pupillus 9. ff. de acquir. hered. l. 1. Cod. de falsa monet. Narbona de etate anno 7. quæst. 33. num. 2. nec scire præsumitur dum pubes est, quæ gesta sunt in pubertate, Narbona de etate anno 14. quæst. 44. & 45. prædiximus supra num. 190. in fine, cæteras verò fallentias, & exceptiones regulæ propositæ facillè inveniuntur apud Fontanella decis. 176. num. 4. & 5. Oddum d. part. 2. quæst. 73. 74. & 75. & reliquos juris Doctores à nobis revolutos.**

523 Unde cum ad novam notitiam, hujus Nobilis pupillæ denuò pervenerint bina præcipua, publica, & authentica instrumenta, quæ summoperè faciunt pro intentione, quam rutatur, ad-

versus

versus Ciciliam Masdeu, & Solà actricem, sintque de novo reperta, ut jurejurandi sacramento religiosissime, si opus fuerit, roborabitur, & efficaciora ad evellendam radicibus actionem hypothecariam prætentam, in præfato Manso Portas ab adversante, contra hanc Nobilem pupillam, pro pensionibus, & sorte, tam censualis, quàm antiqui debitorii, ac etiam ad obtinendam revocationem Regiæ provisionis, à qua, & supersedimentum, in executione Regiæ sententiæ, Nob. de Ribera in judicatum tractatæ, idcirco sub luce publica exhibentur.

## ARTICULUS II.

*BINA INSTRUMENTA DENUO REPERTA DEMONSTRANTUR, illorum tenor exprimitur, & ex illis convincitur retractandam fore Regiam sententiam in hac causa latam.*

524 **D**uo præcipua sunt instrumenta de novo reperta ab hac Nob. pupilla, quæ exhibentur, & producuntur in hac lite, ex quorum tenore, exhibitione, & productione arbitramur omninò excludi prætensionem, adversantis Ciciliæ Masdeu, & Solà. Primum instrumentum est recognitionis, seu confessionis factæ de dominio directo Mansi Portas in favorem Nob. Raymundi Xammar Baronis de Madinyano, sub die 16. Januarii anni 1583. per Hieronymum Portas majorem, patrem Hieronymi Portas, & avum Antonii Portas, de quo Antonio, & Hieronymo agitur in lite, & in nostris juris articulis. Secundum instrumentum est clausulæ universalis hæreditatis testamenti conditi per dictum Hieronymum Portas majorem, patrem, & avum respectivè dictorum Hieronymi, & Antonii Portas die 15. Novembris 1586.

525 Nunc restat videre, & inquirere, an ex jure resultante, ex dictis binis instrumentis denuò repertis, simul junctis cum cæteris instrumentis, actis, & probationibus in processu hucusque insertis, veniat retractanda, & rescindenda Regia sententia Nobilis de Ribera, vel sit supersedendum in illius instata executione nec ne; circa quam ultimam inspectionem resolutivè, & firmiter defendimus, Regiam sententiam Nobilis de Ribera esse rescindendam, & revocandam, ac omninò supersedendum in executione instata illius pro nunc, in vim dicti instrumenti recognitionis, & clausulæ

here-

hereditarie testamenti, Hieronymi Portas majoris noviter repertorum, & exhibitorum, unico, concludenti, & inevitabili sylogismo,

526 Hieronymus Portas major, pater alterius Hieronymi Portas, erat dominus, & possessor præfati Mansi Portas; sed dictus Hieronymus Portas major in suo ultimo, & valido testamento, gravavit Hieronymum Portas filium, & heredem suum de restituendo dictum Mansum Portas, cum universali hereditate Antonio Portas filio heredis, & nepoti testatoris; Ergo Hieronymus Portas minor, filius & heres gravatus Hieronymi Portas majoris patris sui, non potuit hypothecare præfatum Mansum Portas censuali, Sigismundi Solà, & adversantis.

527 Sic efformato sylogismo, probandæ, & justificandæ sunt singulæ propositiones illius, & exordiendo à majori propositione asserente, Hieronymum Portas majorem, patrem alterius Hieronymi Portas, fuisse dominum Mansi Portas, sic dominium Mansi Portas in Hieronymo Portas majore, & majorem propositionem, præfati sylogismi, plenissimè justificamus. Nam in primis in instrumento venditionis, de asserto Manso Portas firmatæ antecessoribus hujus Nobilis pupillæ sub die 12. Augusti 1619. per Hieronymum Portas, & Antonium Portas ejus filium, loquendo de expectantiis, & pertinentiis præfati Mansi Portas in dicto Hieronymo Portas venditore, leguntur hæc verba, ibi: *Mibi verò dicto Hieronymo Portas pertinent tanquam filio, & heredi universali alterius Hieronymi Portas quandam agricola dicti Castri de Virginibus, instituto ejus ultimo testamento condito, & firmato penès Notarium infra scriptum, die decima quinta Novembris millesimo quingentesimo, octagesimo sexto.* Quæ sanè clausula instrumenti aperte demonstrat, ipsum Hieronymum fateri sibi expectasse Mansum Portas, tanquam filium, & heredem Hieronymi Portas patris sui institutum in ejus testamento, quod quidem instrumentum legitur fol. 21. retro, & productum fuit in hac lite per Nicolaum Solà patrem adversantis, sub die 27. Octobris 1635. & per consequens plenam probationem, dominii de Manso Portas, facit in Hieronymo Portas majore, contra adversantem, illud producentem, nam secundum juris regulam, litigator producens in judicio instrumentum, videtur fateri, omnia in eo contenta esse vera, *l. publica mævia, §. final. ff. de positi, l. cum præcum, Cod. de liberal. causa, cap. cum venerabilis de except. cap. cum olim de censib. l. 1. §. editiones, ff. de edendo, l. si filius, §. ult. ff. de interrog. action. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 45. à num. 1. Mascard.*

*de probation. conclus.* 368. num. 9. & *conclus.* 915. tota. Pacianus *de probation. lib.* 1. cap. 17. num. 24. & 45. Surdus *decis.* 159. n. 6. *decis.* 229. num. 6. *decis.* 267. tota, Hodierna ad Surdum *ibidem*, Niger Cyriacus *controvers. lib.* 1. cap. 157. num. 2. Nogueroles *alleg.* 6. num. 69. Caneer *var.* 1. cap. 19. num. 3. *cum seq.* Ramon *cons.* 5. num. 41. & *cons.* 24. num. 34. Pareja *de instrum. edition. tom.* 2. tit. 7. *resol.* 3. à num. 1. *cum seq.* cui adduntur Gratian. *discepta. foren. cap.* 494. num. 10. Ripoll ad Peguer. *in prax. rubr.* 17. num. 23. Xammar *de offic. Judic. part.* 2. *quæst.* 7. num. 83. & 84. Iranço *de protest. cap.* 25. num. 1.

528 Quæ juris regula non solum viget in verbis assertivis instrumenti producti, verum etiam ampliatur ad verba enunciativa, & quæ incidenter, & ad aliud finem in instrumento producto fuerunt adjecta, Panormitanus *cons.* 52. num. 7. Jason *in l. si cui servi, §. si à filio, ff. de leg. 1. num.* 16. Fulvius Pacianus *de probation. lib.* 1. cap. 17. num. 24. Bimius *cons.* 126. num. 10. vol. 2. Peregrin. *cons.* 61. num. 10. lib. 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 45. num. 17. *cum seq.* Tuschus *lit. P. conclus.* 872. à num. 103. ad n. 431. Genua *de verbis enunciatis, lib.* 2. *quæst.* 1. num. 37. Ramon *cons.* 24. num. 34. hanc opinionem communem appellans, Pareja *de instrum. edition. tom.* 2. tit. 7. *resol.* 3. num. 3. & 4. & à num. 42. ad 50. dummodo verba enunciativa, & narrativa instrumenti apponantur super actu, in quo producens confitendo sibi præjudicare valet, ibi: *Ex quibus omnibus liquidum remanet, quod producens instrumentum omnia verba in eo contenta censetur confiteri, & approbare, tam dispositiva, quam narrativa, & enunciativa, & similis confessio illi præjudicat, ut sequi possit condemnatio absque alia probatione, dummodo talia verba enunciativa non opponantur super actu, in quo confitens sibi præjudicare non valeat confitendo, quia illi juris prohibitio resistit, quod summe in hac materia nota, quia quotidianum non est, quibus addi valet Burato decis.* 602. num. 12. & *decis.* 622. num. 3.

529 Ulterius, quia pars alia de Masdeu, & Solà usa fuit eisdem verbis supra relatis, præfati instrumenti, venditionis in articulo 188. ex oblatis 1. Octobris 1677. ad justificandum adversus hanc Nobilem partem, Hieronymum Portas minorem, venditorem Mansi Portas, fuisse dominum illius, tanquam filium, & hæredem Hieronymi Portas majoris, ex quo fatetur adversans, non tantum Hieronymum Portas minorem, sed etiam Hieronymum Portas majorem, fuisse dominum præfati Mansi Portas. Tum etiam quia Hieronymus Portas minor, vendidit præfatum Mansum antecessoribus  
hujus



hujus Nobilis pupillæ, tanquam filius, & hæres Hieronymi patris sui, ex quo facta geçtio pro hærede, seu immiffio paternæ hæreditatis præfumat, quæ de jure inducitur ex diftractione rei hæreditariæ, brevi tempore non periture, *l. pro hærede 20. l. si quis mihi bona 25. §. sed si quid, ff. de acquir. hæred.* Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 1.* Menoch. *de præfumpt. lib. 4. præfumpt. 101. num. 13.* Mascard. *de probat. conclus. 52. num. 5.* Marta *de succes. legal. part. 4. quæst. 14. art. 2. num. 23.* Iranço *de protesta. cap. 85. n. 1. & 5.* Salgado *labyrinth. credit. part. 2. cap. 18. num. 14.* præmaximè re diftracta tanquam hærede, & talem fe nominando in instrumento, Iranço *de protesta. cap. 88. num. 4.* Et quemadmodum ex prælibatæ venditionis instrumento firmato à Hieronymo minore, tanquam hærede majoris, plenè remanet probatum dominium Mansi venditi in Hieronymo Portas majore fideicommittente, si fideicommissaria hæreditatis petitione ageretur contra Hieronymum Portas minorem, filium, & hæredem gravatum, ex proximè scriptis, & traditis à Peregrin. *de fideicom. art. 44. toto,* sic fimiliter adest probatum idem dominium Mansi in Hieronymo majore, in præfenti lite adversus partem aliam de Masdeu, & Solà, quia illa hypothecam præfati Mansi habere prætendit ab eodemmet Hieronymo minore, hærede gravato, hypothecante, & vendente assertum Mansum Portas.

530 Sed ad futuros scrupulos removendos accedit instrumentum confessionis, & recognitionis noviter repertum à nobis, & productum in lite, in quo Hieronymus Portas major, pater alterius Hieronymi minoris, & hypothecantis, sub juramenti religione die 18. Januarii 1585. confessus fuit, & recognovit Nobili Raymundo Xammar domicello, & domino Castri de Mediano, quod pro eo, & suis tenebat ad directum, & allodiale dominium domum, aream clausam, corrale, hortum, & alia, sita in termino, & Castro de Virginibus, ad censum duarum gallinarum, &c. quod sanè instrumentum unicum recognitionis probat contra recognoscentem directum dominium, ejus, cui facta est in Cathalonia, Guido Pap. *decis. 272. Benedic. in cap. Raynuntius de testam. verbo, uxorem, num. 1006. & 1007.* Cancer *var. 1. cap. 1. num. 21.* & contra tertium possessorem habentem causam à recognoscente, Socin. *conf. 50. num. 8. lib. 4.* Ruin. *conf. 108. num. 23. lib. 2.* Natta *conf. 460. num. 9. lib. 2.* Cancer *ubi supra,* Galeot. *controver. lib. 2. contro. 56. num. 26.* quæ sanè recognitio, per se sola est sufficiens ad probandum Mansum Portas fuisse in bonis, & dominio Hieronymi Portas antiquioris con-

fitentis, nisi de errore doceatur, Aretin. *conf.* 103. *dub.* 3. *in fine.* Ruin. *conf.* 108. *num.* 29. *lib.* 2. Paris. *conf.* 55. *num.* 76. *lib.* 2. Deci. *conf.* 2. *num.* 141. & *seq.* *lib.* 2. *conf.* 10. *num.* 77. *conf.* 44. *num.* 74. & *conf.* 76. *num.* 6. *lib.* 3. Menoch. *conf.* 91. *num.* 36. & 39. & *conf.* 265. *num.* 17. Caphal. *conf.* 624. *num.* 29. *lib.* 5. Cæsar. Barz. *decif.* Bonon. 2. *num.* 6. & *sequent.* Mascard. *de probation.* *conf.* 778. *num.* 26. Petra *de fideicom. quæst.* 12. *num.* 1367. Peregrinus *de fideicom. art.* 44. *num.* 24. Fufarius *de substitut. quæst.* 618. *num.* 34. Ultra quod recognitio, antiqua est, cum excedat metas 94. annorum, & si adimatur tempus litis pendentiae supersunt 50. anni; sufficiunt enim quadraginti ad dicendum antiquum instrumentum, juxta opinionem quorundam Doctorum, Castillo *controv. lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 25. *vers.* Quod tempus antiquum, Genua *de verbis enunciatois, lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 42. & tandem variis adminiculis fulcitur; Nam in instrumento venditionis Mansi Portas, de quo supra, asseritur illum teneri pro dominis de Madinyano, illudque firmatum legitur à Nobili Raymundo Xammar domino Castri de Madinyano, tanquam directo domino, & pro coronidè in instrumento creationis censualis adversantis, etiam narratur dictum Mansum esse sub alodio, & dominio directo dictorum Xammar.

531 Favet etiam clausula hæreditaria testamenti Hieronymi Portas antiquioris, Agricolaë Castri de Virginibus, in fine cujus asseritur: *Mes vull que del dit Benefici sien patrons, los que seràn senyors de la casa den Portas, encara que se venès, &c.* Et assertio testatoris asserentis, rem aliquam fuisse in bonis suis probat rem illam testatoris, & in bonis illius, tam contra hæredem, quàm contra habentes causam ab eo, Natta *conf.* 275. *num.* 11. & *conf.* 400. *num.* 5. Cæphal. *conf.* 386. *num.* 29. Deci. *conf.* 76. *num.* 16. *lib.* 3. Mascard. *de probation. conclus.* 778. *num.* 14. Cæsar Barz. *decif.* Bonon. 2. *num.* 11. Peregrin. *de fideicom. art.* 44. *num.* 20. & *conf.* 48. *num.* 5. *lib.* 1. Fufarius *de substitut. quæst.* 618. *num.* 30. ex quibus omnibus simul junctis fatis, superque liquet Hieronymum Portas antiquiorem fuisse verum, & legitimum dominum dicti Mansi Portas.

532 Quin immoremur in probando Hieronymum Portas juniorem, hypothecantem assertum Mansum, fuisse filium legitimum, & naturalem Hieronymi senioris, cum talis filiatio, & legitimitas plenè justificetur ex instrumento venditionis, capitulis matrimonialibus ipsius, stipulatis 17. Augusti 1586. in quibus se talem esse fatetur, ex testamento Hieronymi senioris noviter reperto, & pro

coronidè ex fide Baptismi, juxta ritum Sacrosanctæ Ecclesiæ celebrati sub die 2. Decembr. 1568. ad latè tradita à Marcardo *de probation. conclus. 793. num. 1.* Mondell. *conf. 83. num. 15.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. casu. 89. num. 74. & 84.* Craveta *conf. 991. num. 27.* Surdus *decis. 145. num. 4.* Hodierna *ibidem num. 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. num. 42.* Petrus de Petra *de fideicom. quest. 11. num. 289.* Peregrin. *de fideicom. artic. 43. num. 86. in fine,* Ramon noster *conf. 22. num. 5.* Capycius Latro *decis. 150. & decis. 166.* Fermosinus *ad tit. de ordine cognition. cap. 3. quest. 1. cum seq.* apud quos invenies ex nominatione patris, vel matris, aut avorum in testamento, hæredisque institutione probari filiationem etiam in præjudicium tertii, maximè si simus in antiquis, & adminicula concurrant, auream decisionem observa Regii Senatus factò verbo latam 2. Maii 1674. referente Nobili, & Regio Consiliario Don Francisco de Ribera, in causâ vertenti inter Joannem Bergafeta ex una, & Balthasarem Salvat, Franciscum Descallar, & Ollers Villæ Bergæ partibus ex altera, Not. Francisco Ribes, me advocato partis obtinentis; quid hic, tot concurrentibus.

533 Ergo Hieronymus Portas antiquior, pater Hieronymi Portas hypothecantis, erat dominus Manfi Portas, & sic remanet concludenter probata major propositio nostri syllogismi.

## ARTICULUS III.

DE FILIIS POSITIS IN CONDITIONE AD FIDEICOMMISSUM vocatis, & de Manfo Portas sub fideicommissò comprehenso.

534 **C**ONstito de dominio Manfi Portas in Hieronymo Portas antiquiore fideicommittente, quæ probatio, domini, bonorum in fideicommittente, est lapis angulatis judicii, fideicommissariæ hæreditatis petitionis, Craveta *conf. 61. num. 6.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 6. num. 5.* Mascard. *de probation. lib. 2. conclus. 777. & conclus. 67. lib. 3.* Surdus *decis. 339. & conf. 705.* Petra *de fideicom. quest. 12. num. 7.* Simon de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 5. interpr. ultim. num. 280.* & alii plurimi quos infinitum esset recensere, & videri possunt apud Fusarium *de substitution. quest. 616. & 618. tota,* cui adduntur Peregrin. *de fideicom. art. 44. à num. 1.* Censal. *ad Peregrin. ad dict. artic. 44. vers. Sed tunc, &*

*vers. Tertius casus*, ex nostratibus Ramon *conf. 46. num. 26. Et conf. 47. num. 2.* pro justificatione, & corroboracione majoris propositionis, restat nobis probare minorem propositionem dicti sylogismi, videlicet Hieronymum Portas majorem, & antiquiorem, in suo testamento gravasse Hieronymum Portas filium, & hæredem suum, de restituendo dictum Mansum Portas, cum universali hæreditate Antonio Portas filio hæredis, & nepoti testatoris.

535 Hanc minorem propositionem nobis probatam relinquit Hieronymus Portas antiquior, pater Hieronymi junioris, in suo ultimo, & valido testamento condito sub die 15. Novembris anni 1586. noviter reperto; cujus universalis hæredis institutionis clausula in processu inserta in hæc diffunditur verba. *En tots los altres empero bens meus, mobles, è immobles, presents, y esdevenidors, drets, veus, rahons, y accions mias, about servulla que sian, ni à mi pertanyen, acceptat los que de dalt tinch fet testament, instituesch, y à mi fas hereter meu universal à Hieronym fill meu, y de Eularia Vilara charissima muller mia, del lloch de Vallgorgina quondam, y ell premort, los fills, y fillas seus descendents, preferint los mascles à les femelles, servat entre alls lo orde de primogenitura; si empero lo dit Hieroni fill meu en lo temps de la mia si viurà, y hereu meu esser voldrà. Empero si en lo temps de la mia si no viurà, eo viurà, y hereter meu esser voldrà, ò no voldrà, y apres quant que quant morirà sens fills llegitims, y naturals, ò ab tals que no pervindràn en edat de fer testament, substituesch à ell dit Hieroni fill meu, y à mi heretera mia universal fas, è instituesch à dita Anna filla mia, y de la dita Catharina Illa quondam charissima muller mia, llegitima, y natural, en pupillar edat constituïda, y ella premorta, à sos fills, ò filles llegitims, y naturals, preferint los fills à les filles, servat entre ells lo orde de primogenitura. Et post varios substitutionum gradus profequitur, ibi: En tals casos, y quiscu de aquells substituesch, y à ella dita Margarida, y à mi hereter universal fas Antoni Padrer del lloch de Ultramort, cofigermà meu, y los seus, à totes ses voluntats, ab tal que cumpla lo capitol baix posat. Mes deix, que si la dita herencia pervindrà fora de mos fills, y filles, y de llurs descendents, ço es, que tinga lloch à mes cosines, ò cosins dalt nominats, deix mil lliures per fundació de un Benefici en lo altar de nostra Senyora del Roser, &c.*

536 Sed ut ex hac clausula demonstremus Hieronymum Portas juniorem hæredem institutum fuisse gravatum à Hieronymo Portas antiquiore, & Testatore, de restituendo hæreditatem Antonio Portas, filiisque dicti hæredis, & nepotibus testatoris in conditio-

ne possitis, recurrendum præcisè est, ad tritissimam, & vulgarem quæstionem illam inter Doctores antiquos, & recentiores diu exagitatam, nunquid filii, & descendentes positi in conditione censeantur vocati à testatore; Circa quam communis, & receptissima sententia tenet, filios positos in conditione non videri dispositivè vocatos, celebris glosa *l. Lucius, la secunda, ff. de hered. instit.* sequuntur Azor, Aretin. Cinus, Bart. Bald. Albericus, Imola, Curtius junior, Jason, Alciatus, & plures alii relati per Josephum Rusticis in *tract. an, & quando filii positi in conditione, lib. 1. cap. 2. part. 1. per totam*, Alexander Trentacinius in *tract. de substit. part. 4. cap. 11. num. 20.* Thesaur. *decis. Pedem 96. num. 3.* Oddus in *conf. 66. num. 24.* Anton. Gomez *var. resol. lib. 1. cap. 5. num. 23.* Andreas Gail. *lib. 2. observat. observat. 136. n. 18.* Surd. *decis. 162. n. 1.* Julius Clarus *receptarum sentent. lib. 3. §. testam. quest. 7. cum seqq.* Castillo *lib. 2. controuv. cap. 12. toto, & lib. 4. cap. 9. num. 30. cum seqq.* Tusch. *conclus. juris, lit. F. conclus. 369.* Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 19. cum seqq.* Fachineus *controuv. juris, lib. 4. cap. 51.* Peregrin. *de fideicomm. art. 28.* Menoch. *lib. 4. præsump. præsum. 76. tota,* Cyprius Latro *decis. 1. Hodierna ad Surd. decis. 162. & in controversiis, contro. 10.* Fufar. *de substitut. quest. 437. num. 2.* Ludovicus Molina *de Hispan. primog. part. 1. cap. 6. num. 2. & 3.* Intrigl. *de substit. cent. 3. quest. 26. num. 43.* Marinis *resolu. quotid. lib. 1. cap. 142. num. 4.* Redenasc. *conf. 13. num. 4. conf. 56. num. 8. conf. 8. toto,* Excellentissimus Crespi *observat. 19. 20. & 22. num. 18.*

537 Sed hæc communis, & recepta sententia limitatur, quoties concurrit, & subest aliqua conjectura, mentis testatoris, volentis ipsos filios in conditione positos vocare, quia tunc intrepidè defendendum est, filios positos in conditione ex conjecturis ceteri tacitè vocatos à testatore; & sic uno ore docuerunt, Fufar. *de subst. quest. 437. num. 6.* Trentacinq. *de substit. part. 4. cap. 11. n. 23.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 29.* Marinis *quotid. resol. lib. 1. cap. 142. num. 4.* Surd. *dict. decis. 162.* Hodierna ad Surdum *dict. decis. 162.* Peregrin. *de fideicom. art. 28.* Redenascus *ubi supr. signanter conf. 8. num. 1. & 4. & conf. 9. num. 2.* Marta *de success. legal. part. 1. quest. 9. art. 3. num. 1. & part. 4. quest. 29. art. 3. n. 1.* Cyriacus Niger *controuv. lib. 1. contro. 96. num. 59.* Castillo *lib. 2. contro. cap. 12. toto, & lib. 4. cap. 9. num. 30. cum sequentib.* Crespi *observat. 21. num. 18. & infinit. alii relati per Julium Clarum dict. quest. 7. cum sequentib.* cui sententiæ adscribuntur Patri D.D. Don Ludovicus

cus de Peguera *tom. 2. decis. 18. num. 6. & tom. 1. decis. 102.* Joannes Petrus Fontanella *de pact. claus. 4. glos. 24. num. 3. cum seqq. claus. 5. glos. 10. part. 2. num. 3. & decis. 146. cum quinque seqq. & decis. 160. decis. 524. num. 7. decis. 597. num. 13. & decis. 578.* Josephus Ramon *cons. 9. num. 3.* Jacobus Cancer *var. 1. cap. 1. num. 78. cum seq.*

538 Qua certissima limitatione retenta; nullatenus immoramur in tradendis, referendisque conjecturis consideratis, & excogitatis à juris scriptoribus, ex quibus eliciunt voluntatem testatoris, vocandi filios in conditione positos, cum conjecturæ istæ tradantur, & describantur à Castillo *controver. lib. 4. cap. 9. à num. 30. cum seq.* Mantica *de conjectur. ultimorum volunt. lib. 11. tit. 2.* Fufario *de substitut. quest. 437. qui à num. 23. ad num. 239. refert sexaginta septem conjecturas, Ferentil. ad Buratum decis. 385. à num. 10. adducit quindecim conjecturas, apud quos, & alios Doctores superius laudatos erudientur curiosi, nec listam inquirens, an conjecturæ debent esse urgentes, efficaces, & plures, anve sufficiant leves, & pauciores; nam in hoc decidio, ex communi calculo statuitur sufficere leviores conjecturas ad admittendam vocationem filiorum in conditione positorum, quando agitur de filiis positus in conditione ab ascendente, Corne. *cons. 97. num. 3. lib. 1.* Aym. *cons. 62. num. 9. & cons. 367. num. 9.* Dec. *cons. 242.* Peregrin. *cons. 91. num. 34. lib. 1.* Julius Clar. *§. testamentum, q. 78. circa fin.* Hondedeus *cons. 65. n. 31. lib. 1.* Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 3.* Surd. *decis. 162. num. 6.* Gregor. XV. *decis. 315. num. 5. & ibi adducit. n. 16. & decis. 329. num. 3.* Ferentil. *ad Burat. decis. 385. num. 10. lit. A.* Fufar. *de substitut. quest. 437. num. 16.* Attamen in filiis positus in conditione, extraneis, & transversalibus testatori, oportet esse conjecturas validiores, & vehementiores, Aldobran. *cons. 29. n. 51.* Crass. *de success. §. fideicommissum, q. 14. num. ult.* Mantica. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 2. & tit. 3. num. 18. in fine, Burat. decis. 385. num. 2.* Ferentil. *ad Burat. decis. 385. num. 10. lit. A. vers. Et licet, in qua hypothesis, filiorum in conditione positorum, ab avo paterno nos versamur.**

539 Et tandem Judicis arbitrio relinquitur, quæ, & quales conjecturæ, sint sufficientes ad inducendam vocationem filiorum in conditione positorum, Cæphal. *cons. 426. num. 5. & 478. num. 15.* Eugen. *cons. 52. num. 30.* Menoch. *cons. 394. n. 5. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. n. 6. in fine, & de arbitrar. casu 148.* Hondedeus *cons. 65. num. 44.* Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 2. n. 19.* Sur-

dus *decif.* 162. *num.* 6. & 11. Thefaur. *decif.* 96. *num.* 9. Gregor. XV. *decif.* 329. *num.* ult. Intrigli. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 26. *num.* 43. Trentacinq. *de substit. part.* 4. *cap.* 11. *num.* 23. Petra *de fideicom. quæst.* 9. *num.* 190. & 191. Molina *de Hispan. primogen. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. Fusarius *de substit. quæst.* 437. *num.* 14. Ferentil. ad Burat. *decif.* 385. *num.* 10. *vers.* *Prædictæ*, Ruttic. *in tract. de filiis positis in conditione, lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. & *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 6. Peguer. *decif.* 18. *tom.* 2. Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos.* 24. *num.* 3. ita ut licet singulæ conjecturæ de per se non sint satis sufficientes, quo ad alios Doctores ad vocandos filios positos in conditione, si tamen aliquæ simul concurrant judicabuntur sufficere, intrat enim regula, quod singula quæ non profunt, simul collecta juvant, Ruttic. *de tractat. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. Seraphin. *dict. decif.* 1329. *num.* 13. Gregorius XV. *dicta decif.* 329. *num.* 10. Berojus *conf.* 104. *num.* 13. *lib.* 2. Ludovilius *decif.* 315. *num.* 3. plura refert Zucar. *decif.* 76. *num.* 108. *cum tribus seqq.* Ferentil. ad Burat. *decif.* 385. *in fine.*

540 Sed ad praxim, & institutum nostrum festinando, ad animadverto, litteratissimum, & Regium Senatum nostrum Cathalonix, hac usque dumtaxat admisisse, & amplexisse duas conjecturas ad eliciendum, & declarandum filios in conditione positos à testatore, censeari dispositivè vocatos, Fontanel. *de pactis, claus.* 5. *glos.* 10. *part.* 2. *num.* 3. Prima cojectura à Senatu approbata est, quando filii positi in conditione fuerunt quoque gravati à testatore de restituenda hæreditate, tunc filii positi in conditione, & gravati creduntur dispositivè vocati à testatore, Bartol. *in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. num.* 32. *versic.* *Quæro ulterius*, Trentacinq. *de substit. part.* 4. *cap.* 11. *num.* 8. Intrigli. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 26. *num.* 61. Ruttic. *in tract. an liberi positi in condit. lib.* 4. *cap.* 2. *part.* 1. *num.* 1. Farinac. *decif.* 166. *num.* 16. *tom.* 1. *recent.* Seraphin. *decif.* 939. *num.* 7. & *decif.* 955. *num.* 5. & 6. Maynard. *decif.* 71. *lib.* 5. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 2. Petr. *de fideicom. quæst.* 11. *num.* 125. Thefaur. *decif.* Pedemont. *decif.* 56. *num.* 10. & 14. Peregrin. *de fideicom. art.* 11. *num.* 30. Fusar. *de substitut. quæst.* 437. *num.* 130. & 132. innumeros referens. Peguer. *decif.* 102. *num.* 2. & *tom.* 2. *decif.* 18. Cancer. *var. resol. part.* 1. *cap.* 1. à *num.* 78. latè Fontanel. *de pactis, tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 24. *num.* 5. & 6. & *tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 10. *part.* 2. *num.* 3. ubique cum variis exemplaribus Regii Senatus id confirmans, idemque docet ubi supra *num.* 537. & Hodierna ad Surd. *decif.* 162. *num.* 6. & hæc de ita conjectura gravaminis sufficiant.

Secun-

541 Secunda, & altera conjectura à Regio Senatu amplexa ad eliciendum testatorem vocasse ad hæreditatem filios in conditione positos, est quoties testator vocavit expressè filios ultimi, seu remotioris substituti, ex vocatione enim expressa filiorum ultimi, vel remotioris substituti elicitur, & censetur testatorem voluisse quoque vocare filios instituti, seu prioris substituti in conditione positos; Hanc conjecturam efficacissimam profitentur Fontanel. *de pact. claus. 4. glos. 24. num. 7. & claus. 5. glos. 10. part. 2. à num. 4. decis. 146. cum seqq. & decis. 524. num. 7. Ramon conf. 9. num. 3. Socin. senior. conf. 6. num. 15. lib. 3. Gozad. conf. 64. num. 11. Curt. sen. conf. 16. num. 6. & 7. Ruin. conf. 140. num. 9. vers. Nec obstat, & conf. 142. num. 12. lib. 3. Cravet. conf. 62. num. 10. vers. Secunda conjectura, Marz. conf. 1. num. 37. vers. Tertia conjectura, Cæphal. conf. 188. num. 15. conf. 251. num. 76. & 383. num. 11. Bero. conf. 57. num. 58. lib. 3. Menoch. conf. 17. num. 7. conf. 152. num. 11. & conf. 393. num. 28. & 30. & conf. 549. num. 2. Honded. conf. 65. num. 33. lib. 1. & conf. 54. num. 41. lib. 2. idem Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 76. Intrigl. de substit. cent. 3. quæst. 26. num. 120. Alexan. Bonden. decis. Pisan. 31. num. 250. in fine, Rustic. de liberis in condit. posit. lib. 5. tit. 1. num. 2. cum seqq. Fusarius de substit. quæst. 437. num. 28. Sesse decis. 65. num. 17. & 18. quibus addimus Redenasc. conf. 9. num. 3. Ferentil ad Burat. decis. 385. num. 10. lit. A. Seraphin. decis. 1329. num. 9. Farinac. decis. 146. 236. 363. num. 3. part. 1. Regen. Capyc. Latro decis. 100. num. 20. Hodierna ad Surdum decis. 162. num. 7. & ita pluries fuisse judicatum à nostro Regio Senatu, fatetur Fontan. exemplariaque refert *de pact. tom. 1. claus. 4. glos. 24. num. 7. claus. 5. glos. 10. part. 2. num. 4. & decis. 146. ad decis. 151.**

542 Et de nostro tempore judicavit Regius Senatus toties quoties casus se obtulit. Primo, & signanter referente Nobili Don Fabricio Pons de Castellvi, Regia sententia lata 19. Junii 1660. in famigerata lite vertenti in Regia Audientia inter Don Carolum de Calders, & Vilafranca ex una, & Excellentissimam D. Theresiam de Pantoja, & Marimon, Not. Castells; Secundo, referente Nobili Don Michaeli de Cortiada die 12. Julii 1661. inter Don Salvatorem, & Mariam de Tamarit, Not. Almunia, & Casaffes. Tertio eodem Nobili de Cortiada referente, 18. Junii 1664. in causa vertenti inter D. Hugonem de Tamarit, contra Michaellem de Tamarit, Not. Bas, in fortioribus terminis. Quarto, Referente Magnifico Josepho Aleny, in causa vertenti inter Pupillos Estevens,

contra



contra viduam Salamò, Not. Ribes 13. Aprillis 1666. Quinto, coram dicto de Cortiada 25. Novemb. 1660. in causa Prioris, & Conventus Beatæ Mariæ de Monte Carmelo præsentis Civitatis, contra Franciscam Puigvert, & March Jalpi, Not. Oriol, & Mercer. Et me advocato sic decisum à Nobili Josepho de Ferrer, inter Nobiles Don Franciscum, & Annam Junyent, & de Vergòs conjuges, contra Don Narcisum Rocabrana, & Sampsò, Not. Bas, in terminis præpulchrioribus.

543 Ista conjectura pro filiis instituti, & proximioris in conditione positus inducta ex vocatione filiorum substituti, vel remotioris desumitur, & amplectitur, ex quo, prædilectio, & major affectio testatoris dignoscitur, ex ordine institutionis, substitutionis, & nominationis, *l. publius mevius, §. final. de condition, & demonstr. l. qui solvendo, ff. de hered. instit. ubi Angel. & Imol. Felin. in cap. cum dilecta de rescrip. num. 4. Socin. jun. vol. 2. conf. 151. num. 8. & vol. 4. conf. 50. num. 7.* & proximior vocatus dilectior testatoris existimatur; Adeò ut in ea parte in qua testator prædilexit unum videtur quoque prædilexisse ejus posterioritatem, & descendentes, sicut magis præsumitur dilexisse institutum, quam substitutum, ita pariter conjecturatur prædilexisse filios, & hæredis instituti, quam filios, & hæredes substituti, *l. cum avus de condit. & demonstr. l. cum acutissimi, Cod. de fideicom. l. cum ita, §. in fideicommissò, ibi glos. ff. de leg. 2. Peregrin. de fideicom. art. 27. num. 15. Fusar. de substit. quest. 404. num. 17. & 30 Martha de succes. legal. part. 4. quest. 10. art. 1. num. 11. 13. 21. & 25.* Ad cum magis dilecti præferendi sint, *l. cohæredi, §. qui discret. de vulg. Bartol. ad l. Lucius, ff. eodem. ne deterioris conditionis existimentur dilectiores, quamquam minus dilecti, d. l. Publius mevius de condi. & demonstr. Martha ubi proximè art. 2. num. 7. & 8.* hinc ex conjecturata mente testatoris, ex quo prætulit, & vocabit filios, substituti minus dilecti, censetur prætulisse, & vocasse quoque filios, instituti magis dilecti; ne alioquin deterioris conditionis præsumerentur hæredes proximiores magis dilecti, quam remotiores minus dilecti, qui habent vocationem nedum pro se, sed etiam pro filiis suis; quam non haberent proximiores, nisi hac prædilectionis admissa conjectura. Prosequitur Fontanel. *de pact. glos. 24. num. 7. & claus. 6. glos. 10. part. 2. num. 9. decis. 146. n. 7. & 10. & decis. 147. num. 6. & 17.* & alii scriptores superius conjesti.

544 Qui quidem filii in conditione positi, & ex conjectura vocationis filiorum, remotioris substituti, vocati ad hæreditatem, non tantum succedunt testatori per vulgarem substitutionem; patre

eorum præcedente ante aditam hæreditatem, si filii remotioris substituti fuerunt per vulgarem vocati, Fontanella *de pact. claus. 5. glos. 10. part. 2. à num. 30. cum seqq. decis. 146. num. 3. & 4. & decis. 159. & 160.* & fideicommissariæ, seu per fideicommissam substitutionem, quando filii remotiorum fuerunt vocati, etiam per fideicommissariam post parentes admissos. Fontan. *de pact. claus. 5. glos. 10. part. 2. num. 29. decis. 146. n. 3. & 4. & decis. 147. n. 9. 10. & 11.* quia in hoc nulla est difficultas juxta dictum Fontanellam Doctores, & decisiones Regii Senatus per eum conjectas, & à nobis proximè adductas, cum tunc eandem influant substitutionis speciem filii, remotioris expressè vocati in filios positos in conditione, quæ ipsi filii, expressè vocantur, & succedunt testatori, & non diversa. Verum etiam filii in conditione positi, ex conjectura vocationis filiorum, remotioris substituti, censentur vocati fideicommissariè, & per fideicommissariam substitutionem, adeò ut pater ipsorum, post ipsius mortem teneatur, & censeatur tacitè gravatus, de restituenda hæreditate filiis, quoties filii, remotioris substituti fuerunt vocati per substitutionem vulgarem, sicut communiter fieri solet per illa verba, *y ell premort. à sos fills.* Hancque sententia sequuntur, & defendunt Menoch. *conf. 325. num. 43. & conf. 393. num. 28. & 30. lib. 4. & de præsumpt. lib. 4. præsump. 76. num. 57.* Hieron. Gabriel. *conf. 115. num. 11. vol. 1.* Hondedeus *conf. 54. num. 38. lib. 2.* Bellon. jun. *conf. 19. num. 8.* Riminald. senior *conf. 189. num. 11. lib. 1.* Coccin. *decis. 267.* Redenasc. *conf. 9. num. 5.* Cyriac. *lib. 1. controver. 96. num. 73.* Thesaur. *decis. 96. num. 2.* Intrigl. *de substit. cent. 3. quæst. 62. à num. 181. ad 187.* Fusarius *de substit. quæst. 438. num. 11.* Rustic. *in tractat. an liberi positi in conditio. lib. 6. cap. 5. n. 2. & lib. 5. cap. 1. n. 6.* Capycius Latro *decis. 110. num. 20.* qui sic decisum testatur Ludovix. *decis. 337. num. 4.* Peguer. *decis. 18. tom. 2.* Fontanel. noster *de pact. tom. 2. claus. 5. glos. 10. part. 2. num. 26. & 29. & decis. 146. ad 151.* ad partes latissimè; qui ad omnia argumenta ex adverso deducenda concludenter satisfacit, & secundum eam sententiam ter, quaterque judicatum fore in Regio Senatu fatetur, & noviter extitit decisum, observatum, & canonizatum in omnibus exemplaribus relatis supra *num. 142.* in causis de Calders, Tamarits, Estevens, Junyents, & Puigverts, Relatoribus Pons de Castellyi, Cortiada, Aleny, & Ferrer. Ratio autem prædictorum clara, & manifesta est, quia licet filii, remotioris substituti, solum per vulgarem vocati sint, respectu, parentum eorum, atverò respectu, hæredis primo loco instituti etiam per fideicommissariam substitutionem vocati intelliguntur, &

sicut filii, remotiorum substitutorum, eorum parentibus prædefunctis, veniebant per fideicommissum ad hæreditatem testatoris, mortuo primo hærede instituto absque filiis, post aditam hæreditatem; ita similiter filii primi instituti positi in conditione, mortuo eorum patre primo loco vocato, post aditam hæreditatem, debent succedere fideicommissariè, quin eo tunc dici possit, ampliorem esse vocationem, filiorum, hæredis positorum in conditione, quam filiorum, remotioris substituti expressè vocatorum ( quæ influit vocationem tacitam in filios positos in conditione, ) cum etiam filii, remotioris vulgariter tantum substituti, quo ad eorum patrem, post aditam hæreditatem à primo hærede instituto succedant quoque, per fideicommissum hæreditati, & testatori, si primus hæres scriptus absque liberis decedere contingerit, & in hoc sufficit esse similes dictas substitutiones, ne plus dicamus esse in causato, quam in causante.

545 Hæc adeò vera sunt, ut filii positi in conditione, etiam si sint expressè vocati in casu, vulgaris substitutionis, nihilominus conjecturantur vocati per fideicommissum à testatore, quoties filii, remotioris sunt tantum expressè vulgariter vocati, & substituti quo ad eorum patrem, per verba, *y ell premort*. Ratio manifesta est, quia expressa vocatio in casu vulgaris, filiorum instituti; non impedit quin vocatio filiorum remotioris expressè facta in casum vulgaris respectu illorum patris, & per fideicommissum respectu hæreditatis, & primi instituti, non influat vocationem fideicommissariam ad hæreditatem, filiorum positorum in conditione, & suum effectum operetur, cum etiam tunc idem prædilectionis, & amplioris voluntatis affectus, testatoris, erga filios, primi instituti magis dilecti positos in conditione, respectu filiorum remotioris substituti, & minus dilecti, vigeat, duret, & perseverat ad excludendum absurdum illud, ne in fideicommissaria substitutione, primi hæredis instituti post aditam hæreditatem decedentis, deterioris conditionis existimarentur filii, primi instituti, dilectiores, quam filii, remotioris substituti, minus dilecti, & ne minus dilecti, magis dilectis præferentur.

546 Imò verò inter alias conjecturas à Doctoribus traditas ad eliciendam voluntatem, testatoris vocandi ad hæreditatem filios positos in conditione, adducitur, & illa, quod quando filii in aliqua parte testamenti, sive in institutione, sive in substitutione reperiuntur dispositivè vocati, tunc in ea parte in qua tantum sunt in conditione positi, censentur, & conjecturantur, etiam vocati, Bar-  
tol. in l. *Lucius in fine num. 18. vers. Sed Quæro*, ff. de vulg. Alexand. conf. 66. col. 1. lib. 2. Ruin. conf. 160. num. 24. lib. 2. Jas. conf. 108. vers.

*Non quoque obstat*, lib. 4. *Botta conf.* 50. n. 56. *Cravet. conf. ult. n. 5.* & 7. *Grat. conf.* 126. num. 8. lib. 2. *Rimin. conf.* 180. num. 11. lib. 1. *Decian. conf.* 44. num. 21. lib. 3. *Eugen. conf.* 52. num. 28. *Hondedeus conf.* 65. num. 34. lib. 2. *Peregrin. conf.* 154. num. 1. lib. 4. *Franc. Gratian. in tract. de vulgar. & fideicom. fol.* 21. num. 27. *Petr. de fideicom. quæst.* 9. num. 189. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 76. num. 59. *Anton. Gabriel de fideicom. conclus.* 4. num. 34. *Rota decis.* 322. n. 5. part. 1. *Alexand. Rauden. decis. Pisan.* 27. num. 93. *Fufar. de substitut. quæst.* 437. num. 190. *Cassanate conf.* 2. num. 49. & *conf.* 4. num. 273.

547 Aureæ sunt decisiones Rotæ Romanæ collectæ per *Farinacium part.* 1. *recent. decis.* 100. num. 3. *decis.* 133. num. 3. & 5. *decis.* 146. num. 2. *cum seq. & decis.* 236. num. 4. ubi asseritur veriore esse opinionem, & Rotam sæpius eam approbasse, *Rota Rom.* apud *Ludovif.* & ibi addit. *Beltram. decis.* 315. num. 2. & *lit. C.* *Rota* apud *Farinac. in post. tom.* 2. *decis.* 417. n. 3. in eadem sententia fuere *Cæphal. conf.* 476. n. 11. lib. 4. & *Gozad. conf.* 64. num. 9. & 10. & *Joan. Anton. Bellon. conf.* 50. num. 43. & 44. quid ultra, his omnibus addere decrevi litteratissimum *Ferentil. ad Buratum decis.* 385. num. 10. *lit. A. vers. Duodecima*, ubi adscribens conjecturas efficaciores, & à *Rota Romana* amplexas, ad vocandos filios positos in conditione, in hæc prorumpit. *Duodecima*, quando filii in alia parte testamenti reperiuntur expressè vocati, tunc enim censentur etiam vocati in ea parte, in qua sunt positi in conditione, &c. Et infra. Ubi quod hæc opinio sit verior, & receptior, & eam *Rota passim amplecti consuevit*, maximè, si præter conjecturam desumptam ex expressa vocatione filiorum in conditione positorum in casu vulgaris, concurrant, & intercedant aliæ conjecturæ à Doctoribus approbatæ ad eliciendum filios in conditione positos, fuisse tacitè vocatos à testatore in ea parte, in qua, in conditione ponuntur, *Rota* apud *Farinac. recent. part.* 1. *decis.* 236. num. 4. & *decis.* 146. num. 2. *Dec. conf.* 384. *Parif. conf.* 41. & *seq. lib.* 2. quos refert, & sequitur *Petra de fideicom. quæst.* 11. num. 526. *vers. Secundo respondetur.* *Decian. responsor.* 26. num. 44. lib. 2.

548 Hanc sententiam primo, in Principatu *Cathalonix* decidit, & declaravit Excellentissimus *Locumtenens*, & *Capitaneus Generalis Cathalonix*; qui quamvis in *Cathalonia* non habeat votum in decisionibus causarum Civilium, nisi data paritate votorum inter *Senatores Regios*, *Constit. 1. tit. de la forma del votar*, *Fontanel. de pact. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. num. 74. *Cancer var.* 1. *cap.* 21. num. 55. *Ramon conf.* 27. num. 9. eruditissimus *Cortiada decis.* 27. num. 41. ita declarante, & jubente sua *Regia Majestate* in & cum *Regia Episto-*  
la

la data Matriti 14. Februarii 1669. In causis verò Criminalibus votum habeat Excellentissimi Proreges indistinctè, etiam seclusa paritate, didisci à literatissimo Senatore Amigant in addit. ad praxim Peguer. rub. 24. num. 51; nihilominus cum in decidenda antiqua, & famigerata illa causa in Regia Audientia vertenti inter Nobilem Mariam Zaconomima, & Cassador, nunc Falcò ex una, & Christinam Cassador viduam, nunc pupillos Aguilars, Not. Josepho Ferrer, intercessisset, & contingeret paritas votorum inter Regios Consiliarios Aulae Nobilis Regentis Regiam Cancellariam, Excellentissimus Locumtenens, & Capitaneus Generalis, qui tunc foeliciter Principatum pro domino nostro Rege moderabatur, decidium hoc sedavit, decidens, & declarans filios instituti expressè vocatos in causam vulgaris, & in conditione positos à testatore; ceteri quoque à testatore vocatos per fideicommissariam substitutionem in ea parte, in qua fuerunt positi in conditione; concurrente conjectura à Regio Senatu canonizata expressæ vocationis filiorum, remotioris substituti per vulgarem expressam, respectu illorum patris, remotioris substituti, & per fideicommissariam respectu primi instituti, adherendo voto, & consultationi ipsi Excellentis. Proregi in favorem hujus certissimæ opinionis factæ in Reg. Aud. celebrata die 15. Februar. 1659. per litteratissimos, omnigenaque eruditione facundissimos viros, Jurisprudentiæ facile Principes, Admodum Illustrem Don Raphaellem Vilosa, tunc Consiliarium Regium in Senatu Cathalonix, & Relatorem causæ, nunc Regentem in Supremo Aragonum Consilio meritissimum, & Nobilem Don Michaellem à Coriada, Regium Consiliarium, Fiscique patrimonialis, Advocatum dignissimum; quorum alter, non caelestis Jurisprudentiæ Orbis est Atlas, & alter Hercules, sed utrique sunt Atlas, utrique sunt Hercules, sileam ego, & eorum dumtaxat loquantur opera; verba enim celeberrimi voti sunt, ut sequuntur. *Quia tamen (quidquid sit de conjectura gravaminis ob expressam vocationem in casu vulgaris) propositio illa, quod ubi filii in conditione positi sunt in aliquo casu expressè vocati, etiam per vulgarem, non censentur vocati in ea parte, in qua sunt positi in conditione, procedit nisi in contrarium adsint vehementes, & urgentes conjectura voluntatis Testatoris, maxime aliqua per Senatum nostrum approbata, ut in casu nostro, nam tunc verius est, ceteri ex conjecturis vocatos per fideicommissum in ea parte, in qua sunt positi in conditione, licet in ea fuerint per vulgarem expressè vocati, quia illud, quod dicitur expressum facere cessare tacitum, intelligitur in eodem genere substitutionis, ex eo enim quod reperitur Nobilis Maria*

Zaconomina, & Cassador in nostro testamento per vulgarem expressè vocata, non potest ex conjecturis dici vocatam per vulgarem, quia expressum facit cessare tacitum, non verò inde excluditur quin ex conjecturis, si ea sufficientes sunt, dicamus vocatam fuisse per fideicommissum. In nostro autem casu sufficientes inveniri ex eo liquet, quod habemus conjecturam vocationis filiorum, remotioris substituti, scilicet Petri Pauli Bonaventuræ Bolet, quam in Senatu nostro canonizatam videmus, & licet hæc fuerit per vulgarem expressam respectu eorum patris, fuit tamen fideicommissaria respectu Joannis Baptistæ, & sicut filii, dicti Bolet remotioris substituti, eorum patre prædefuncto veniebant per fideicommissariam ad hereditatem dicti Petri Cassador; ita etiam, & per fideicommissum debent venire filii Joannis Baptistæ, non solum eo prædefuncto, verum etiam si vixerit, & hereditatem adierit, cum prædilectionis excessus, & amplioris voluntatis affectus, erga nepotes testatoris vulgo nets, in conditione positos non patitur, quod ad unius tantum substitutionis casum restringatur illorum vocatio, militante ratione prædilectionis, ad inducendam majorem affectionem, & consequenter etiam ampliozem vocationem, &c.

549 Hodie autem decisa jam est hæc difficultas in nostro Regio Senatu, communi omnium suffragio; Cum sapientissimus Senatus Regius in causa vertenti inter Joannem Esteve Medicinæ Doctorem, uti patrem, & legitimum administratorem filiorum suorum ex una, contra Theresiam Salamò viduam ex altera, Not. Ribes, sub die 13. Aprillis 1666. per Jurisprudentiæ oraculum, Prudentiæ, & Juris doctissimum Præceptorem Magnificum Josephum Aleny Regium Consiliarium, Relatorem causæ, desidium sedaverit. Quæ fanè Regia decisio, cum singula hæctenus ponderata, circa vocationem filiorum positorum in conditione, ex influenza vocationis filiorum, remotioris substituti determinet, pro tutissimo exemplari posteritatis, inferendam decrevi.

550 Caterum attento constat filios positos in conditione concurrentibus conjecturis à nostro Senatu approbatis, vocatos censeri ad testatoris hereditatem. Constat in causa præsentis adesse conjecturam vocationis filiorum Franciscæ remotioris substitutæ sæpius per Senatum admissam, & approbatam, ideò certum est filios dictæ Mariæ in conditione positos vocatos dici debere: Et quamvis vocatio filiorum dictæ Franciscæ in ordine ad illam sit per vulgarem in fideicommissò, & sic matris aditione expirasset, est tamen verum respectu hereditatis vocatos fuisse per fideicommissariam substitutionem, si contigisset, quod defuncta Franciscæ matre, decessissent postea Josephus, & Maria sine filiis post aditam hereditatem, & consequenter cum Josephus, & Maria primo, & secundo loco vocati gravati  
dicant-

dicantur per testatorem post aditam hereditatem de restituendo illam, si sine liberis decederent per fideicommissum, filiis dictæ Franciscæ remotioris substitutæ ipsa prædefuncta, gravati etiam dicendi sunt de restituendo illam filiis suis in conditione positis magis dilectis per testatorem. Ex quibus concluditur dici non posse ampliore esse vocationem filiorum dictæ Mariæ, quam filiorum dictæ Franciscæ, sicque plus esse in causato, quam in causante, quia ut dictum est filii dictæ Franciscæ remotioris respectu hereditatis, jam per fideicommissariam substitutionem vocati dicuntur etiam post aditam hereditatem per dictam Mariam secundo loco vocatam, si decedere contigisset sine liberis, quæ tali in casu gravata dicitur de restituendo illam filiis dictæ Franciscæ ipsa prædefuncta. Et ideo quamvis post aditam hereditatem gravata similiter dicatur de restituendo illam filiis suis, dici non potest magis gravata respectu filiorum suorum, quam respectu filiorum Franciscæ remotioris, nec amplior vocatio filiorum Mariæ, quam vocatio filiorum Franciscæ respectu dictæ Mariæ: Nec est inconveniens, quod Maria magis dilecta dicatur gravata in ordine ad filios, non verò Franciscæ, est enim valde juri consonum, quod priori loco vocati graventur, non verò ultimo loco vocati, ut per plures gradus successio continuetur.

Nec ex quo filii dictæ Mariæ sunt expressè vocati per vulgarem, sequitur non posse dici vocatos per fideicommissum in ea parte, in qua sunt positi in conditione, concurrente conjectura supra expressa. Nam hoc in casu verius est, censeri etiam vocatos per fideicommissum, cum eo ipso quod sunt substituti vulgariter, multo facilius censeantur ex conjecturis vocati per fideicommissum, in ea parte, in qua sunt positi in conditione: nec est inconveniens in eadem dispositione, seu clausula, quæ est vocatum per vulgarem, & per fideicommissariam, præsertim si non adsunt verba repugnantia fideicommissum, imò caducitas vulgaris aperit viam per aditionem fideicommissariam, quod enim dicitur expressum facere cessare tacitum, intelligitur in eodem genere substitutionis, scilicet quando unus petit hereditatem in vim tacitæ vulgaris, & alter expressæ; nec regula illa, si voluisset testator expressisset locum habere potest in casu præsentis, in qua adsunt conjecturæ, & militat eadem ratio, imò fortior, nempe quod non sint melioris conditionis minus dilecti, quam magis dilecti, &c. Hactenus Regia sententia.

551 Proximè autem ponderata circa filios in conditione positos, & ex conjecturis fideicommissariæ vocatos, quamvis in casum vulgaris sint expressè substituti, procedunt de mente Regii Senatus, in filiis positos in conditione, & vocatis ex conjectura vocationis filiorum, remotioris substituti, ut supra vidimus, non verò in filiis posi-

positis in conditione , & vocatis ex conjectura gravaminis ; & ratio est , quia conjectura gravaminis filiorum in conditione positorum refertur , & verificatur in vocatione vulgari expressa de dictis filiis in conditione positis facta à testatore , quod satis est pro superfluitate vitanda , observat Fontanel. *decis. 597. num. 3. & 4.* post Anchar. *conf. 136.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 76. num. 44.* Cassanat. *conf. 4. num. 271. & 273.* Fusarium *de substit. quæst. 436. num. 152.* Ramon nostrum *conf. 100. num. 246.* & id denotant verba illa voti decisivi Admodum Illustris de Vilosa , & de Cortiada , relata num. 549. ibi : *Quidquid sit de conjectura gravaminis ob expressam vocationem in casu vulgaris ; quod prænotare utilius judicavi.*

552 Et tandem , ut vocatio filiorum remotioris substituti influat tacitam , & conjecturatam vocationem filiorum , proximioris , positorum in conditione ; debet esse concepta sub nomine appellativo , *filiorum* remotioris , non verò si filii remotiorum vocantur per nomen proprium illorum , & non per nomen appellativum , filiorum , Fontanel. latius explicat *de pactis, claus. 5. glos. 10. part. 2. num. 8. ad 13.* Cancer *var. 3. cap. 21. num. 93.* Menoch. *conf. 200. num. 12. lib. 2. & lib. 4. præsumpt. 76. num. 7. & 17.* nec procul ab observatione est Ferentil. ad Burat. *decis. 383. num. 10. lit. A. vers. Septima.*

553 Unde cum in institutione , & clausula hæreditaria Hieronymi Portas senioris , sint positi in conditione filii legitimi , & naturales , Hieronymi Portas junioris , hæredis instituti , & expressè vocati filii , Annæ remotioris substitutæ per appellativum , *fills* , ibi : *Instituesch à dita Anna , &c.* Et ibi : *Y ella premorta à sos fills , ò filles ;* Hinc legitimè infertur , filios , Hieronymi Portas junioris , hæredis institutos , vocatos tacitè fuisse ad hæreditatem Hieronymi testatoris , illorum avi , per fideicommissariam substitutionem elicitam , ex conjectura canonizata à Regio Senatu expressæ vocationis filiorum , remotioris substituti , & minus dilecti ; ita ut Hieronymus Portas junior , hæres institutus , invenitur per fideicommissum gravatus de restituenda hæreditate , Hieronymi Portas senioris , filiis suis , iisdem nepotibus testatoris ; quam illationem desumimus à Fontanel. *decis. 147. num. 9. & 10.* cum Thesauro *decis. 96. num. 2.* ibi : *Si demus filios esse vocatos , censebitur institutus gravatus restituere per fideicommissum filiis ;* Et *decis. 160. num. 14.* ibi : *Supestibus filiis , qui ex conjecturis habent præsumptionem vocationis , omnes excludunt , de illis æquè judicandum esse , ac si fuissent substituti.* Et paulò infrà *num. 15.* ibi : *Ac si expressè essent in ipso testamento substituti ;* Et *de pactis, claus. 5. glos. 10. part. 2. num. 26. & 29.*



554 Urgent præterea pro vocatione fideicommissaria filiorum Hieronymi junioris, sequentes conjecturæ, excogitatæ à juris scriptoribus ad inducendam vocationem filiorum in conditione positorum, valdè adaptabiles clausulæ hæreditariæ, testamenti, Hieronymi senioris. Prima conjectura sit, quando testator digressus est ad plures substitutionum gradus, cujus conjecturæ author, & inventor fuit, Anchar. *cons.* 74. col. 2. quem sequuntur Bellon. jun. *cons.* 86. num. 3. Celsus Hugo *cons.* 20. num. 21. Menoch. *cons.* 173. num. 54. & 55. vot. 2. & lib. 4. *presumpt.* 76. num. 35. Vivi *decis.* 262. num. 13. Milan. *decis.* 136. lib. 1. Thesaurus *decis.* 96. num. 15. & 17. Seraphin. *decis.* 1329. num. 10. Gregorius XV. *decis.* 315. num. 4. Rustic. *in tractat. an filii positi in condit. lib.* 3. cap. 1. num. 1. multos congerens, Fusarius *de substitu. quæst.* 437. num. 90. Ferentil. ad Buratum *decis.* 365. num. 10. lit. A. *vers.* Tertia. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. tit. 3. num. 32. Ramon *cons.* 9. num. 2. fovet Don Ludovicus à Peguera *decis. tom.* 2. *decis.* 18. num. 11. & noster Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos.* 14. num. 11. & 12. Hodierna ad Surd. *decis.* 162. num. 4. Marra *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 9. art. 2. toto. Marinis *var. resol. lib.* 1. cap. 141. num. 7. maximè si simus inter descendentes à testatore, ut Nos, Rauden. *decis. Pisan.* 27. num. 88. Cavalcan. *decis.* 5. num. 50. & 62. par. 3. Caball. *cons. decisiv.* 136. n. 3. & 4. Fusarius *dict. quæst.* 437. n. 98.

555 Secunda conjectura est, quando filii fuerunt pluries in conditione positi, tenent post antiquiores Fusarius *dicta quæst.* 437. num. 101. Seraphin. *decis.* 1329. num. 11. Barz. *decis.* 5. num. 12. Matrill. *decis.* 121. num. 14. Mantica. *de conject. ult. vol. lib.* 11. tit. 3. num. 27. Hodierna ad Surd. *decis.* 162. num. 8. Capycius Latro *decis.* 1. num. 22. Ferentil. ad Burat. *decis.* 385. lit. A. *vers.* Quarta.

556 Tertia conjectura, quando cum qualitate legitimatis filii in conditione ponuntur, quæ juncta aliis pro valida sustinetur à Rota, Mantica *ubi proximè*, num. 7. Fusar. *d. quæst.* 437. num. 64. Ferentil. *ubi supra*, *vers.* Secunda, Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos.* 24. num. 11 & 12.

557 Est, & alia conjectura valdè similis secundæ, quæ à Senatu nostro approbata dicitur à Font. *de pact. claus.* 4. *glos.* 24. num. 9. ibi: Tertia conjectura à Senatu nostro approbata est, quando expressè in remotioribus substitutionibus facta extraneorum vocatio, tunc enim à majoritate rationis, & magis præsumpta voluntate testatoris, quod voluerit, etiam filios aliorum institutorum, vel substitutorum filiorum suorum vocare, judicamus, ne dicamus voluisse testatorem extraneam sobolem propriæ antepone, quod esset ab ejus mente, & voluntate prorsus alienum,

*ita Senatus, &c.* Et plures allegat decisiones Regias, quæ omnes ponderatæ conjecturæ militant in clausula Hieronymi Portas antiquioris; Nam Hieronymus testator præter expressam vocationem filiorum Annæ, remotioris substitutæ, ut supra vidimus, digressus fuit ad plures gradus, substitutionum; ter quaterque, & pluries filios in conditione posuit, qualitatem legitimatis expressit, & tandem extraneos, & extraneorum suos, ad successionem invitavit, ad suas omnes voluntates, ibi: *T à mi hereu universal fas Antoni Padrer cosígermà meu, y los seus, à totes ses voluntats.*

558 Contemnenda non sunt pro firmando fideicommissio, verba subsequencia: *Mes deix, que si la dita herencia pervindrà fora de mos fills, y filles, y llurs descendents, & postea id explicat; ço es, que tinga lloch à mes cosines, ò cosins dal nomenats, deix mil lliures, per fundació de un Benefici en lo Altar de nostra Senyora del Roser: Ergo testator vocare voluit ad hæreditatem filios, filiasque suas, & descendentes ante consobrinos, & consobrinas substitutas; Quod quidem, verbum, *Descendens*, junctum cum verbis vocationis filiorum Annæ substitutæ, remotioris, ibi: *T ella premorta, à sos fills, ò fillas legitims, y naturals, preferint los fills à las fillas, servat entre ells lo orde de primogenitura*, utrum importet passivam vocationem, filiorum in conditione positorum, nec ne; pro nunc non disceptamus, nec resolvimus; cum pro instituto nostro sufficient supra hucusque ponderata.*

559 Ex quibus omnibus satis superque approbata, & comprobata manet minor propositio, nostri syllogismi videlicet, quod Hieronymus Portas major in suo ultimo, & valido testamento gravavit Hieronymum Portas filium, & hæredem suum de restituendo dictum Mansum Portas, cum universali hæreditate Antonio Portas filio hæredis, & nepoti testatoris; & clauditur tertius articulus.

## ARTICULUS IV.

*MANSUS PORTAS TANQUAM DE FIDEICOMMISSO, non potuit hypothecari censuali adversantis.*

560 **S**Upposito ergo, & probato, quod Mansus Portas præsentis hypothecatus censuali Sigismundi Solà est inclusus, & comprehensus in fideicommissio tacito adjecto à Hieronymo Portas majore in suo testamento, ad favorem Antonii, & reliquorum filiorum, Hieronymi Portas junioris, ut articulo proxime

mè antecedenti demonstravimus, infertur legitimè, Quod Hieronymus Portas junior hæres gravatus, non potuit saltem in perpetuum hypothecare præfatum Mansum Portas censuali Sigismundi Solà, & adversantis; & sic hæc consequentia, & illatio nostri sylogismi efformati, *num. 526.* tenet, valet, & procedit.

561 Ratio evidenter patefit, nam licet hæres gravatus sub fideicommissio conditionali, vel die incerto possit interim alienare, & hypothecare bona fideicommissio subjecta, *l. servo legato, §. si testator, ff. de leg. 1. l. si hæres institutus, §. 1. ff. ad Trebel. l. fin. §. sin autem, Cod. commun. de legat. Fusarius de substit. quæst. 553. n. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 40. n. 7. Salgad. labyr. creditor. part. 2. cap. 9. n. 66. & super illis census creare, & constituere, Foller. in sua practic. Censuar. verbo Hujusmodi, n. 22. Bened. Bon. in tract. de censib. art. 29. n. 55. Mastril. decis. tom. 2. decis. 150. n. 4. Solis de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. n. 15. Avenda. de censib. Hispan. cap. 62. n. 6. Cenci. de censib. quæst. 19. n. 1. ex quo hæres sub conditione gravatus, interim pleno jure dominus est, *l. generaliter, §. sub conditione, ff. qui est à quibus, Bal. in l. voluntas, n. 10. Cod. de fideicommiss. Jason. in l. servo legato, §. 1. n. 8. de leg. 1. optimus textus, in l. Julianus, cum l. seq. ff. de rei vindic. ad quam Bartol. & Angel. Peregrin. de fideicommiss. art. 40. n. 6. facit Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 9. part. 5. n. 24. & 128. & decis. 298. n. 4. & 5. Cæterum mortuo hærede gravato, vel aliter purificato fideicommissio alienatio, & hypotheca rescinduntur, & corruunt, *l. final, §. sin autem, Cod. commun. de legat. Paulus de Castro cons. 94. n. 1. lib. 2. Corne. cons. 234. n. 3. lib. 3. Guido Pap. decis. 611. n. 1. Grassus in tractatu de success. §. fideicommiss. quæst. 56. n. 3. Petrus à Petra de fideicommiss. & prohibet. alien. quæst. 3. n. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 40. à n. 7. cum seq. Cencius de censib. quæst. 19. n. 4. Et propterea resolutio jure hæredis imponentis censum per purificationem fideicommissi, aut mortem illius resolvitur census, & jus domini illius, Intrigliol. super Bullam de censib. quæst. 25. n. 2. Cencius de censib. multis citatis, quæst. 19. n. 5. in fin. & hypotheca extinguitur, ut in fideicommissarium bona libera transeant, *l. si res 3. ff. quibus mod. pig. vel hypotheca, l. 6. §. sed si Marcellus, ff. de in diem adject. l. ex vestigal. 31. ff. de pignorib. Joan. Garcia in opusculo de hypotheca post contractum adjecto post tractatum de expensis, & melior. Hermosil. in l. 67. tit. 5. part. 5. glos. 1. per totam, tom. 2. fol. 358. Salgado plures allegans labyr. creditor. part. 2. cap. 9. n. 81. 82. & 67. id exemplificans, & part. 1. cap. 43. n. 14. remissivè, per vulgarem juris regulam, quod resolutio jure datoris, resolvitur jus acceptatoris, Fontanel. decis. 167. n. 8. 13. & 16.****

Salgado *labyr. part. 2. cap. 13. n. 13. & 16.* & hac de causa, filii positi in conditione, & ex conjecturis vocati, purificato fideicommissio, & eorum parte defuncto revocare possunt alienata si quæ fuerint per patrem, Gabriel *conf. 115. toto, & signanter n. 11. lib. 1. Thesaur. decis. 96. n. 2. Rusticus in tract. de filiis positus in condit. in proæmio n. 2. & ad l. cum avus, cap. 13. n. 21. lib. 4. Peregrin. de fideicom. art. 15. n. 37. & art. 28. n. 3. & 24. Sesse decis. 66. n. 23. Fontanel. decis. 147. n. 9. 10. & 11. & de pactis, tom. 2. claus. 5. glos. 10. part. 2. n. 29. cum de filiis positus in conditione, & ex conjecturis vocatis idem judicandum sit, ac si per verba expressa, & dispositiva essent à testatore substituti eorum parenti, ut supra diximus artic. 3.*

562 Undè colligimus, quod prætensa hypotheca super Manso Portas imposita à Hieronymo Portas pro censuali adversantis, fuit omninò extincta, perempta, & resoluta à tempore mortis dicti Hieronymi hypothecantis, cum dictus Hieronymus esset gravatus de restituendo præfatum Mansum, cum residua hæreditate filiis suis in conditione positus, & ex conjecturis vocatis ab Avo, & per mortem dicti Hieronymi hæredis gravati, & hypothecantis, extitisset purificatum dictum fideicommissum in favorem filiorum hypothecantis.

563 Circa quam illationem nulla valet considerati difficultas; Præmaximè si animadvertimus sequentia. Primo, Regiam sententiam Nobilis Rubi de Marimon in judicatum transactam, decidisse, & declarasse Antonium Portas nullatenus ex bonis propriis ipsius esse obligatum censuali adversantis, sed tantum propter bis mille libras reservatas à Hieronymo juniore in donatione Antonio facta de bonis Hieronymi donatoris; non fideicommissi, eo quia contractus, præfati censualis adversantis manifestam læsionem bonorum Antonii contineret, cum non esset versus in utilitatem Antonii, sed tantum in beneficium Hieronymi Portas junioris, illius patris, ut diximus num. 432. in fine; Secundo, Mariannam Portas, & Sunyer, uxorem Antonii fideicommissarii, etiam fuisse in perpetuum absolutam, & liberam à præstatione censualis adversantis, in & cum Regia sententia Rubi de Marimon in judicatum transacta, ut adnotavimus num. 40. & passim. Tertio, Mansum Portas, & reliqua bona, quæ pervenerunt ad Antonium ex fideicommissio Avi, remanere obnoxia, & obligata ad restitutionem dotis Mariannæ Portas, & Sunyer uxoris suæ, à die 15. Februarii 1614. contracti matrimonii, ut prænotavimus supra num. 460. & 252. Cum generaliter receptum sit pro constitutione, solutione, restitutione, interesse, & appendicibus dotis, & expensis necessariis pro perficiendo matrimonio,

posse

posse obligari, hypothecari, vendi, & quomodolibet alienari bona subjecta fideicommissis ab ascendente ordinato, *Authen. res quæ, Cod. commun. de legat.* & ibi interpretes omnes, Fontanel. innumeris citatis *de pact. claus. 5. glos. 1. part. 2. à n. 1. per tot.* Peregrin. *de fideicom. artic. 42. toto*, per 108. numerus. Fusarius *de substit. quæst. 531. & 532.* per plusquam 220. numeros, Hodierna ad Surdum *decis. 62.* qui rem prosequitur Marinis *var. resolut. lib. 2. cap. 16. & 17.* Redenasc. *conf. 73. toto.* Quæfada Pilo *controver. lib. 1. controver. 34. n. 5.* & alii innumerari, in quibus referendis non detineo, sicut nec detineo in dinumerandis Regiis decisionibus in Senatu hac de re factis. Quarto, & ultimo, si advertimus, antecessores hujus Nobilis Pupillæ habere firmatam venditionem dicti Mansi Portas, à dicto Antonio Portas fideicommissario, à sororibus ejus, & à Marianna Portas, & Sunyer illius uxore, cum jurium cessione, quæ firmæ sufficerent ad vindicandum ab adversa præfatum Mansum Portas, casu quo illum possideret; quanto ergo sufficient ad retentionem dicti Mansi ex prænotatis art. 9. Præterea, quia Nos tanquam rei conventi possemus objicere de jure tertii exclusivo juris agentis ipso jure, Surdus *decis. 108. n. 20.* latissimè Cancer *var. 1. cap. 18. à num. 13. & par. 2. cap. 16.* Gratianus *discept. foren. tom. 4. cap. 691. num. 12.* Mangilius *de eviction. quæst. 126. n. 8.* sufficiat Salgado *labyrinth. credit. part. 2. cap. 22. n. 63. cum seq.* quale est fideicommissum istud, quamvis firmas fideicommissarii, & uxoris non haberemus. Ex quibus omnibus uno ictu cuncta adversantis jacula infringuntur.

563 Nec valet, si replicet, alienationes, & obligationes factas ab hærede gravato sustineri pro juribus legitimæ, vel trebellianicæ, & pro aliis detractionibus intra limites illarum, quia hæres alienando, & obligando bona fideicommissi, videtur eligere ea pro juribus, & detractionibus ipsi spectantibus, *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad S. C. Trebel.* Surdus *decis. 316.* Grassis *de success. in §. Trebellianica, quæst. 9. num. 7. & §. legitima, quæst. 4.* Peregrin. *de fideicom. art. 39. à num. 1.* Fusarius *de substitut. quæst. 543. tota.* Fontanel. *de pactis, claus. 5. glos. 1. part. 2. n. 40. cum seq. & decis. 166. n. 2. & decis. 298. n. 2.* Cancer *var. 1. cap. 2. n. 45. cum seq.* Salgado *labyrinth. credit. part. 2. cap. 4. n. 53.*

564 Nam respondemus, quod præter plures modificationes quibus proximè tradita regula temperatur, quas studiosi videre quæunt apud Peregrinum, Fusarium, Fontanellam, Cancer, & alios Doctores supra adductos (non omissis Mangilio per in integrum tractatum *de imputationibus*) illa præcipua est, quod si hæres gravatus plures alienationes fecerit, quæ omnes simul junctæ excedunt de-

detractiones suas, & sic permissam facultatem quantitatis alienandæ; posteriores alienationes excedentes metam permissam detractionum infringuntur & annullantur, quamvis priores contractæ intra limites quantitatis detractionibus permissæ sustineantur, quam sententiam nemine reluctante tenere communiter Doctores, docet Salgad. *labyr. credit. part. 2. cap. 4. n. 54. 55. cum plurib. seqq.* Cancer *var. 1. cap. 2. n. 44. cum seqq.* Fontanel. *ubi supra*, Ludovif. *decif. 580.* & ibi additionator Oliver. Beltramin. Rota apud Farinac. *decif. 152. num. 4. part. 1. & decif. 515. part. 2. recentior.* Noguerol. *alleg. 37. n. 41. & 42.* Cyriac. *controv. tom. 2. contr. 284. & contr. 160. num. 76. & 77.* Undè cum Hieronymus Portas junior, & hæres gravatus, ante creationem censualis adversantis, imò ante debitorium, plura contraxerit debita, firmaverit obligationes, & alienationes, ut est videre à num. 241. ad 248. essetque etiam antecederet obligatus ab anno 1586. doti Michaellæ Portas, & Seguer confortis suæ, quæ quantitates excederent, & superarent plurimas quartas, & detractiones prætenfas; hinc fit, ut prætenfa hypotheca Mansi Portas ad pensiones, fortemque censualis adversantis nequit sustineri valeat pro prætenfis juribus legitimæ, trebellianicæ, & reliquis detractionibus.

566 Tum etiam, quia Hieronymus Portas junior in capitulis matrimonialibus firmatis 17. Augusti 1586. renuntiavit expressè in favorem Hieronymi antiquioris patris sui legitimam, & reliqua jura ei competentia, & competitura in bonis, vel hæreditate dicti Hieronymi patris sui, & ideo pro juribus legitimæ nequit sustineri prætenfa hypotheca, & obligatio, cum legitimæ posse renunciari, nemo neget, Cancer *var. 1. cap. 3. n. 25. & par. 3. cap. 15. toto, præcipuè à n. 18.* Ferrer in *Constit. los impubers, glos. 8. n. 63.* Fontanel. *claus. 4. glos. 24. n. 46. & 52. cum anteceden. & subsequent.* Galeratus *de renuntiat. per integrum tractatum, & decif. 32. n. 6.* Rota apud Rubeum *decif. 480. num. 5. & 6. part. 5. tom. 2.* Merlin. *de legitim. per totum, & factis vulgare sit quemlibet posse favori suo renunciare, Fontanel. decif. 581. n. 5.* Giurba *in consuetud. Messan. cap. 1. glos. 8. part. 1. n. 84.* & renunciantibus jura sua nullum dari ad ea regressum, *l. postquam liti, Cod. de pact.* Fontanel. *decif. 379. num. 11.*

567 Quo verò ad quartam Trebellianicam dicimus, Hieronymum Portas non confecisse inventarium de bonis hæreditatis gravatæ, cujus omissione omittit trebellianicam, & detractionem illius, licet esset filius testatoris, ad tradita per Cancer *var. 1. cap. 2. à n. 1. cum sequent.* concurrente dispositione *Constit. 1. tit. del inventari per lo*

lo hereu fahedor, & Const. per evitar 28. Curiarum anni 1599. idem Cancer var. 3. cap. 2. n. 89. cum seqq. Quæ sanè Constit. in cap. per evitar 28. Curiarum anni 1599. saltem à dicto die, & anno 1599. conclusionis Curiarum obligavit Hieronymum Portas hæredem gravatum ad confectionem inventarii, paternæ hæreditatis, si quartam Trebellianicam detrahere optabat ab hæreditate gravata. Nam Constitutiones nostræ Cathalonix, & jura Municipalia illius sunt, leges pactionatæ, conventionales, & juramento vallatæ, Ferrer par. 3. obser. cap. 14. n. 12. Despujol ad Mieres, verbo *Constitutiones*, pag. 47. Oliba de jure fisci, cap. 1. n. 17. Emeritus, Primariæ Juris Canonici Cathedræ professor in Barcinon. Universitate, & præceptor meus colendissimus Ludovicus à Valencià domicellus in illustrat. ad Constit. 7. tit. de elecció, y examen dels Doctors de la Real Audiencia, cap. 3. n. 4. & cunctos nos obligant à die conclusionis Curiarum, in quibus fiunt, & statuuntur, cum edantur, & constituentur in Curii generalibus cum interventione trium Brachiorum Prælatorum, Militarium, & Universitatum, Mieres part. 2. collat. 10. cap. 39. n. 9. Oliba de jure Fisci, cap. 1. n. 15. & de actionib. tom. 1. part. 1. lib. 3. cap. 3. à n. 41. quæ representant universum Principatum Cathalonix, Usatic. Judicium 1. tit. de celebrar Corts, Calicio in extravag. curiar. cap. 7. n. 93. vers. 155. & n. 101. Peguera in praxi criminal. cap. 17. eruditissimus Valencià ubi proximè num. 6. in fine. Et sic adversus disposita in nostris Constitutionibus allegatio ignorantix nihil prodest, cum ignorantia juris non præsumatur, cap. ignorantia de reg. jur. lib. 6. Tusch. lit. 1. conclus. 11. n. 2. leges enim scire omnes debent, & lata culpa est juris dispositionem ignorare, l. leges sacratissimæ, Cod. de legib. Socin. cons. 108. n. 12. vers. Licet, Aym. cons. 671. n. 11. & proinde juris, legumque ignorantia non excusat, prosequitur Barboza de axiom. axiom. 113. n. 7. Farinac. fragment. crimin. par. 2. verb. ignorantia, num. 273. cum multis sequentibus, saltem si agatur de lucro captando.

568 Quibus omnibus simul junctis concurrentibus, & procedentibus adversus pensiones censualis ab adversante petitas in hac lite, est certum, firmum, constans, & indubitabile, prætensionem adversantis penitus corruere, & in totum anihilari.

## ARTICULUS V.

ET ULT.

RESOLUTIONEM LITIS , ET ARTICULORUM JURIS  
*continens.*

569 **U**Ltima, & finalis resolutio, articulorum Juris pro Nobili Domna Maria Josepha de Potau, Ferràn, & Lledò publica luce editorum, & præsentis litis brevi oratione complectitur, & brevissima clauditur periodo.

570 Solum enim reverenter petit, & supplicat hæc Nobilis Pupilla, Regiam Provisionem factam 4. Martii 1677. per Nobilem Franciscum de Ribera Regium Consiliarium, in favorem Ciciliæ Masdeu, & Solà actricis, & in odium illius revocari, aut in melius commutari, supersedendo pro nunc in executione, seu in extractione executorialium Regiæ sententiæ latae in hac lite 31. Martii 1672; medio beneficio restitutionis in integrum, adversus dictam Regiam sententiam in rem judicatam transactam, ex capite minoris ætatis implorato ab ipsamet Nobili Pupilla, ex die 22. Februarii 1674. causis, rationibus, & fundamentis plena manu in facto deductis, & lato calamo de jure allegatis, insequendo antiqua, & recentiora exemplaria toties de hac re edita, & decissa à nostro Regio Senatu. Cum Nobilis Pupilla ob non interpositam supplicationem à dicta Regia sententiâ, sit, & remaneat omni prorsus auxilio, & remedio ordinario destituta, & orbata; ita ut præcisè, & à fortiori recurrere debeat, pro ut recurrit ad remedium extraordinarium beneficii restitutionis in integrum minoribus, & pupillis ex legum benignitate indultum, & impartitum propter ætatis imbecillitatem; quod non difficilè arbitratur, cum tam de facto, quàm de jure opposuerit, deduxerit, & allegaverit post dictam Regiam sententiam, & imploratam restitutionem de novis causis, instrumentis denuo repertis, rationibus, actionibus, replicationibus, & juribus, neutiquam deductis, exhibitis, allegatis, probatis, & justificatis ante promulgationem, & prolationem dictæ Regiæ sententiæ; quam & alias; Cuncta quæ hæc opponit, excipit, & allegat, nedum præmissis, verum etiam omni, & quocumque modo meliori deducens omne jus sibi competens, & competiturum ex qualibet causa.

571 Quæ omnia impetratura meliori modo, quo supplicari scit, sperat Nobilis Pupilla à Sacro, Catholico, & Regio Cathalonix Senatu, semper Augusto.





# INDEX RERUM, ET VERBORUM,

QUÆ IN HIS ARTICULIS JURIS CONTINENTUR,  
per numeros Capitulorum digestus.

## A

**A**CCOLLATIO, ACCOLLANS. Accollatio censualis, non liberat debitorem principalem à creditore, licet accollans obligetur ad solvendum censuale. num. 458.

Accollatio censualis à tertio facta interveniente creditoris consensu liberat debitorem principalem, & primam obligationem novat. num. 456. & 458.

Accollationem censualis fecit Hieronymus Portas post donationem. num. 458.

Accollare sibi censuale potest, qui illud non creavit. *ibid.*

Accollare sibi censuale, & obligari ad illius solutionem idem sunt. *ibid.*

Accollans sibi censuale onus ejus in se suscipit, & obligatur ad illius solutionem. num. 456.

Accollans sibi censuale efficitur principalis debitor. num. 456.

Accollans sibi censum tenetur illum solvere juxta formam, & naturam census accollati. num. 458.

Accollans sibi censuale eodem modo tenetur illud solvere, quo tenebatur qui censuale imposuit. num. 458.

**ACTOR, ACTIO, AGENS, ACTUS.** Actor non contradicens exceptioni oppositæ censetur illi adhærere. num. 4. 101. & 178.

Actus judicialis est potentior extrajudiciali. num. 123.

Actio subsidiaria habet locum sine executione, quoties debitor executiendus est inops. num. 237.

Actio hypothecaria, quæ requirat ad sui probationem latè. ex num. 301.

Agens hypothecaria tenetur probare rem hypothecatam fuisse in dominio, & possessione hypothecantis tempore firmatæ hypothecæ. num. 302.

- Agens hypothecaria tenetur probare idemtitatem rei hypothecatae,  
& contentiosa. num. 303.
- Agens hypothecaria tenetur probare possessionē rei conventi. n. 304.
- Agens sine actione, debet à Judice ex officio repelli etiam parte  
non petente. num. 208.
- Actio hypothecaria supra Mansum Portas fuit extincta, num. 111.  
ad 126. & 204. ad 210.
- Actio personalis confunditur aditione. num. 448. & 561.
- Actio pro dote non confunditur aditione. num. 449.
- Actiones cōfunduntur aditione hæreditatis. n. 442. vide verbo, aditio.
- Actio, & passio in eodem subjecto non concurrunt. num. 442.
- Actiones non confunduntur per aditionem, si lis jam antea erat  
contestata. num. 447.
- ACCESSORIUM.** Accessorium sequitur naturā sui principalis. n. 131.
- ADDITAMENTUM.** Additamentum pretii, & pensiones censua-  
lis ex adverso petiti, fuerunt promissæ post donationem, & sunt  
res alienum post donationem contractum. num. 154.
- ADITIO.** Aditio hæreditatis actiones confundit inter hæredem, &  
defunctum. num. 442.
- Aditio hæreditatis non confundit actiones quoties hæres conficit  
inventarium. num. 443.
- Aditio hæreditatis non confundit actiones quo ad effectum reten-  
tionis. num. 444.
- Aditio hæreditatis non confundit actiones quo ad effectum excep-  
tionis. num. 445.
- Aditio hæreditatis non confundit actiones quoties confusio alla-  
tura esset grave damnum hæredi. num. 446.
- Aditio hæreditatis non confundit actiones si jam antea lis erat con-  
testata. num. 447.
- Aditio hæreditatis non confundit actionem hypothecariam. n. 448.
- Aditio hæreditatis solum confundit actiones personales. ibid.
- Aditio hæreditatis non confundit actionem pro dote. num. 449.
- ADVERSANS.** Adversans post denuntiationem processus noviter  
petit hanc Nobilem partem condemnari ad solvendas pensiones  
decurfas, & decurrendas in moneta platae. num. 14.
- Adversans petit decretum executionis Regiæ sententiæ, & taxatio-  
nis expensarum. num. 33.
- Adversans non contradixit, sed consensit expeditioni litterarum,  
quas petierat hæc Nob. pars ad citandum auctores laudatos ad  
continuandam causam. n. 350.

- Adversans non contradixit oppositioni exceptionis rei judicatae.  
 num.4. 101. & 178. cum seqq.
- Adversans per non contradictionem oppositionis rei judicatae, cen-  
 cetur oppositioni adherere, nec ex post potest oppositionem im-  
 pugnare. num.4. 101. & 178.
- Adversantis deductiones proponuntur à num.42. 58. 82. 146. 147.  
 159. 172. & 393. cum seq. & 438. cum seq. & satisfactio, ac  
 rescriptio ad illas. ibidem.
- Adversans in praesenti lite, solum petit, & petere potuit pensiones  
 censuales. num.1. 169. 215. 442. 423. 431. & passim.
- AFFECTIO.* Affectio, & praedilectio testatoris dignoscitur ex or-  
 dine institutionis, substitutionis, & nominationis. num.543.
- ALIENATIO.* Alienatio rei hypothecatae facta per sententiam in  
 judicatum transactam, & creditori notificatam, & intimatam hy-  
 pothecam extinguit. num.115.
- Alienatio, & hypotheca bonorum fideicommissi facta ab haerede  
 gravato, rescinduntur, purificato fideicommissio. num.561.
- Alienationes factae ab haerede gravato substinentur pro juribus le-  
 gitimae, trebellianicae, & aliis detractionibus, cum limitationi-  
 bus remissive. num.564.
- Alienationes factae ab haerede gravato tantum intra limites detrac-  
 tionum substinentur, non verò ceterae, & posteriores exceden-  
 tes detractiones. num.565.
- Alienatione prohibita, censetur etiam interdicta obligatio pigno-  
 ris, & hypotheca. num.291.
- ALLEGATIO.* Allegatio partis non facit jus. num.389.
- Allegatum non probare, idem est quod non allegare. num.389.
- Altercatum suscitatur inter partes, an ex noviter deductis sit super-  
 sedendum, an ad ulteriora prosequendum. num.39.
- Altercatum suscitatum deciditur à Nob. de Ribera. num.40.
- Altercatum, an concedenda sint executorialia Regiae sententiae  
 Nob. de Ribera, pendet coram Magnifico Raphaelo Nabona in  
 gradu supplicationis in forma. num.41. 42. 516. 517. & 570.
- ANTECEDENS.* Antecedens qui vult debet velle consequens. n.397.
- Antecedenti concessio, conceditur & consequens quando es neces-  
 sarium. num.397.
- ANTERIORITAS.* Anterioritas pretii censuales petiti, in qua niti-  
 tur pars adversa eliditur. ex num.159.
- Anterioritas censuales petiti quo ad pensiones solum sumi po-  
 test

test à die 21. Junii 1627. quo fuit creatum censuale. num. 217.  
**ANTONIUS PORTAS.** Antonius Portas, & Marianna Porras, &  
 Sunyer conjuges, introduxerunt in Regia Audientia causam uni-  
 versalem concursus creditorum. num. 87. & 238.  
 Antonius, & Marianna Portas conjuges, & Michaela Portas mater,  
 & socrus respectivè, fuerunt tractati ut pauperes in universali  
 concursus creditorum, & in præsentì causa. num. 239.  
 Antonius Portas ex bonis propriis, & fideicommissi nullatenus fuit  
 obligatus debitorio, & censuali adversantis. num. 563. & 432.  
 Antonius Portas fuit absolutus à debitorio, & censualis adversan-  
 tis per Regiam sententiam Rubi de Marimon in judicatum tran-  
 factam. num. 593. & 432.  
 Antonius Portas, & illius successores tenetur huic Nob. parti de  
 evictione. num. 347.  
 Antonius Portas, seu hæres illius tantum fuit obligatus ad præsta-  
 tionem censualis adversantis pro bis mille libris reservatis. num.  
 92. 93. 127. 157. 171. 211. 416. 432. & passim.  
 Antonius Portas ex bonis propriis tenetur state venditioni Mansi  
 Portas factæ antecessoribus hujus Nobilis partis. num. 89. 414.  
 & passim.  
**APPELLATIO.** Appellatio, quæ de instrumento non constat, non  
 debet à Judice rejici si partes concordant appellatum esse. n. 357.  
 Appellatione Comitatus Barchinone, universa Cathalonia fuit com-  
 prehensa. num. 464.  
**APPROBARE.** Approbare videtur sententiam qui ab ea non suppli-  
 cat, vel appellat cum possit. num. 157. 152. 205. & 148.  
**ARGUMENTUM.** Argumentum à rubrica valet. num. 293.  
 Argumentum à superfluitate vitanda valet. num. 421.  
 Argumentum à sententia ad statutum valet, & è contra. ibid.  
 Argumentum à feudo ad emphyteusim, & è contra valere, quomo-  
 do intelligatur. num. 294.  
**ASSERTIO.** Assertio testatoris asserentis rem aliquam fuisse in bo-  
 nis suis, probat rem illam fuisse testatoris contra hæredem, & ha-  
 bentes causam ab eo. num. 531.  
**ACTOR, ACTORES.** Actor laudatus si moritur pendente lite, debet  
 citari ad continuandam causam. num. 397.  
 Auctor laudatus tenetur emptorem, & ejus litem defendere. n. 348.  
 Auctor laudatus si sit Clericus tenetur ad forum seculare descende-  
 re, & ibi emptorem defendere. ibid.

Auctor laudatus non potest declinare forum emptoris. *ibid.*  
Auctor laudatus si sit Clericus ratione evictionis, seu idemptitatis promissæ, potest condemnari in iudicio seculari cum Regiis decisionibus. *ibid.*

Auctores tractantes de Constitutione, *Car dignament 1. tit. de dret emphyteotich*, recensentur remissivè. num. 293.

Auctoribus non creditur nisi secundum leges, & auctores quos allegant, num. 151.

## B

**BONA.** Bona fideicommissi pendente conditione fideicommissi valent alienari ab hærede gravato. num. 561.

Bona fideicommissi transeunt ad fideicommissarium libera ab obligationibus, & hypothecis hæredis gravati. *ibid.*

Bona fideicommissi ab antecedente ordinati, possunt obligari, & hypothecari pro constitutione, restitutione, interesse, expensis, & appendicibus dotis, & matrimonii. *ibid.*

**BRACHIA.** Brachia Prælatorum, Militum, & Universitatum representant universum Principatum Cathalonix. num. 567.

**BREVIITAS.** Brevitas temporis inter solutionem pretii Mansi Portas, & extinctionem debitorii Petri Badia, inducit præsumptionem quod debitum fuit solutū ex pretio venditionis dicti Mansi. n. 263.

## C

**CATHALONIA.** In Cathalonia judicandum est secundum Constitutiones, & leges patriæ, & illis deficientibus, secundum jus Canonicum, & in defectum juris Canonici secundum jus Civile. n. 177.

In Cathalonia judicatur per directum, secundum allegata, & probata in processu, & juxta acta illius, aliàs nulla est sententia. n. 337.

In Cathalonia ratione pignorum, & hypothecarium, nullum speciale jus est statutum, sed sequitur jus commune. num. 338.

Cathalonia universa fuit comprehensa sub appellatione Comitatus Barchinonæ. num. 464.

**CAUSA.** Causa universalis concursus creditorum fuit introducta à Antonio, & Marianna Portas, & Sunyer. num. 87.

Causa eadem non potest denunciari tamquam major, & tamquam minor. num. 378.

Causæ usque ad 400 ₰ de jure Cathalon. denunciantur inter causas minores. num. 374.

Causæ ultra 400 ₰ in Cathalon. denunciantur inter causas majores. *ibid.*

- Causa supplicationis in qua versamur , pendent coram Magnifico  
 Raphaele Nabona Regio Consiliario. num.41.
- Causæ omnes Civiles , & Criminales tractantur in Vice-Regia Au-  
 dientia , absente domino Rege , & Prorege. num.361.
- Causæ non possunt tractari in Regia Audientia nisi præcedente evo-  
 catione cum aliqua qualitate. num. 363.
- CÆCILIA MASDEU , ET SOLA.* Cæcilia Masdeu, & Solà consen-  
 sit expeditioni litterarum adversus conjuges Bagur, & Portas auc-  
 tores laudatos ad continuandam causam. n.14. 342. 357. & 403.
- Cæcilia Masdeu , & Solà consensit residuum termini duorum men-  
 sium restitutionis in integrum ad probandum à Constitutionibus  
 præfixi , & huic parti dati , currere. num.76.
- Cæcilia Masdeu , & Solà , est filia , & hæres Nicolai Solà introdu-  
 centis hanc litem. num.9. 106. & 435.
- Cæcilia Masdeu , & Solà non habet actionem in hac causa contra  
 hanc Nobilem Pupillam. num. 208.
- Cæcilia Masdeu , & Solà , vide verbo , *Adversans.*
- CENSUS , CENSUALIA.* Censuale petitum descendebat ex debi-  
 torio 600 ₰ firmato per Hieronymum Portas Nicolao Solà. n.1.
- Censuale petitum, fuit creatum anno 1617. ex debitorio anni 1608.  
 absque novatione , & derogatione. num. 147.
- Censuale petitum , fuit creatum à Hieronymo Portas donatore post  
 donationem cum mala fide , & magno dispendio bonorum do-  
 natorum. num. 149.
- Censualis contractus regulatur cum mero contractu emptionis , &  
 venditionis. num.153.
- Censuale creatum ex antecedenti mutuo cum protestatione non  
 novandi habet prælationem sortis à die mutui , & prælationem  
 pensionum à die creati censualis. num.162.
- Censualis venditor , non est debitor sortis , sed pensionum. n. 169.  
 215. & 422.
- Censualia possunt lvi Ecclesiæ, locis piis, minori, Tutori, & hæredi  
 gravato , sine decreto Judicis, & causæ cognitione. n.454.
- Census , & censualia , quitatione , & luitione extinguuntur , & peri-  
 muntur. n. 454.
- Census creatus ex extinctione alterius census , non dicitur subroga-  
 tus in locum extincti , sed novus census ab alio distinctus, & se-  
 paratus. num.455.
- Census accollatione à Tertio facta cum consensu creditoris , libe-  
 ratur

- ratur principalis debitor, & prior obligatio novatur. num. 456.
- Census, & censualis accollatione, vide verbo, *Accollatio*.
- Censuale est species emptionis, & venditionis. num. 419.
- Censualis creditor in causis concursus creditorum potest agere ad sortem. num. 420.
- Censualia, & census consignativi æquiparantur. num. 422.
- Censualia in Cathalonia mortua appellantur. *ibid.*
- Censuale est contractus perpetuus ex parte emptoris tradentis pretium, seu sortem venditori. *ibid.*
- Censualis venditor potest quodcumque luere censualia. n. 421.
- Censualis substantia, & essentia est pactum de retro, seu facultas redimendi illud quodcumque. num. 422.
- In censuali jus percipiendi pensiones, pro sorte, cum pretio venditur à creatore censualis emptori illius. *ibid.*
- Census resolutus est, ac si retro factus non esset. num. 454.
- Censuale luitum, & redemptum cum apocha loci, & cessionis à creditore, in illius favorem dicitur extate quo ad creditores posteriores, tam in sorte, quàm in pensionibus. num. 278.
- Censualis pretium ex mutuo creatum amplius peti non potest, etiam si sit creatum cum protestatione non novandi. n. 169. 215. & 430.
- Censualis redemptio, non est nova emptio, sed resolutio prioris emptionis. num. 454.
- Censualis redemptio, non est species alienationis, sed resolutio precedentis alienationis. num. 454.
- CESSIONARIUS, CESSIO.** Cessionarius haber locum, gradum, & actionem cedentis. num. 439.
- Cessio anteriorum creditorum, non requiritur à creditore pro retentione. num. 275.
- Cessionem non requirit jus retentionis, ut transeat etiam in singularem successorem. num. 276.
- Cessio mulieris interveniens in venditione rerum mariti transfert in emptorem prælationem, & retentionem bonorum, mulier habebat pro dote adversus alios mariti creditores, muliere pensiones, & quemcumque. num. 281. & 450.
- CITATIO.** Citatio est defensionis species. num. 347.
- Citationis forma cum moritur litigans, vel procurator illius. n. 345.
- Citatorias litteras petiit hæc Nob. pars ad citandum conjuges Bagurs, & Portas auctores laudatos, quia decesserat eorum procurator. num. 13.

- Citatio rei conventi mortuo ejus Procuratore conceditur, etiam non constituto de morte Procuratoris. num. 401.
- Citationis forma pro evictione remissivè. num. 297.
- Citatio successoris mortuo reo, vel rei mortuo Procuratore admittitur post denuntiationem processus, & debet fieri. n. 400.
- CLAUSULA.** Clausula *pro nunc*, adjecta in provisionibus supersedimenti executionis Regiarum sententiarum quid importet remissivè. num. 394.
- Clausula *omni modo meliori formiter*, sufficit ad validandam cujuscumque exceptionis oppositionem. num. 180.
- Clausula, *y ell premort*, quam substitutionem importet. num. 544. 545. 548. & 550.
- CLERICUS.** Clericus auctor laudatus, tenetur ad forum sæculare descendere, & ibi emptorem defendere. num. 348.
- Clericus auctor laudatus citatus in foro sæculari pro evictione potest pro ea condemnari cum Regiis decisionibus. n. 348.
- COMITES, COMITATUS.** Comites Barchinonæ, sub titulo Comitum Barchin. dominarunt universum Cathalonie Principatum. n. 464.
- Comites Barchinonæ à tempore Uvifredi. Secundi obtinuerunt supremum totius Cathalonie dominium, sine recognitione. n. 465.
- Comites Barchinonæ etiam postquam fuerunt Reges Aragonum, ex speciali Cõstitutione uti debent titulo Comitum Barchinonæ. n. 465.
- Comitis Barchinonæ titulo uti debet Catholicus noster Rex. *ibid.*
- Comitatus Barchinonæ appellatione univèrsa Cathalonia venit comprehensa. num. 464.
- CONSENSUS.** Consensus creditoris hypothecarii in alienatione rei hypothecatae, hypothecam extinguit, vide *hypotheca*. n. 113.
- Consensus in judicio inducitur per taciturnitatem. num. 120.
- Consensus tacitus in judicio, idem operatur quod expressus. n. 121.
- Consensus partium facere non potest, ut sententia contra sententiam in judicatum transactam sit valida. n. 188. & seq.
- Consensus patris adhibitus constitutioni dotis factæ filio, obligat patrem etiam pro bonis in donatione reservatis. n. 221. cum seqq.
- Consentientibus partibus, vel non opponentibus multa circa judiciorum solemnitatè remittuntur, quæ aliàs non permitterentur. n. 357.
- Consensit adversans expeditioni litterarum quas petebat hæc Nob. pars ad citandum Auctores laudatos ad continuandam causam. num. 14. 342. 357. & 403.
- CONCLUSIO.** Conclusio, & finis totius Artic. quinti. num. 171.



- Conclusio præsentis litis. num. 516. 517. & 570.
- CONFESSIO.* Confessio judicialis ante acceptationem partis posset corrigi, & emendari, & non præjudicat confitenti. n. 451. & 473.
- Confessio erronea potest retractari, & corrigi, docto errore. n. 482.
- Confessio Procuratoris absque speciali mandato, potest revocari etiam non docto errore, cum dec. Reg. Senat. num. 473.
- Confessio Procuratoris absque speciali mandato, non præjudicat principali, cum dec. Reg. Senat. num. 473.
- Confessio debet ad favorem confitentis interpretari. num. 473.
- Confessio ambigua, & æquivoca, in favorem confitentis interpretatur. num. 473.
- Confessio minus quam fieri possit confitenti debet præjudicare. num. 473.
- CONFUSIO.* Confusio actionum ex aditione hæreditatis resultans, inducta est in favorem hæredis. num. 442.
- Confusio actionum inducitur per aditionem, vide verbo, *Aditio.* n. 442.
- CONJECTURA.* Conjectura, & necessaria præsumptio ad inducendam novationem est incompatibilitas contractuum. num. 426.
- Conjectura ad inducendam novationem est quando causa unius contractus, in causam alterius contractus convertitur. n. 456.
- Conjecturis, & necessariis præsumptionibus apparet partes voluisse novare. num. 426.
- Conjecturæ ad elicendum filios in conditione positos fuisse vocatos remissivè traduntur. num. 538. & num. 554. ad 557.
- Conjecturæ leviores sufficiunt ad eliciendum filios in conditione positos ab ascendente fuisse vocatos. num. 538.
- Conjecturæ ad eliciendum filios in conditione positos fuisse vocatos ab extraneo debent esse vehementiores. num. 538.
- Conjecturæ sufficientes ad eliciendum filios in conditione positos fuisse vocatos quæ sint, relinquuntur arbitrio Judicis. num. 539.
- Conjecturæ quæ de per se non sufficiunt ad inducendum filios in conditione positos fuisse vocatos, simul junctæ sufficiunt. *ibid.*
- Conjecturæ duæ præcipuæ admittuntur à Senat. Cathalon. ad inducendum filios in conditione positos fuisse vocatos. num. 540.
- Conjectura prima à Senat. Cathalon. admissa est, quando filii in conditione positi sint gravati. num. 540.
- Conjectura secunda à Senat. Cathalon. admissa est, quando filii remotioris substituti sunt expressè vocati. num. 541.
- Adducuntur variæ decision. Regii Senatus. num. 542.

- Conjectura alia admittitur in Senatu Cathalonix, quando in remotioribus substitutionibus est facta extraneorum vocatio. n. 557.
- CONSTITUTIONES CATHALONIÆ.** Constitutio, *Car dignament 1. tit. de dret emphyteotich* exponitur n. 290. ad 300. & 463. ad 470. cum seqq.
- Constitutio, *Car dignament 1. tit. de dret emphyteotich*, prohibet quamcumque alienationem rei emphyteuticariæ sine domini licentia. num. 292.
- Constitutio, *Statuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions*, latè illustratur num. 349. 345. ad 358. & 396 ad 407.
- Constitutio *1. tit. de la forma de votar*, explicatur, & juxta eam adducitur epistola domini nostri Regis. num. 548.
- Constit. *1. tit. del inventari per lo hereu fahedor*, latè num. 567.
- Constitut. *in cap. per evitar 38.* Curiarum anni 1599. illustratur. *ibid.*
- Constitut. *fin. tit. de produetas de aetes*, declaratur. n. 371. & 377.
- Constitutio *fin. tit. de dilacions*, enucleatur. *ibid.*
- Constitutio *1. tit. de denunciacions de processos*, num. 372. & 374.
- Constitutio *Statuhim 7. tit. de denunciacions de processos*, num. 378.
- Constitutio *Statuhim 6. tit. de citacions, è inhibicions*, amplius exponitur. num. 396. ad 408.
- Constitutio *Statuhim 6. tit. de citacions, &c.* habet locum in auctore laudato. num. 397.
- Constitutio *Statuhim 6. tit. de citacions, &c.* generaliter loquitur num. 398.
- Constitutio *Statuhim ult. tit. de altercats*, declaratur. num. 399.
- Constitutio *Statuhim ult. tit. de altercats*, fuit prorogata in Curiiis anni 1599. *ibidem.*
- Constitutio *Statuhim 6. tit. de citacions, &c.* viget denunciato processu. num. 400.
- Constitutio *ult. tit. de dilacions*, declaratur. num. 406.
- Constitutio, seu Usaticum, *Judicium in Curia datum*, tantum habet locum in sententiis diffinitivis Regiæ Audientix, non verò Vice-Regiæ Audientix. num. 421. & 486.
- Constitutio, seu Usaticum, *Judicium in Curia datum*, illustratur. *ibid.*
- Constit. *1. 2. & 3. tit. de produetas de aetes*, referuntur. num. 369.
- Constit. *unica, tit. del titol del Princep.* n. 465. & 464.
- Constit. *Mes volem 6. tit. de Notaris, y Escrivans.* num. 480. & 319.
- Constit. *15. tit. de Notaris, y Escrivans*, refertur num. 480. & 319.
- Constit. *2. tit. de comunicaciò de processos*, refertur. num. 480. & 334.
- Constit.

- Constit. in cap. 40. Curiar. anni 1599. illustratur. num. 177.
- Constit. *Aquesta es la pau* 3. §. *Ningun Christià* 8. tit. de la pau; y tre-  
va num. 294.
- Constit. *Item ne super laudemio* 2. tit. de dret emphyteotich. ibid.
- Constit. *Mes avant* 2. tit. de sententias. num. 308. & 433.
- Constit. *Per major* 2. tit. de memorials de processos. n. 334. & 480.
- Constit. *Los Escrivans* 3. tit. de memorials de processos. ibid.
- Constit. *Suplica ult.* tit. de memorials de processos. ibid.
- Constitut. seu Usaticum, *alium namque de jure Fisci*, illustratur. n. 337.
- Constit. *Per ques veu* 11. tit. de execució de sentencias. num. 339.
- Constit. *Derreramant* 3. tit. de la unió del Regent de Mallorca, ab ses  
Isles. num. 464.
- Constit. 2. eodem tit. ibidem.
- Constit. *Nostres successors* 2. tit. de jurament, &c. voluntari. ibid.
- Constit. *unica*, tit. de la Audiencia del Governador Vice-Regia. n. 361.
- Constit. 1. & tot. tit. de Audiencia, y Consell Real. num. 361.
- Constit. *tit. de evocacions de causas en la Real Audiencia remissivè.*  
num. 363.
- Constit. & Usatic. *Judicium*, tit. de celebrar Corts. num. 567.
- Constitutiones Cathalonix sunt leges juratæ, conventionales, &  
pactionatæ. num. 567.
- Constitutiones Cathalonix cunctos obligant à die conclusionis  
Curiarum. ibid.
- Constitutiones Cathalonix eduntur, & fiunt in Curiiis generalibus,  
intervenientibus tribus Brachis Prælatorum, Militum, & Univer-  
sitatum. ibid.
- CONTENTIO.** Contentio semel decisa, potest iterum firmari,  
quando ex instrumentis noviter repertis rem aliter se habere ap-  
paret. num. 519.
- CONTRACTUS.** Contractus censualis, regulatur cum mero con-  
tractu emptionis, & venditionis. num. 153.
- Contractus cum resolvitur est ac si retro factus non esset. n. 454.
- Contractus incompatibiles si celebrentur, inducunt novationem,  
num. 426.
- Contractus redemptio, non est species alienationis, sed resolutio.  
num. 454.
- Contractus si transfertur in alium contractum etiam inducitur no-  
vatio. num. 456.
- CONTRARIA.** Contraria simul stare non possunt. num. 428.

**CREDITOR.** Creditor post motam litem, & latam sententiam contra debitorem principalem, non potest molestare tertios possessores, qui adfuerunt in causa. num. 142.

Creditor obtinens sententiam circa aliqua bona ex obligatis, ex quibus potest satisfieri, non potest prosequi cætera bona ei obligata. num. 143.

Creditor non potest petere sortem mutui in censuale translato, etiam si sit translato cum protestatione non novandi. num. 169. 215. & 430.

Creditor censualista non potest petere sortem, sed pensiones decursas. num. 215. 169. & 422.

Creditori possidenti competit retentio adversus alios creditores hypothecarios, absque cessione. num. 274. & 275.

Creditor succedente debitori, & è contra confunduntur acciones. num. 422. vide verbo, *Aditio*.

Creditor censualis in causis concursus creditorum, potest agere ad sortem censualis. num. 420.

Creditor anterior pro sorte, est anterior pro pensionibus, & interesse, cum limitationibus. num. 161. & seq.

Creditor censualis non potest cogere venditorem ad luitionem seu redemptionem illius. num. 422. 215. & 169.

Creditori interessenti in causa, & opponenti de gradus anterioritate nocet sententia in iudicatum transacta quo ad gradus anterioritatem inter alios creditores. num. 144. & 171.

#### D

**DEBITOR, DEBITORIUM.** Debitorium 580 ₰ monetæ argenteæ fuit solutum ex pretio venditionis Mansi Portas. num. 262.

Debitorium 600 ₰ adversantis ex quo fuit creatum censuale amplius peti non potest, nec petitum fuit in hac lite. num. 169. 215. 430. & 431.

Vide verbo, *Censualia, Census*.

Debitor formans concursum, præsumitur non solvendo, & bona illius esse intrincata. num. 236.

Debitor si est inops, & pauper, cessat excussio, & intrat subsidiaria actio. num. 237.

**DEDUCTIO.** Deductiones adversantis prosequuntur, & illis debite satisfi. ex num. 438.

Deductiones novæ factæ per hanc Nob. partem suadent concedendam esse restitutionem in integrum, & supersedendum in decreto executionis, n. 38.

Deductio nulla per partes respectivè facta, fuit prolata sententia Regia Nob. de Ribera. num. 16.

Deductiones, vide verbo, *Adversans*.

**DEFENSIO.** Defensio est à jure naturali, & nemini deneganda. n. 347.

Defensio legitima adempta fuit huic Nob. pupillæ, & auctoribus laudatis ob denegationem litterarum ad citandum eos ad continuandam causam, ex num. 347. ad 358.

Defensio cui pertinet, licet citari, & citare in causam cum decisione Regii Senatus Cathalonix. num. 349.

Defensor emptoris dicitur venditor. num. 348.

Defensionem tollere repugnat omni jure naturali, & divino. n. 347.

Defensionis ablatio est nullitas, & notoria injustitia. *ibid.*

Defensio cuilibet permittitur legi Civili, Canonica, Naturali, & Evangelica. *ibid.*

**DENEGATIO.** Denegatæ fuerunt huic Nobili pupillæ litteræ citatorix ad citandum conjuges Bagur, & Portas auctores laudatos, mortuo illorum procuratore ad continuandam causam. num. 341. & 342.

Denegatæ fuerunt huic Nob. pupillæ litteræ citatorix adversus auctores laudatos, cum circumstantiis valde notabilibus. n. 357.

Denegatio litterarum citatoriarum adversus auctores laudatos, ad continuandam causam ademit defensionem huic Nob. pupillæ, & auctoribus laudatis. num. 16. 347. ad 358.

**DENUNCIATIO.** Denunciatio processus petitur ab adversante in hac causa. num. 6.

Denunciationis processus provisio. *ibid.*

Denunciatio altera processus. num. 12.

Denunciato processu, non potest augeri petitio. num. 31.

Denunciato processu nihil addi, seu peti potest inter easdem partes de jure Cathalon. saltem parte opponente, & quare. n. 372. & 373.

Denunciato processu admittuntur schedulæ resolutivæ, & assignationis ad sententiam. num. 371.

Denunciato processu regulariter non admittuntur supplicationes, & schedulæ de jure Cathalonix. num. 371. & 377.

Denunciato processu, pensiones censualis cessæ peti non valent de jure Cathalonix ex decis. Senatus. num. 373.

Denunciato processu, debet citari successor rei defuncti, vel reus ipse, mortuo ejus procuratore. num. 400.

Denunciato processu minor restituitur ad faciendum id quod in tempore,

- pore, & jure ordinario potuit facere, & non fecit. n. 406.
- Denunciatus processus, non est iterum denunciandus de jure Cathalon. num. 377. & 406.
- Denunciatur iterum processus si minor restituitur adversus statum causæ. num. 406. & 377.
- Denunciatio processus, vide, *Processus*.
- DICTIO.** Dictio, *tantum*, sententiæ Regiæ Rubi de Marimon necessariò est referenda ad 2000 ₰ reservatas à Hieronymo Portas. num. 432.
- Dictio, *tantum*, est taxativa, quæ includit expressa, & reliqua omnia excludit. num. 130.
- Dictio, *tantum*, est exceptiva, limitativa, restrictiva, & exclusiva. n. 130.
- Dictio, *tantummodo*, est exceptiva, & exclusiva. ibid.
- Dictio, *quomodolibet*, *quovis modo*, & *quoquomodo*, est universalis, & comprehendit omnem modum excogitabilem. n. 293.
- DILECTIOR.** Dilectiores præferendi sunt. num. 543.
- Dilectiores non debent esse deterioris conditionis quam minus dilecti. num. 543.
- Dilectior testatoris existimatur, vocatus proximior. n. 543.
- DISPOSITIO.** Dispositio prohibitiva, semper intelligitur habere clausulam derogatoriam, & annullativam, quamvis lex, seu statutum post prohibitionem actum expressè non annullat. n. 466.
- DOMINIUM.** Dominium, & possessio Hieronymi Portas hypothecantis non fuerunt probata de tempore firmatæ hypothecæ, ut debebant. num. 307. ad 309. & 471. ad 474. & 490.
- Dominium bonorum in fideicommittente est probandum à fideicommissario in judicio universali fideicommissariæ hæditatis petitionis. num. 534.
- Dominium non probatur per instrumenta alienationis, locationis, & concessionis in feudum. num. 472.
- Dominium rei hypothecatæ est probandum in hypothecante ab actore, contra tertios possessores non habentes causam, aut onerosam habentes à debitore hypothecante. n. 302.
- Dominii quæstio potest refricari agenti vindicatione per illum qui ab eo causam habet etiã producto alienationis instrumento. n. 472.
- Dominium rei hypothecatæ non probatur ex instrumento, in quo hypothecatur. num. 472.
- DONATOR, DONATARIUS.** Donatarius tenetur solvere debita contracta à donatore ante donationem. num. 147.

- Donator post donationem cum hypotheca factam, re tradita nō potest creare censualia, & obligare bona donata. n. 148. 152. & 156.
- Donator donatione perfecta, re tradita non remanet dominus rei donatæ. num. 148.
- Donator non potest pro quantitate reservata hypothecare bona donata. num. 148. & 151.
- Donator non potest alienare bona donata pro exsolvendo æræ alieno ante donationem contracto, nisi alienatio fiat cum bona fide, & sine magno dispendio donatarii. num. 149.
- Donator donatione perfecta cum retentione ususfructus non remanet dominus. num. 150.
- Donator supposito quod posset pro debito ante donationem contracto creare censualia, non posset tamen hypothecare bona donata pensionibus censualis. num. 153.
- DOS. Dos ex se parit usuras, & interesse à die matrimonii. n. 150.
- Dotis constitutionem Mariannæ Portas, & Sunyer acceptavit Antonius Portas cum expresso consensu patris sui Hieronymi. n. 220.
- Doti Mariannæ Portas, & Sunyer sunt obligatæ 2000 ₰ reservatæ in donatione Hieronymi Portas. num. 221.
- Dos habet anterioritatem à die quo injuntur capitula, licet alienatio dotalis, & restitutio dotis fiant ex post facto. n. 252. & 460.
- Dos potest constitui, solvi, & restitui ex bonis fideicommissi, & hæc bona alienari. n. 150. & 563.
- Dotis interesse, dotis expensæ, & appendices possunt solvi, constitui, & restitui ex bonis fideicommissi ab ascendente ordinati. ibid.
- Dotis restitutioni est obligata reservatio soceri donatoris, saltem in subsidium latè ad partes cum decis. Reg. Senat. ex n. 222. ad 252.
- Dotis solvendæ, seu restituendæ ratione, potest hæres gravatus imponere censualia super bona fideicommissi. n. 152.
- Dotis favore non confunduntur actiones. n. 449.
- Dotis favore mulier re dotali insolutum data, evicta, aut inexigibili potest redire primæva jura cum decisione Regii Senatus. n. 449.
- Dos Mariannæ Portas, & Sunyer, & ipsa Marianna est obligata venditioni Mansi Portas factæ antecessoribus hujus Nobilis pupillæ. num. 281. 414. 450. & 461.
- Dos, & bona Michaellæ Portas, & Seguera sunt obligata venditioni Mansi Portas factæ antecessoribus hujus Nob. pupillæ. n. 283. 89. 414. & 461.
- Dotem Mariannæ Portas, & Sunyer alienarunt Hieronymus, & Antonius

tonius Portas illius focer, & maritus. num. 253. ad 260.  
**DUBIA.** Dubia principaliora hujus causæ referuntur. n. 43.  
Vide verbo, *Adversans*, & verbo, *Deductiones*.

## E

**ECCLESIAE.** Ecclesiæ favore retractatur sententia in rem judicatum transacta, propter instrumenta noviter reperta. n. 521.

Ecclesiæ, & locis piis possunt sui censuales absque decreto Judicis, & causæ cognitione. num. 454.

**EMANUEL GUIAMET, ET LLEDO.** Emanuel Guiamet tempore quo obdormivit præsens lis, erat ætatis 21. annorum. n. 7.

Emanuel Guiamet decessit inter moras hujus litis. num. 8.

Emanuel Guiamet erat hæres gravatus de restituenda hereditate Jacobi Lledò, cujus esse dicebatur Mansus Portas, Michaeli Ferràn, & Lledò patri hujus partis. num. 192.

Emanuel Guiamet tempore quo obtinuit Regiam sententiam Rubi de Marimon, erat infans. num. 194.

Emanuel Guiamet natus fuit 24. Februarii 1624. num. 195.

Emanuelis Guiamet est hæres universalis D. Theresia Guiamet, in secundis nuptiis Homdedeu. num. 498.

Emanueli Guiamet non successit Michael Ferràn, & Lledò, neque Geltrudis Ferràn. *ibid.*

Emanuel Guiamet non successit Josepho Lledò. *ibid.*

**EMPTOR.** Emptor censualis solum est creditor pensionum, non fortis. num. 422.

Emptor censualis non potest cogere venditorem ad restituendum pretium, vel ad redimendum censuale. *ibid.*

Vide verbo, *Creditor*, verbo, *Censuale*, & *Census*.

Emptor citatus potest cogere venditorem ad se suamque litem defendere in foro emptoris etiam si sit Clericus. num. 348.

Vide verbo, *Venditor*, *Clericus*, *Eviçtio*, *Auctor laudatus*.

**EMPHYTEUSIS.** Emphyteusis, seu res emphyteuticaria hypothecari, & quomodolibet alienari prohibetur sine domini directi consensu de jure Cathalonix. n. 389. cum seq. & à n. 463. ad 470.

**EVICTIONIO.** Eviçtionis ratione fuerunt citatæ diversæ personæ ad instantiam Mariannæ, & Emanuelis Guiamet. num. 5.

Eviçtionis ratione fuerunt citatæ diversæ personæ ad instantiam hujus partis, tam ante, quàm post sententiam Nob. de Ribera. num. 10. & 75.

Eviçtionis ratione citati comparuerunt in præsentī causa. *ibid.*

Vide



Vide verbo, *Emptor, Venditor, Clericus, Auctor laudatus, Dos.*  
**EVOCATIO.** Evocari debent causæ Regiæ Audientiæ ad Vice-Regiam Audientiam, & è contra, cessante Vice-Regia. num. 363.  
 Evocatio causarum à Regia Audientia ad Vice-Regiam, & è contra est de forma substantiali. num. 362. cum seq.  
 Evocatio causarum à Vice-Regia Audientia ad Regiam Audientiam respicit jurisdictionem, invalidat procedimenta, & semper locum habet. num. 363.  
 Evocatio causarum, & commissio, ac distributio earum maximè differunt. num. 365.  
 Evocatio causarum differt à remittatur. num. 365.  
 Evocationis causarum, & dubii à Vice-Regia, ad Regiam Audientiam, & è contra supplicatio quomodo concipiatur. num. 363.  
**EXCEPTIO.** Exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ. num. 53.  
 Exceptio rei judicatæ opposita, fundatur in trina idemtitate rei causæ, & personarum concurrente in hac lite. num. 105.  
 Exceptio rei judicatæ desiderat idemtitatem rei causæ, & personarum. *ibid.*  
 Exceptio rei judicatæ dicitur ab adversante dilatoria, sed falso. num. 172.  
 Exceptio rei judicatæ ex sua propria natura est peremptoria. num. 173. & 177.  
 Exceptiones peremptoriæ perimunt jus actoris, & semper locum habent, dicunturque perpetuæ. num. 174.  
 Exceptiones peremptoriæ in quacumque parte judicii opponi possunt. num. 174.  
 Exceptio rei judicatæ ab aliquibus anomala dicitur, & quare. n. 175.  
 Exceptio rei judicatæ potest opponi tanquam peremptoria, & tanquam dilatoria. n. 175.  
 Exceptio rei judicatæ opposita tanquam dilatoria, & rejecta, adhuc opponi potest tanquam peremptoria. num. 176.  
 Exceptionis cujusque oppositio validatur per clausulam, *omni modo meliori.* num. 180.  
 Exceptio dilatoria, etiam si apponatur post lapsum terminum octo dierum, adhuc Judex tenetur super illam declarare, nec potest eam ex officio repellere, si pars non opponat de lapsu termini cum decisione Regii Senatus. num. 181.  
 Exceptio rei judicatæ oritur in favorem succedentium in fideicom-

- miffo ex fententia lata in favorem hæredis gravati, & illis pro-  
 deft, & nocet cum decifione Regii Senatus. num. 191.  
 Exceptio rei judicatæ potest opponi à fucceffore obtinentis fenten-  
 tiam quodcumque ratione juftæ ignorantia. num. 193.  
 Exceptione prohibita, non cenfetur prohibita retentio. num. 271.  
 Exceptio retentionis impedit executionem fententiæ quamvis in ea  
 refervata non fit. num. 272.  
 Exceptio retentionis fententiam non impugnat. num. 273.  
 Exceptiones modificativæ fententiarum, & quæ directo fententiam  
 non impugnant, poffunt quodcumque opponi ante totalem  
 executionem fententiæ. *ibid.*  
 Exceptio non impeditur per confufionem actionum ex aditione re-  
 fultantem. num. 445.  
 Exceptiones modificativæ fententiæ, & directo eam non impug-  
 nantes, poffunt opponi etiam fi fententia fit tranfacta in rem ju-  
 dicatam. num. 273.  
 Exceptio juris tertii exclusiva juris agentis potest opponi, & objici  
 à reo in caufa. num. 563.  
 Exceptio rei judicatæ fuit oppofita in præfenti caufa per Marian-  
 nam, & Emanuelem Guiamet. num. 3. & 100. & 178.  
 Exceptioni rei judicatæ per dictos Guiamets oppofitæ, non contra-  
 dixit Nicolaus Solà. num. 4. 101. 178. cum feqq. & 182.  
 Exceptio rei judicatæ fuit oppofita in præfenti lite per conjuges  
 Portas. num. 102.  
 Exceptio rei judicatæ fuit oppofita per hanc partem in præfenti li-  
 te. num. 103. & 180.  
 Exceptioni oppofitæ non contradicens cenfetur adhærere oppofi-  
 tioni, quamvis meritis exceptionis non adhæreat. num. 4. 101. &  
 178. & 182.  
 Exceptio rei judicatæ ex fententia Regia Rubi de Marimon, resul-  
 tat in hac caufa contra Regiam fententiam de Ribera. num. 3. &  
 à num. 82. ad 145.  
 Exceptio nullitatis fententiæ, & reftitutio in integrum adverfus  
 fententiam fimul concurrere poffunt. num. 56.  
 Exceptio fine actione agis, obftat adverfanti. num. 208.  
**EXCUSSIO.** Excuffio ceffat quoties debitor excutiendus formavit  
 creditorum confenfum. num. 136.  
 Excuffio ceffat quoties debitor eft inops, & pauper. num. 137.  
 Excuffio ceffat pro dote fi maritus eft pauper. num. 137.

**EXECUTIO.** Executionis decretum Regiæ sententiæ, & provisionis expensarum petitur, & providetur. num. 33. ad 35.

Executioni Regiæ sententiæ de Ribera, & extractioni executorialium, supersedendum fore, & esse prætenditur in præsentibus Juris Articulis. num. 42. 516. 569. & 570. & passim.

Executio Regiæ sententiæ suspenditur per restitutionem in integrum adversus illam imploratam non calumniosè. num. 46.

Executio Regiæ sententiæ suspenditur per restitutionem in integrum, etiam si provisum sit decretum executionis, re integra, & executione non cœpta. num. 47.

Executio Regiæ sententiæ suspenditur per restitutionem in integrum, etiam si restitutio requirat altiore indaginem, & ita praxis observat. num. 48.

Executio sententiæ suspenditur pendente cognitione nullitatis illius. num. 54.

Executio sententiæ impeditur per nullitatis exceptionem. *ibid.*

Executio sententiæ non solum impeditur per nullitatem notoriam, sed per nullitatem semel probatam in processu. num. 55.

Executio sententiæ impeditur per exceptionem defectus jurisdictionis. num. 55. & 363. in fine.

Executio sententiæ suspenditur per exceptionem retentionis, etiam si non sit reservata in sententia, maximè media restitutione in integrum. num. 272.

Executio sententiæ non justificatæ ex actis non datur. n. 337.

Executio sententiæ non excludit exceptiones modificativas, licet sententia sit transacta in rem judicatam. num. 273.

Vide verbo, *Exceptio, Sententia, Restitutio.*

**FEUDUM.** Feudum de jure Cathalonix hypothecari valet absque domini directi consensu. num. 294.

De feudo ad emphyteusim valet argumentum, & è contra, & quomodo. num. 294.

**FIDEJUSSOR.** Fidejussores novatione principalis obligationes liberantur, & extinguuntur, nisi creditor protestetur. num. 425.

Fidejussores non liberantur per novationem necessariam, seu accumulativam, & argumentativam. num. 421. & 425.

Fidejussoria obligatio est accessoria principali. num. 131.

Fidejussores tolluntur, & limitantur si obligatio principalis tollitur, & limitetur ex causa quæ vulnerat bona obligata, & obligationem. n. 131.

Fidejuffori prodest sententia lata pro reo principali ex causa quæ tangit, & vulnerat bona obligata. num. 132.

Fidejuffori prodest res judicata favore rei principalis, lata contra creditorem, etsi non sit citatus fidejuffor. num. 133.

*FILIATIO, FILIUS, FILII.* Filiatio probatur ex assertione patris, avi, & matris in testamento, & hæredis institutione etiam in præjudicium tertii in antiquis, & concurrentibus adminiculis cum decisione Senatus. num. 532.

Filii in conditione positi à testatore regulariter non censentur dispositivè vocati. num. 536.

Filii in conditione positi ex conjecturis censentur dispositivè vocati. num. 537.

Filii in conditione positi ex duabus conjecturis censentur vocati in Senatu Cathalonix. num. 540.

Filii in conditione positi, si sunt gravati à testatore, conjecturantur vocati in Senatu Cathalonix. *ibid.*

Filii in conditione positi conjecturantur vocati in Senatu Cathalonix, si sunt expressè vocati filii remotioris substituti. num. 541.

Pro qua opinione adsunt plures decisiones Regii Senatus Cathalonix. num. 542.

Filii in conditione positi quare censeantur vocati ex vocatione filiorum remotioris substituti. num. 543.

Filii in conditione positi, & vocati ex conjectura vocationis filiorum remotioris substituti; succedunt testatori vulgariter, si filii remotioris sunt vulgariter vocati. num. 544.

Filii in conditione positi succedunt fideicommissariè, si filii remotioris vocantur fideicommissariè. *ibid.*

Filii in conditione positi, succedunt etiam fideicommissariè, eorum patre mortuo post aditam hæreditatem si filii remotioris substituti sunt vocati vulgariter in fideicommissum per verba, *y ell premort*, ex mente Reg. Senatus. n. 544. 548. 549. & 550. toto.

Filii in conditione positi etiam si sunt expressè vocati in casu vulgaris substitutionis, censentur vocati per fideicommissum à testatore, ex quo filii remotioris substituti sunt vocati in casu vulgaris in fideicommissum per verba, *y ell premort*, de mente Regii Senatus. num. 545. ad 551.

Ratio hujus conclusionis adducitur. num. 545.

Filii in conditione positi, censentur vocati in ea parte in qua ponuntur in conditione ex conjectura quod in alia parte testamenti sunt expressè vocati. n. 546.

- Filii in conditione positi, si sunt in alia parte testamenti expressè vocati, & sunt vocati filii remotioris substituti, conjecturantur vocati in ea parte, in qua sunt positi in conditione. n. 547.
- Filii in conditione positi, & vocati expressè in casum vulgaris, ex conjectura gravaminis non censentur vocati in ea parte in qua sunt positi in conditione de mente Reg. Senat. num. 551.
- Ratio hujus dicti adducitur. ibid.
- Filii in conditione positi, ut censeantur vocati ex conjectura vocationis filiorum remotioris substituti, filii remotioris debent esse vocati sub appellatione filiorum. num. 552.
- Filii in conditione positi vocati censentur quando testatur digressus est ad plures gradus, maxime si sint descendentes testatoris. n. 552.
- Filii si pluries sunt positi in conditione conjecturantur vocati. n. 155.
- Filii si ponuntur in conditione sub qualitate legitimitatis conjecturantur vocati si concurrunt alia conjecturæ. num. 356.
- Filii in conditione positi, & ex conjecturis vocati per fideicommissum, possunt mortuo patre, revocare alienata si quæ sunt aliqua ex fideicommissis. num. 561.
- Filii in conditione positi, censentur vocati si in remotioribus substitutionibus est facta expressa extraneorum vocatio cum decisione Senatus. num. 557.
- Filius hæres amittit trebellianicam si non facit inventarium de jure Cathalonix. num. 567.
- Filii in conditione positi, & ex conjecturis vocati reputantur, ac si essent expressè substituti, & vocati. num. 553.
- FORMA.** Forma provisionis faciendæ in hac causa adducitur. n. 394.
- Forma provisionis concedendi supersedimentum contra sententiam, & decretum executionis virtute restitutionis in integrum implorata. num. 394.
- Forma provisionis concedentis duos menses in restitutione implorata à minoribus contra sententias Regias in judicatum transactas. num. 395.
- Forma supplicationis citationis pro evictione remissivè. n. 397.
- Forma supplicationis ad evocandam causam à Regia Audientia ad Vice-Regiam, & à Vice-Regia ad Regiam Audientiam etiam in causa dubii traditur. num. 363.
- Forma pro citatione procuratoris, vel successoris, mortuo principali, vel procuratore remissivè. num. 345.
- Forma requisita à lege, seu statuto specificè est adimplenda sive à patre etatur, sive non petatur. n. 339.

Forma in Constitutionis , legibus , seu statutis per quæ verba inducatur. num. 345.

Forma à lege , vel ab homine requisita si ad unguem non observetur omninò corrumpit actus. num. 345.

Forma etiam debet observari in superfluo. num. 345.

Forma debet specificè adimpleri , & non per æquipollens. *ibid.*

## G

*GALCERANDUS MASDEU.* Galcerandus Masdeu , & Cæcilia Masdeu , & Solà conjuges uti succedentes Nicolao Solà , citarunt ad continuandam præsentem litem prætenfos Tutores , & Curatores Nobilis pupillæ de Potau , & Ferràn. num. 9.

*GELTRUDIS FERRAN VIDUA.* Geltrudis Ferràn vidua , condemnata uti tutrix filiæ suæ , est usufructuaria hæreditatis Michaellis Ferràn , & Lledò viri sui. num. 384.

Geltrudis Ferràn non successit Josepho Lledò , neque Emanueli Guiamet , & Lledò. num. 498.

*GESTIO.* Gestio pro hærede , seu immissio hæreditatis paternæ inducitur ex distractione rei hæreditariæ brevi tempore non peritura. num. 529.

*GUBERNATOR CATHALONIÆ.* Gubernator Generalis Cathalonix , absente , vel mortuo domino Rege , Pro-Rege , ac Primogenito æquiparatur Præsidi Provinciæ. num. 361.

Gubernator in dicto casu mortis , vel absentix prædictorum , habet Vice-Regiam Audientiam in Cathalonia. *ibid.*

Gubernator in dicto casu omnia negotia , & causas tam Civiles , quàm Criminales Cathalonix determinat cum sua Vice-Regia Audientia. *ibid.* Vide , *Evocatio.*

## H

*HÆRES, HÆREDITARIA.* Hæreditaria res esse præsumitur si distrahitur ab hærede tamquam hærede , & uti hæreditaria , maximè contra hæredem & ab eo causam habentem. n. 529.

Hæres non conficiens inventarium , amittit Trebellianicam de jure Cathalonix etiam si sit filius. num. 569.

Hæres gravatus sub fideicommissio conditionali , vel die incerto , interim pendente conditione fideicommissi potest hypothecare , & alienare bona fideicommissi. num. 561.

Hæres sub conditione gravatus pendente conditione est dominus bonorum fideicommissi. num. 561. & 150.

Hærede gravato mortuo , & purificato fideicommissio alienationes , & hy-

& hypothecę bonorum fideicommissi ab illo factę corruunt, &  
 rescinduntur. num. 561.

Hæredis gravati jure resolutio per purificationem fideicommissi cen-  
 sus, jus dominii illius resolvitur, & hypotheca extinguitur. ibid.

Hæres gravatus potest vendere, & creare censuale super bonis fi-  
 deicommissi pro solvenda dote. num. 150. & 151.

Hæres gravatus pro solvenda, restituenda, constituenda dote, inte-  
 resse, appendicibus, & expensis necessariis matrimonii, potest alie-  
 nare bona fideicommissi. num. 150. & 563.

Hæredi gravati possunt sui censualia absque decreto Judicis, & cau-  
 sa cognitione. num. 454.

Hæredes, & successores sunt interpretativè eadem personæ cum tes-  
 tatore, & defuncto. num. 106.

**HIERONYMUS PORTAS PATER ANTONII PORTAS.** Hiero-  
 nymus Portas dedit Antonio Portas ejus filio, contemplatione  
 matrimonii, omnia bona præsentia, & futura, cum reservatione  
 sola bis mille librarum, & usufructu, sub obligatione, & hypothecâ  
 generali. num. 85. 219. & 411.

Hieronymus Portas tempore quo fecit donationem, nihil aliud in  
 bonis dicebatur habere quam prætensum Mansum Portas. n. 241.

Hieronymus Portas tempore quo fecit donationem erat obstrictus,  
 & obligatus pluribus creditis. n. 241. cum seq.

Hieronymus Portas consumpsit bona dotalia Marianne Portas nu-  
 rus suæ. ex num. 253.

Hieronymus Portas post donationem, & ante creationem censualis  
 firmavit debitorium 580 ₰ platæ Petro Badia. n. 261. & 279.

Hieronymus Portas ante creationem censualis adversantis, & post  
 donationem se obligavit quamplurimis creditis. n. 264.

Hieronymus Portas post firmatam donationem tam nomine pro-  
 prio, quàm uti procurator Michaellę, Antonii, Marianne Portas,  
 uxoris filii, & nurus suę respectivè, plura contraxit debita firma-  
 vit obligationes, & fecit alienationes. n. 86. & 414.

Hieronymo Portas mortuo Michaella, Antonius, & Marianna, for-  
 marunt causam universalem concursus creditorum domus de Por-  
 tas, in qua citati fuerunt, & comparuerunt Magnus Paulus  
 Guimet Reg. Aud. Doctor, tanquam pater, & legitimus Admi-  
 nistrator Emanuelis Guimet, & Lledò, & eo nomine præten-  
 sitor, & dominus Mansi Portas, & Nicolaus Solà pater Cę-  
 cilia Masdeu, & Solà adversantis, tanquam creditor præten-  
 debi-

- debitorii, & censualis de quo agitur. num. 87. & 413.
- Hieronymi Portas heres tantum declaratur obligatus censuali adversantis pro bis mille libris reservatis à Hieronymo in donatione matrimoniali filii sui in & cum sententia Rubi de Marimon in judicatum transacta. num. 92. 416. & 423.
- Hieronymus Portas post donationem perfectam, & rem traditam non potuit bona donata obligare censuali saltem extra reservationem, nec etiam intra eam, rigore juris attento. à n. 148. ad 158.
- Hieronymi Portas bona omnia, & possessores illorum remanserunt liberati à præstatione censualis adversantis post declarationem Rubi de Marimon in judicatum transactam præter Michaellam tantum propter bis mille libras reservatas à Hieronymo. n. 127. ad 145. 493. & 494.
- Hieronymus Portas tantum se obligavit ad solvendum pensiones censualis adversantis die 21. Junii 1617. & à dicto die in posterum. num. 167. cum seq.
- Hieronymus Portas ex die factæ donationis filio suo, usque ad diem 21. Junii 1617. creati censualis adversantis consumpsit reservationem bis mille librarum sibi factam. n. 213. 218. ad 269.
- Hieronymus Portas habet obligatam restitutioni dotis Mariannæ Portas nurus suæ bis mille libras reservatas saltem in subsidium à die 15. Februarii 1614. contracti matrimonii. n. 219. ad 260.
- Hieronymus Portas non potuit hypothecare præfatum Mansum Portas tanquam emphyteuticarium absque consensu domini directi. num. 279.
- Hieronymus Portas ab adversante non fuit probatus dominus Mansi Portas, neque de dominio præfato fit mentio in sententia de Ribera pro ut requirebatur. n. 307. ad 309. & n. 471. ad 474. & 490.
- Hieronymus Portas minor, heres Hieronymi Portas majoris fuit gravatus de restituenda hereditate Antonio Portas ejus filio. n. 535. cum seq.
- Hieronymus Portas minor heres gravatus plures alienationes fecit ante creationem censualis, & debitorii adversantis. num. 564. & 241. ad 250.
- Hieronymus Portas minor heres gravatus alienationibus antecedentibus ad censuale, & debitorium consumpsit detractiones præteritas. num. 564.
- Hieronymus Portas minor renunciavit legitimæ paternæ in capitulis matrimonialibus. num. 566.



- Hieronymus Portas minor tanquam hæres gravatus non potuit alienare, seu hypothecare Manium Portas. n. 560. cum seqq.
- HIERON. PORTAS MAJOR PATER HIERONIMI.* Hieronymus Portas major, pater alterius Hieronymi Portas, erat dominus Mansi Portas. num. 525. ad 534.
- HISTORIA, ET CHRONICA.* Historiis, & Chronicis est credendum. num. 464.
- HYPOTHECA.* Hypotheca, & alienatio bonorum fideicommissi, purificato fideicommissio rescinduntur, & corruunt. num. 561.
- Hypotheca Mansi Portas prætenfa quando censuali adversantis fuit omninò extincta per mortem Hieronymi Portas hæredis gravati, & hypothecantis. num. 561.
- Hypothecæ, & pignora principalis obligationis extinguuntur novatione, nisi repetantur in contractu novante. num. 425.
- Hypotheca Mansi Portas fuit omninò extincta per consensum, seu ratihabitionem Nicolai Solà creditoris prætensi Regiæ sententię Rubi de Marimon in judicatum transactæ. num. 111. ad 126. 204. ad 210.
- Hypotheca extinguitur si creditor consensit alienationi rei hypothecatæ. num. 112. 113. & 117.
- Hypotheca extincta per consensum creditoris præstitum alienationi rei hypothecatæ, non reviviscit quamvis res redeat iterum ad manus debitoris. num. 114.
- Hypotheca extinguitur per adjudicationem rei hypothecatæ facta per sententiam, præfente, & tacente creditore. num. 115. 116. & 117.
- Hypothecata extinguitur per licitationem factam rei hypothecatæ ex Judicis mandato quo ad creditores præfentes, & interessentes in judicio, ibid.
- Hypothecæ extinctionis ratio ex consensu ratihabitione, creditoris præstita alienationi rei hypothecatæ. num. 118. cum seqq.
- Hypothecæ obligatio, est accessoria principalis obligationis. num. 131.
- Hypotheca tollitur, & limitatur si obligatio principalis limitatur, & tollitur ex causa quæ tangit, & vulnerat obligationem, & bona obligata. ibid.
- In hypotheca influit, & operatur sententia lata inter creditorem, & debitorem super debito principali. num. 133.
- Hypothecæ tertio possessori prodest res judicata favore rei principalis.

- palis contra creditorem obtenta etiam si in causa citatus non sit tertius possessor. *ibid.*
- Hypothecæ si non prodest sententia lata super debito principali inter creditorem, & debitorem multa sequeretur absurda. n. 136. cum seq.
- Hypotheca semel extincta amplius non reviviscit. num. 206.
- Hypothecam semel extinctam amplius partes non possunt resuscitare. *ibid.*
- Hypothecari non possunt bona donata pensionibus censualis creati pro exsolvendo debito ante donationem contracto. num. 153.
- Hypothecari non potest res aliena sine expresso domini consensu. num. 153.
- Hypotheca rei alienæ non valet. *ibid.*
- Hypothecari non possunt bona donata donatione perfecta, & re tradita. num. 148. 152. & 156.
- Hypothecarum repetitio in secundo contractu semper intelligitur in id tantum quod debebatur ex primo contractu, non in plus. n. 163.
- Hypotheca, & pignoris obligatio interdicta censetur alienatione prohibita. num. 291.
- Hypotheca est species alienationis. num. 292.
- Hypothecare, & obligare bona idem sunt. num. 293. & 468.
- Hypothecari potest feudum absque domini consensu de jure Cathalonix num. 294.
- Hypothecari, obligari, nec aliter alienari potest res emphyteutica absque domini directi consensu de jure Cathalonix. num. 289. cum seq. & 468.
- Hypothecæ prætensi Mansi Portas non intercessit firma domini directi. num. 298.
- Hypothecaria actio, quæ requirat ad sui probationem latè. à n. 301.
- Hypothecaria actio requirit probationem domini rei hypothecatæ in hypothecante, & quando. num. 302.
- Hypothecaria actio requirit probationem possessionis rei hypothecatæ in reo convento. num. 304.
- Hypothecaria actio requirit probationem idemtitatis rei possessæ à reo, & hypothecatæ. num. 303.
- Hypothecatæ rei idemtitas non fuit probata ab adversante in hac lite. num. 305.
- Hypothecariæ actionis condemnatio, & sententia quomodo concipi debeat. num. 301.

Hypotheca est stricti juris , & strictæ interpretanda. n.306.  
Hypothecaria actio non confunditur aditione. num.448.  
Hypotheca dotis expressata in capitulis matrimonialibus retrotrahitur ad tempus contracti matrimonii in præjudicium creditorum, & alienationum medio tempore contractarum quamvis restitutio dotis ex post facto fiat. num.460. & 252.

I

*IDEMTITAS.* Idemtitas rei hypothecatae , & contentiosae debet probari in actione hypothecaria. num.303.

Idemtitas rei hypothecatae , & contentiosae non exitit probata per actorem in hac causa. num.305.

Idemtitas interpretativa personarum consideratur inter defunctum, & hæredem. num.106.

*IGNORANTIA.* Ignorantia adversus disposita in Constitutionibus non prodest , nec valet allegari. num.567.

Ignorantia juris non præsumitur. *ibid.*

Ignorantia juris , & legum non excusat , saltem si agatur de lucro captando. *ibid.*

Ignorare juris dispositionem est lata culpa. *ibid.*

Ignorantia justa considerari debet in hac Nob. pupilla , & Emanuelis Guiamet uti pupillis, & minoribus. num.194.

Ignorat quæ agit infans. num.190.

Ignorat quæ agit pupillus. num.522.

*INFANS.* Infantis nullus est consensus. num.190.

Infans ignorat quæ agit. *ibid.*

*INSTRUMENTA.* Instrumenta de novo reperta regulariter non rescindunt sententiam in iudicatum transactam cum limitationibus. num.518. ad 525.

Instrumenta de novo reperta, quæ dicantur, & quæ debeant continere ut retractetur sententia in iudicatum transacta remissivè. n.422.

Instrumenta de novo reperta sunt ab hac Nob. pupilla ad retractandam sententiam in iudicatum transactam. num.524. cum seq.

Instrumenta de novo reperta, non rescindunt transactionem. n.518.

Instrumentum producens videtur fateri omnia in eo contenta esse vera. num.528. & 296.

Instrumentum producens videtur fateri omnia in eo contenta esse vera , etiam quo ad verba enunciativa , maximè si verba enunciativa apponantur super actum in quo producens confitendo sibi posset præjudicare. num.528.

Instrumentum unicum recognitionis domini directi probat rem recognitam fuisse in bonis recognoscentis nisi de errore doceatur. num. 530.

Instrumentum per 40. annos dicitur antiquum. *ibid.*

Instrumenta alienationis, conductionis, concessionis in feudum licet authentica non probant dominium in alienante, aut concedente. num. 472.

Instrumenta noviter exhibita ad justificandam restitutionem in integrum imploratam referuntur. ex n. 67. & n. 523. & 524.

Instrumentum creationis censualis petiti demonstrat clarè solum deberi pensiones à die quo fuit creatum, quamvis descendat ex mutuo antecedenti. num. 167.

Instrumentum in quo res hypothecatur, non probat rem hypothecatam fuisse hypothecantis. num. 473.

Instrumentum recognitionis domini directi, probat dominium directum contra recognoscentem, & habentem causam ab eo. n. 532.

**INTERESSE.** Interesse, & sortis eadem est anterioritas si procedunt ex eodem fonte. num. 161.

Interesse dotis potest solvi de bonis fideicommissi. n. 561. & 150.

**INVENTARIUM.** Inventarii confectio impedit confusionem actionum inter hæredem, & defunctum ex aditione resultantem. num. 444.

Inventarii ommissio impedit detractionem Trebellianicæ omnibus hæredibus etiam filiis de jure Cataloniae. num. 567.

**JUS.** Jus ignorare est lata culpa. num. 567.

Juris ignorantia non presumitur. *ibid.*

Jus percipiendi pensiones pro sorte, & pretio venditur à creatore censualis emptori illius. num. 422.

Juri ex sententia quesito postumus renuntiare. num. 189.

Jus tertii exclusivum juris agentis potest opponi à reo. num. 563.

**JUDEX, JUDICIUM.** Judex non impertitur officium suum nisi petente parte. num. 357.

Judices Regiæ Audienciæ tenentur in sententiis diffinitivis exprimere motiva, quæ moverunt ad ita declarandum. num. 308.

Judicialis confessio ante acceptationem partis potest corrigi, & emendari. num. 451. Vide, *Confessio.*

Judicialis actus est potentior extrajudiciali. num. 123.

Judicandum non est de sententia in judicatum transacta, sed secundum eam judicandum. num. 158.

In iudicio præfens, & tacens consentire videtur. num. 119.  
In iudicio taciturnitas non solum inducit qualem consensum, sed irrevocabilem. num. 120.  
In iudicio simplex præsentia habet vim stipulationis. num. 124.  
In iudicio quali contrahitur. num. 125.  
In iudiciis idem operatur consensus tacitus quam expressus. n. 121.  
In iudiciis gesta efficaciora sunt his quæ extra iudicium geruntur. num. 123.

In iudicio quasi contrahitur liti contestatione. num. 125.  
In iudicio quasi contrahitur per sententiam. *ibid.*  
In iudicio celebratur novatio necessaria accumulativa, & augmentativa. num. 421. & 425.

Judex tenetur declarare super exceptione dilatoria opposita extra terminum, si pars non opponat de lapsu termini, non potest illam ex officio repellere cum decis. Regii Senatus. num. 181.

Judex ex officio tenetur agentem sine actione repellere etiam parte non opponente. num. 208.

**JURISDICTIO.** Jurisdictionis defectus invalidat procedimenta retro facta, & semper locum obtinet. num. 363.

Jurisdictionis defectus impedit executionem sententiæ. n. 55. in fin.

Jurisdictionem respicit defectus evocationis. num. 363.

## L

**LEGITIMA.** Legitimæ potest renunciari. num. 566.

**LEX.** Lex prohibitiva semper censetur habere clausulã derogatoriam, quamvis post prohibitionem actum expressè non annullat. n. 466.

Lex non potest habere verba superflua. *ibid.*

Lex, vide verbo, *Ignorantia.*

Legis forma ex quibus inducatur. num. 345.

Legis forma specificè est adimplenda, sive à parte petatur, sive non. num. 339.

Legis forma si ad unguem non observetur omninò corrumpit actus etiam in superfluo. num. 345.

Legis forma non potest adimpleri per æquipollens. *ibid.*

Legis naturalis, Civilis, Canonica, & Evangelica est defentio. n. 347. Vide, *Defensio.*

Legis verba, vide, *Verba.*

Lex ita debet intelligi ne maneat sine effectu. num. 468.

**LITES.** Lites non sunt multiplicandæ. num. 356.

Lite contestata cessat actionum confusio ex aditione resultans. num.

**LOCUMTENENS.** Locumtenens Generalis Cathalonix in causis Criminalibus habet votum, exclusa votorum paritate. n. 548.

Locumtenens Generalis Cathalon. in Causis Civilibus non habet votum, nisi data votorum paritate. num. 548.

Locumtenens Generalis Cathalon. in causis Civilibus, ubi datur paritas votorum, facit cessare paritatem suo voto, & ita observatur. num. 548.

**LUITIO.** Luitione, & quitatione perimuntur census, & censualia. num. 454. Vide verbo, *Censualia.*

M

**MANSUS PORTAS.** Mansus Portas fuit liberatus ab hypotheca prætensi censualis, & debitorii per mortem Hieronymi Portas minoris, hæredis gravati, & purificationem fideicommissi. n. 562, Mansus Portas, & reliqua bona fideicommissi Hieronymi Portas majoris, remanserunt obligata restitutioni dotis Mariannæ Portas, & Sunyer uxoris fideicommissarii. num. 460. 252. & 563.

Mansus Portas non potuit hypothecari censuali petito, sine licentia, & firma Baronum de Marinyano. n. 297. 463. ad 470. & 491.

Mansus Portas est sub directo dominio, & allodio Baronum de Marinyano. num. 296.

Mansus Portas erat Hieronymi Portas majoris, patris alterius Hieronymi Portas. num. 526. ad 533.

Mansi Portas dominum fuisse Hieronymum Portas minorem non constat in processu, nec fit mentio de tali dominio in sententia de Ribera pro ut tenebatur. n. 307. ad 309. & 471. ad 474. & 490.

Mansus Portas non constat in processu fuisse possessum à Tutoribus prætensis hujus Nob. pupillæ, neque ab illa tempore latæ sententiæ, neque ex post. n. 310. ad 338. 476. ad 485. & 499.

Mansus Portas an sit hypothecatus censuali adversantis dubitatur. num. 305. 306. & 316.

Mansi Portas venditio fuit declarata valida quo ad Hieronymum, Antonium, Michaellam, & Mariannam per sententiam Rubi de Marimon in judicatum transactam. num. 89. 414. & 461.

Mansus Portas fuit liberatus, & solutus à prætensa hypotheca censualis adversantis per sententiam Rubi de Marimon, & consensum præstitum à Nicolao Solà creditore prætense illius alienationi. n. 111. ad 145. 204. ad 211. 417. & 497.

Mansus Portas prius hypothecatus, & obligatus dicitur restitutioni dotis Mariannæ Portas, & Sunyer ex die 15. Februarii 1614. quam

censuali adversantis ex die 21. Junii 1617. num. 170. 252. & 281.  
 Mansi Portas retentio est danda pro quantitibus designatis artic. 9.  
 à n. 270. ad 288. & n. 298. 444. 459. ad 462. 469. & 512.  
**MARIANNA.** Marianna Guiamet vidua Magnifici Pauli Guiamet  
 Reg. Audientiæ Doctoris, fuit citata ad præsentem causam. n. 2.  
 Marianna Portas, & Sunyer fuit absoluta, & perpetuo liberata ab  
 obligatione, & præstatione debitorii, & censualis petiti. num.  
 90. 91. 415. & 563.  
 Marianna Portas, & Sunyer nurus Hieronymi Portas donatoris, ap-  
 portavit Antonio Portas in dotem omnia bona sua. num. 220.  
 Marianna, & Antonius Portas conjuges, & Michaela Portas mater,  
 & socrus respectivè, formarunt in Regia Audientia causam uni-  
 versalem concursus creditorum. num. 87. 238. & 413.  
 Marianna, & Antonius Portas conjuges, & Michaela Portas, fue-  
 runt tractati ut pauperes in causa universali concursus credito-  
 rum de Rubi, & in præsentem de Ribera. num. 239.  
 Mariannæ Portas, & Sunyer fuit consumpta dos à focero, & mari-  
 to. Vide verbo, *Dos*.  
 Mariannæ Portas, & Sunyer doti fuerunt obligata omnia bona, &  
 reservatio foceri, & mariti. Vide verbo, *Dos, Hieronymus, reser-*  
*vatio.*  
 Marianna Portas, & Sunyer firmavit cum jurium cessione venditio-  
 nem Mansi Portas factam antecessoribus hujus Nobilis pupillæ.  
 num. 450. & 281.  
 Mariannæ Portas, & Sunyer firma pro dote cum jurium cessione  
 quid importet. *ibid.*  
 Mariannæ Portas, & Sunyer firma interposita in venditione Mansi  
 Portas, valida fuit declarata, in & cum sententia Rubi de Mari-  
 mon. num. 461.  
 Marianna Portas, & Sunyer pro sua dote est prior, & anterior cre-  
 ditrix in Manso Portas, & reliquis bonis foceri, & mariti, etiam  
 in reservatione, quam adversans pro pensionibus censualis. num.  
 460. 281. & 252.  
 Marianna Portas, & Sunyer haberet retentionem in bonis mariti, fo-  
 ceri, & reservatione, quamvis ista solum in subsidium esset ob-  
 ligata doti, pro dote alienata. num. 281. & 450.  
**MICHAEL FERRAN, ET LLEDO.** Michael Ferran, & Lledò  
 Civis honorat. Barchin. nunquam fuit citatus ad præsentem cau-  
 sam. num. 8. 192. & 483.

Michael Ferràn, & Lledò, si fuisset citatus in præsentì causa potuisset de novo opponere exceptionem rei judicatæ resultantem ex Regia sententia Rubi de Marimon in præsentì litè ex propria persona tanquam fideicommissarius. num. 192.

Michael Ferràn, & Lledò non successit Emanueli Guiamet, & Lledò. num. 498.

Michael Ferràn, & Lledò, non successit Josepho Lledò. num. 498.

Michael Ferràn, & Lledò solum successit in fideicommissò Jacobi Lledò avi sui, ordinato per Don Salvatorem Fontanet Regentem in Supremo Aragonum Consilio, avunculum suum, & purificato per mortem Josephi Lledò, & Emanuelis Guiamet absque prole legitima. num. 498. & 191.

Michael Ferràn, & Lledò est pater legitimus, & naturalis hujus Nobilis pupillæ. num. 192. & passim.

*MINOR.* Minor restitutus adversus sententiam in judicatum transactam potest opponere exceptiones dilatorias antea non oppositas, vel non rectè oppositas, num. 50. & 201.

Minor restitutus adversus sententiam in judicatum transactam potest opponere exceptiones peremptorias antea non oppositas, vel non rectè oppositas. num. 51. & 202.

Minor restituitur adversus sententiam in judicatum transactam propter instrumenta noviter reperta. num. 521.

Minor denunciatio processu restituitur ad faciendum id quod in tempore, & jure ordinario potuit facere, & non fecit. num. 406.

Minor non potest in præjudicium litis consortium renunciare termino restitutionis sibi concessio. num. 406.

Minor restituitur adversus exceptiones peremptorias non oppositas, aut non rectè oppositas. num. 200.

Minor restituitur adversus exceptiones dilatorias non oppositas, si notabile damnum afferunt cum decis. Regii Senatus. num. 200.

Minori restituto dantur duo menses. num. 406.

Minori restituto adversus statum causæ denunciatio jam processu, est iterum processus denunciandus. ibidem.

Minoribus de jure conceditur restitutio adversus sententiam in judicatum transactam. num. 45.

Minoribus de jure conceditur restitutio adversus decretum executionis provisum. ibid.

Minori possunt lvi censuaria absque decreto, & causæ cognitione. num. 454. Vide verbo, *Restitutio*.



*MOTIVA.* Motiva sunt pars sententiæ. num. 433. & 308.  
Motiva declarant sententiam. num. 433.  
Motiva debent exprimi in sententiis diffinitivis Regiæ Audientiæ.  
num. 308.

Motiva interpretationem dant sententiæ maximè in Cathalonia,  
num. 433.

*MULTA.* Multa collecta juvant, quæ singula non profunt. n. 339.

*MUTUUM.* Mutuum si fit pretium emptionis, seu censualis celebratur novatio, late ex num. 169. num. 427. & 430.

Mutuum si convertitur in sortem, seu pretium censualis, non potest peti. num. 169. 215. & 430. Vide *Censuale.*

N

*NICOLAUS SOLA.* Nicolaus Solà introduxit præsentem causam 23. Junii 1635. petens 300 ₰ ex pensionibus cessis ex dicto censuali contra Magnificum Paulum Guiamet, uti patrem, & legitimum Administratorem Emanuelis Guiamet, & eo nomine prætenfum possessorem Mansi Portas. num. 1.

Nicolaus Solà non contradixit oppositioni exceptionis rei judicatæ resultantis ex sententia Rubi de Marimon factæ per antecessores hujus partis, & alios. num. 4. 101. 178. & seq.

Nicolaus Solà per non contradictionem oppositioni exceptionis rei judicatæ, censetur oppositioni adhærere quamvis non meritis exceptionis. num. 4. 101. 178. & 182.

Nicolaus Solà fuit citatus, & comparuit in causa universali concursus creditorum domus den Portas coram Rubi de Marimon tanquam creditor prætenfus debitorii, & censualis. num. 87.

Nicolaus Solà in lite Rubi de Marimon petiit debitorium, & censuale præfarum exhibuit instrumenta debitorii, & censualis, & eadem instrumenta quæ exhibuit in hac causa, non plura, nec alia, & opposuit formiter de anterioritati illorum. num. 88. 107. 108. & 420.

Nicolai Solà censuale fuit declaratum tantum esse solvendum à Michaela ex bonis Antonii, & Hieronymi Portas propter bis mille libras reservatas cum sententia Rubi de Marimon in judicatum transacta. num. 92. & 93.

Nicolai Solà censuali, & debitorio non sunt obligatæ Marianna Portas, Michaela, nec Antonius ex bonis propriis, sed imò liberati ab illo per sententiam Rubi de Marimon in judicatum transactam. num. 90. 91. & 415. 418. 419. & 420.

Nicolao Solà fuit personaliter intimata, & notificata sententia Rubi de Marimon. num. 110.

Nicolaus Solà amittit hypothecam prætersam in Manso Portas pro censuali, & debitorio per consensum, & ratihabitionem præstitam sententiæ Rubi de Marimon. num. 111. ad 144. 204. ad 210. 417. ad 492.

Nicolaus Solà post sententiam Rubi de Marimon amplius agere non potuit adversæ bona Hieronymi, Antonii, Michaellæ, Marianæ, nec possessores eorum nisi contra Michaellam tantum pro bis mille libris reservatis. num. 127. ad 145. 418. 432. 493. & passim.

Nicolaus Solà erat pater adversantis Cæciliæ Masdeu, & Solà. n. 106.

Nicolai Solà est filia, & hæres Cæcilia Masdeu, & Solà adversans. num. 106. 433. & 493.

*NOBILIS HÆC PARS*: Nobilis partis prætensi tutores fuerunt citati ad præsentem causam 30. Octobris 1666. n. 9.

Nobili parti non conceduntur litteræ citatoriæ ad citandos auctores laudatos mortuo procuratore pro continuanda causa etiam consentiente adversante, quo videtur defensio denegari num. 13. ad 16. n. 339. ad 358. late, & n. 396. ad 407.

Nobili parti etiam videtur defensio denegata quamvis in sententia de Ribera, quo ad evictonem reservetur jus in alio judicio. num. 354. ad 358. & 405.

Nobilis partis prætensio à n. 42. cum seq. n. 516. 569. & passim.

Nobili parti jam fuit concessus terminus duorum mensium præfixus restitutioni in integrum ad probandum in præsentem causa. num. 37. 74. ad 81.

Nobilis pars plures causas deducit, & probat ad obtinendum in restitutione. num. 57. ad 82.

Nobilis pars invenit duo præcipua instrumenta de novo ad retrahendam Regiam sententiam Nobili de Ribera. num. 523. & 524. cum seq.

Nobilis pars tempore latæ sententiæ de Ribera 30. Martii 1672. erat pupilla, cum nata sit 5. Aprillis 1661. num. 71. & 197.

Nobilis pars succedit fideicommissio Jacobi Lladò abavi sui, ordinato per Regentem Fontanet, per mediam personam Michaellis Ferràn, & Lledò patris sui. num. 192.

Nobilis pars tanquam hæres Michaellis Ferràn, & Lledò patris sui, & etiam ignorantia ratione potuisset, & possent opponere exceptio-

ceptionem rei judicatæ resultantem ex sententia Rubi de Mari-  
 mon. num. 192. 193. 203. & passim.

Nobilis pars habet retentionem in prætenso Manso Portas pro  
 quantitatibus, & creditis anterioribus expressis, saltem beneficio  
 restitutionis in integrum. à num. 270. ad 287. 298. 462. 469.  
 & 512.

Nobilis partis jus passivum non est probatum ab adversante. n. 476.  
 ad 485. & n. 310. ad 338. Vide per totum Indicem.

**NODUS.** Nodus non est quærendus in scirpo. num. 433.

**NOVA CAUSA.** Nova causa est sufficiens ad restitutionem in inte-  
 gram denegatam expressè iterum, atque iterum concedendum.  
 num. 64. & 65.

Nova causa dicitur, quæ de novo emerfit. num. 66.

Nova causa dicitur, & quæ aderat, sed non fuit allegata. *ibid.*

Nova causa dicitur, quæ fuit allegata, sed non probata. *ibid.*

**NOVATIO.** Novatio à novo, seu novando nomen accepit. n. 425.

Novatio quid sit, & comodo definiatur. *ibid.*

Novatione prior tollitur obligatio, & nova constituitur. *ibid.*

Novatione extinguuntur hypothecæ, pignora, fidejussores, & aliæ  
 accessiones primæ obligationis novatæ. *ibid.*

Novatione non extinguuntur pignora, & hypothecæ primæ obliga-  
 tionis novatæ, si hæc repetantur in secunda obligatione à cre-  
 ditore. num. 425.

Novatione non liberantur fidejussores primæ obligationis, si cre-  
 ditor protestetur de conservatione illorum. *ibid.*

Novatio est duplex voluntaria, & necessaria. *ibid.*

Novatio necessaria fit in judicio, & inducitur per sententiam. *ibid.*

Novatio voluntaria dicitur, quæ fit extra judicium. *ibid.*

Novatio voluntaria, & extra judicium facta, dicitur privativa, &  
 extincta prioris obligationis, & accessionem ejus. *ibid.*

Novatio necessaria quæ fit in judicio, dicitur accumulativa, & aug-  
 mentativa. num. 425. & 421.

Novatione necessaria, & in judicio facta prior obligatio, & acces-  
 siones non tolluntur, neque extinguuntur, sed perseverant, &  
 durant. *ibid.*

Novatio quomodo celebraretur pandectarum tempore remissivè,  
 num. 425.

Novatio hodie, & jure Codicis non fit, neque inducitur, nisi ex-  
 pressè dicatur, & agatur. num. 426.

Novatio hodie contracta censetur, & expressè fieri dicitur si ex conjecturis, & necessariis præsumptionibus appareat partes voluisse novare. *ibid.*

Novatio inducitur hodie ex incompatibilitate contractuum. *ibid.*

Novatio celebratur hodie quoties debitum ex causa mutui transfertur in pretium emptionis, seu censualis. n. 427. 169. & 504.

Novatio etiam hodie inducitur quoties causa unius contractus transfertur in alium contractum. num. 426. & 456.

Novatio inducitur ex incompatibilitate contractuum non obstante protestatione. num. 428.

Novatio resultans ex incompatibilitate contractuum non pendet ex voluntate contrahentium, sed ex juris necessitate. *ibid.*

Novatio inducitur ipso jure quando secundus contractus est incompatibilis cum primo. *ibid.*

Novationis expressio non requiritur intercedente contractuum incompatibilitate. *ibid.*

Novationis expressio non requiritur ubi ultimum pactum adversatur primo. *ibid.*

Novatio, vide verbo, *Protestatio, Conjectura.*

Novatione conversum mutuum in fortem, seu pretium censualis, amplius peti non potest mutuum. num. 169. 215. & 430.

Novatio inducitur per creationem unius censualis ex lutione alterius. num. 456.

Novatio inducitur quoties causa unius contractus in alium transfunditur. *ibid.*

Novatio inducitur quoties pretium unius venditionis transfunditur in pretium alterius venditionis. *ibid.*

**NULLITAS.** Nullitatis exceptio impedit sententiæ executionem. num. 53.

Nullitas notoria dicitur quæ ex actis constat. *ibid.*

Nullitas non notoria impedit executionem sententiæ, si pars patitur fieri probationes, & sint illæ insertæ in processu. num. 55.

Nullitatis, & restitutionis in integrum remedia possunt cumulari. n. 56.

Nullitas ob defectum jurisdictionis semper locum habet. num. 55.

Vide verbo, *Exceptio, Executio, Jurisdictio.*

Nullitas procedimentorum ob non observatam formam Const. *Statutum* 6. tit. de citacions, è *inhibicions*, recensetur. num. 339. ad 358. & 396. ad 408.

Nullitas resultans ob non evocationem adducitur n. 359. ad 361.

Nulli-

Nullitas ob non datam sententiam absque legitima instancia patet. num. 367. ad 370.

O

**OBJECTIONES.** Objectiones omnes adversantis eliduntur exceptione rei judicatae. n. 146. Vide verbo, *Adversans, Deductiones.*

P

**PACTUM.** Pactum secundum ubi adversatur primo, expressio non novandi, non impedit novationem. num. 428. & 430.

**PATER.** Pater filiorum in conditione positorum si illi ex conjecturis vocati fideicommissarie praesumuntur, censetur gravatus tacite de restituendo hereditatem illis post ejus mortem. num. 544. 553. & 561.

Pater consentiens matrimonio filii, & receptioni dotis factae à filio, qualiter remaneat obligatus restitutionis dotis nurus etiam in reservatis. num. 222. cum seq. Vide, *Dos reservatio.*

**PENSIO, PENSIONES.** Pensiones censuales cessae post denunciationem processus peti non possunt in dicto processu de mente Regii Senatus, & ratio adducitur n. 373. Vide, *Denunciatio.*

Pensiones censuales cessae durante usufructu, vel tenuta debent solvi ab usufructuario, vel tenentaria. num. 391. & 392.

Pensiones censuales petita ab adversante, non debent solvi de bonis tutelae Nobilis pupillae. ibid.

Pensiones censuales solum fuerunt petita in hac causa, & non fors, imò solum pensiones peti potuerunt. num. 169. 170. 215. 422. 430. & 431.

Pensionum censuales, tantum fuit facta condemnatio in Regia sententia, & non sortis censuales. num. 26. & 431.

Pensiones stipulatae post donationem pro debito ante donationem contracto, non sunt aes alienum ante donationem, sed post donationem. num. 153. cum seq.

Pensiones censuales petiti, & additamentum pretii censuales fuerunt stipulatae post donationem, & sunt aes alienum contractum post donationem. num. 154.

Pensionibus censuales petiti, solum potest esse obligata Michaela Portas pro bis mille libris reservatis à Hieronymo in donatione, secundum sententiam Rubi de Marimon. num. 111. ad 144. 170. 171. 216. & 432.

Pensiones censuales adversantis tantum sumunt anterioritatem à die 21. Julii 1617. nec antea deberi coeperunt. à num. 161. ad 170. & 431. 504. & 506.

Pensiones censualis adversantis sunt posteriores doti Mariannæ Portas, & omnibus creditis petitis ab hac Nobili parte. num. 170. 217. 218. cum seq. ad num. 287. 504. & 512.

Pensiones censualis adversantis non est obligatus Mansus Portas. n. 111. ad 144. 204. ad 210. & 492. Vide verbo, *Nicolaus Solà, Mansus Portas, Censuale.*

**PIA CAUSA.** Piarum causarum favore retractatur sententia propter instrumenta de novo reperta. num. 521.

Piis causis possunt liti censualia absque decreto Judicis, & causæ cognitione.

**PIGNUS.** Pignorum repetitio in secundo contractu semper intelligitur in id tantum quod debebatur ex primo contractu, non in plus. num. 163.

Pignus dicitur à pugno. n. 468. Vide verbo, *Hypotheca*, verbo, *Novatio.*

**POSTERIORA.** Posteriora semper derogant prioribus. num. 428.

**POSSESSIO.** Possessio Mansi Portas de tempore sententiæ de Ribera in hac parte, & præsentis Tutoribus non fuit probata in processu. num. 310. cum seq. & num. 476. ad 485.

**PRÆSENS.** Præsens, & tacens in judicio videtur consentire. n. 119.

Præsentia simplex in judicio habet vim stipulationis. num. 124.

**PRETIUM.** Pretium, & fors est pars substantialis contractus censualis. num. 419.

Pretium est pars essentialis contractus emptionis, & venditionis. *ibid.*

Pretium censualis non potest peti à creditore etiam si esset debitum ex mutuo antecedenti cum protestatione non novandi. num. 169. 215. 422. 430. & 431.

Pretium censualis potest peti à creditore in causa concursus creditorum debitoris. num. 420.

Pretium venditionis Mansi Portas deservit pro solutione aliorum creditorum anteriorum quam adversantis, & approbatorum per sententiam Rubi de Marimon in judicatum transactam. num. 262. cum seq.

Pretium totum censualis adversantis non habet anterioritatem ab anno 1608. sed tantum sexcentum libræ debitæ ex mutuo. n. 164. cum seq.

Pretium censualis adversantis non fuit petitum, nec potuit peti ab adversante. num. 169. 170. 215. 422. 430. & 431.

**PRIOR.** Prior tempore, potior est in jure. num. 439.

Prioribus semper derogant posteriora. num. 428.

PRO-

**PROBARE.** Probare oportet, nec sufficit dicere. num. 389.

**PROCESSUS.** Processus semel denunciatus, iterum non denunciatur de jure Cathalonix, nisi restituto minore post denunciationem processus adversus statum causæ. num. 406. & 377.

**PROCURATOR.** Procuratoris confessio absque speciali mandato, non præjudicat principali cum decis. Reg. Senat. num. 473.

Procuratoris confessio absque speciali mandato, potest revocari non docto de errore. *ibid.*

**PRODUCENS.** Producing instrumenta videtur fateri omnia in eo contenta esse vera, etiam quo ad verba enunciativa, maximè si verba enunciativa ponuntur super actu in quo producing sibi potest præjudicare confitendo. num. 528.

**PRO-REX.** Pro-Rex in Cathalonia in causis Civilibus non habet votum nisi data paritate votorum inter Regios Senatores. n. 548.

Pro-Rex in Cathalonia in causis Criminalibus habet votum etiam non data paritate votorum. num. 548.

Pro-Rex in Cathalonia in civilibus causis data paritate votorum, habet votum, & facit cessare paritatem. *ibid.*

**PROTESTATIO.** Protestatio contraria facto, nullum jus reservat protestanti respectu facti, cui est contraria. num. 403.

Protestatio non novandi adjecta in secundo contractu incompatibili non impedit quin novatio celebretur. num. 428.

Protestatio non potest impedire, quod ex necessaria juris dispositione resultat. *ibid.*

Protestatio nihil operari potest in his, vel contra ea quæ pendent ex necessaria juris dispositione. num. 428.

Protestatio est frustratoria ubi quis tenetur ex juris necessitate. *ibid.*

Protestatio non novandi adjecta in secundo contractu incompatibili, non est omninò infructuosa, nec inutilis. num. 429.

Protestatio non novandi adjecta in secundo contractu incompatibili operatur quo ad temporis anterioritatem, seu prælationem causæ. num. 429.

Protestatio ista operatur quo ad hypothecas, fidejussores, & alia similia non incompatibilia cum secundo contractu. *ibid.*

Protestatio ista non novandi præservat jura omnia, primi contractus non incompatibilia cum secundo. *ibid.*

**PUPILLUS.** Pupillus quidquid videt ignorat. num. 522.

Pupillus dum pubes est, non scire præsumitur gesta in pubertate. *ibid.*

## R

**RECOGNITIO.** Recognitio unica dominii directi, probat dominium in favorem ejus cui est facta contra recognoscentem, & habentem causam ab eo. num. 530.

Recognitio probat rem esse in bonis recognoscentis nisi de errore doceatur. num. 530.

**REDEMPTIO.** Redemptio non est species alienationis, sed resolutio præcedentis. num. 454.

**REFERENS.** Referenti non creditur nisi constet de relato. n. 369.

**REGIA AUDIENTIA.** Regia Audientia exiens de loco non secum trahit causas sibi evocatas solum majores 100 ₰, sed nova evocatio requiritur. num. 363.

Regia Audientia est diversum Tribunal à Vice-Regia Audientia. num. 361. & 362.

Regia Audientia non cognoscit de causis nisi præcedente evocatione. num. 363.

**RENUNCIATIO.** Renunciare favori suo quilibet potest. num. 566.

Renunciantibus jura sua nullum datur ad ea regressus. *ibid.*

Renunciatio legitimæ tenet. *ibid.*

Renunciare non potest minor terminum ad probandum concessum renuente litis consorte. num. 406.

**REPETITIO.** Repetitio pignorum in secundo contractu facta, intelligitur in id tantum quod debebatur ex primo contractu, non in plus. num. 163. Vide, *Pignus*. Vide, *Hypotheca*.

Repetitio dotis non impeditur per actionem confusionem, quæ ex aditione resultat. num. 449. cum decis. Senat.

**RES JUDICATA.** Res judicata propter instrumenta noviter reperta non retractatur. num. 518.

Res judicata propter instrumenta noviter reperta retractatur quando publicus versatur favor. num. 519.

Res judicata propter instrumenta noviter reperta retractatur quando causa nullo juris adhibito examine fuit terminata. *ibid.*

Res judicata contra Fiscum, retractatur favore Fisci propter instrumenta de novo reperta. num. 520.

Res judicata propter instrumenta noviter reperta retractatur media restitutione in integrum favore Pupilli, Minoris, Ecclesiæ, Republicæ, Piarum Causarum, &c. num. 521.

Res judicata propter instrumenta de novo reperta rescinditur favore majorum per restitutionem in integrum ex clausula generali, *si qua mihi justa causa*. n. 522.

Rei



- Rei judicatæ auctoritas de facili non labefactat. num. 421.
- Res præsumitur hæreditaria si diltrahitur ab hærede tanquam hærede, & uti hæreditaria. num. 529.
- Res judicata. Vide, *Exceptio, Sententia.*
- RESERVATIO.** Reservatio 2000 ₰ facta per Hieronymum Portas in donatione quam fecit filio suo, ante creationem censualis petiti fuit consumpta. num. 211. cum seq.
- Reservatio 2000 ₰ facta fuit à Hieronymo Portas die 15. Februarii 1614. quo die fecit donationem. num. 214.
- Reservatio in donatione super bonis donatis censetur facta de pecunia deducenda ex bonis donatis. num. 286.
- Reservatum fuit huic Nob. parti jus adversus auctores laudatos in alio judicio. num. 354.
- Reservatio juris adversus auctores laudatos in alio judicio non refarcivit damna, expensas, & jurgia passa, & quæ in alio judicio pati debet. num. 355.
- Reservatio patris donatoris facta in capitulis matrimonialibus filii est obligata saltem in subsidium doti nurus deceditur ad partes, cum decis. Regii Senatus. num. 219. ad 260.
- Reservatio Hieronymi Portas bis mille librarum tantum existens apud Michaellam Portas, potuit esse obligata censuali, & pensionibus adversantis, & cætera bona, & possessores eorum liberi remanserunt. num. 127. ad 144. 432. & passim.
- Vide *Mansus Portas, Antonius, Marianna.*
- RESOLUTIO.** Resolutio præsentis litis, & articulorum juris adducitur. num. 516. & 569.
- Resoluto jure hæredis gravati resolvitur census, & jus domini illius num. 561.
- Resoluto jure datoris, resolvitur jus acceptatoris. *ibid.*
- Resolutus contractus est, ac si retro factus non fuisset. num. 454.
- RESTITUTIO IN INTEGRUM.** Restitutio in integrum adversus Regiam sententiam Nob. de Ribera petitur formiter. n. 36.
- Restitutio in integrum adversus sententiam transactam in judicatum suspendit illius executionem. num. 46.
- Restitutione pendente nihil est innovandum. *ibid.*
- Restitutio in integrum adversus sententiam in judicatum transactam etiam post provisum, & confirmatum decretum executionis suspendit illius executionem. num. 47.
- Restitutio in integrum adversus sententiam in judicatum transactam retardat executionem, etiam si restitutio requirat altiorem indaginem. n. 48.

Restitutio in integrum, quæ minoribus 25. annis conceditur adversus sententias in iudicatum transactas est species appellationis, vel supplicationis quo ad effectum. num. 49.

Restitutio in integrum adversus sententiam in iudicatum transactam, habet duplicem inspectionem. num. 52. & 62.

Restitutio in integrum justificatur, & suspendit executionem ex sola summaria, & colorata probatione. num. 52.

Restitutio in integrum quo ad effectum retractandi sententiam, & plenam victoriam reportandi requirit probationem plenam. ibid.

Restitutio in integrum, & nullitatis remedium possunt cumulari. n. 56.

Restitutio semel denegata, non potest amplius implorari. n. 60.

Restitutio non expresse denegata, licet non concessa potest amplius implorari. num. 60.

Restitutio in integrum adversus sententiam est pinguius remedium quam appellatio, vel supplicatio à sententia. num. 516.

Restitutio in integrum adversus sententiam Regiam in iudicatum transactam, & decretum executionis provisum conceditur fortiter in Regio Senatu. num. 394.

Restitutionis concedendæ provisio adducitur. ibid.

Restitutionis terminus ad probandum concessus minoribus prodest, & majori litis conforti, nec illi valet minor renunciare. n. 406.

Restitutio in integrum petita, & denegata potest iterum peti ex nova causa. num. 64. & 65.

Restitutio in integrum per hanc Nob. pupillam implorata jam fuit admissa in hac lite. num. 74. cum seq. & num. 36.

Restitutio in integrum in hac causa competit semper ratione justæ ignorantia Emanuelis Guiamet, & hujus Nob. pupillæ quo ad opponendam exceptionem rei iudicatæ. num. 199.

Restitutio in integrum mediante est suspendenda executio sententiæ Nobilis de Ribera, ex rationibus, & motivis noviter deductis, & allegatis per singulos Juris Articulos. à n. 36. 42. 516. 569. & passim.

**RETENTIO.** Retentionis beneficium competit huic Nob. parti variis rationibus pro creditis hypothecariis anterioribus. n. 270. ad 287. & 512.

Retentio facilius conceditur quam actio. num. 270.

Retentio non censetur prohibita etiam si prohibeatur exceptio. num. 271. & 444.

Retentionis exceptio impedit executionem sententiæ quamvis in ea reservata non sit. n. 272.

- Retentionis exceptio sententiam non impugnat. num.273.  
 Retentio competit creditori possidenti bona debitoris. num.274.  
 Retentio competit creditori possidenti contra alios creditores hypothecarios, & quomodo. num.275.  
 Retentio non impeditur per confusionem actionum ex aditione resultantem. num.444.  
 Retentio competit uxori pro dote adversus alios mariti creditores posteriores. num.450.  
 REUS. Reus conventus potest opponere de exceptione juris tertii exclusivi juris agentis. num.563.  
 REX ; REGNUM. Regnum Aragonum fuit Principatui Cathalonie unitum per matrimonium initum inter Raymundum Berengarium Comitem Barcinone, cum Serenissima Petronilla unica filia Ramiri Aragonum Regis. num.464.  
 Rex noster Catholicus, debet appellari Comes Barcin. n.465.

S

- SENTENTIA RUBI DE MARIMON.* Sententia Rubi de Marimon lata fuit facto verbo in Reg. Audientia 14. Novemb. 1631. in causa universalis creditorum vertenti inter Michaellam, Mariannam, & Antonium Portas ex una, Nicolaum Solà patrem adversantis, Magnificum Paulum Guiamet, & Emanuellem Guiamet ejus filium, & alios creditores partibus ex altera. n.3. 84. 89. & passim.  
 Sententia Rubi de Marimon fuit intimata, & notificata ipsimet Nicolao Solà patri adversantis. num.110.  
 Sententia Rubi de Marimon fuit transacta in rem judicatam. n.95.  
 Sententia Rubi de Marimon declaravit nulla ratione infirmari posse, neque per Hieronymum, neque per Antonium, & Michaellam Portas venditionem factam de Manso Portas, Regenti Fontanet, sed illam esse validam. num.89. 167. & 414.  
 Sententia Rubi de Marimon declaravit venditionem Mansi Portas non posse etiam infirmari à Marianna Portas. num.461.  
 Sententia Rubi de Marimon declaravit censuali Nicolai Solà, seu adversantis nullatenus esse obligatas Michaellem, & Mariannam Portas ex bonis suis, sed infringendas esse earum obligationes. num.90. 91. 415. & 418.  
 Sententia Rubi de Marimon declaravit Antonium Portas ex bonis propriis ipsius nullatenus esse obligatum censuali Nicolai Solà, seu adversantis. num.452. & 493. num.127. ad 144.  
 Sententia Rubi de Marimon declaravit tantum esse obligatam, ad

- præstationem censualis Sagismundi Solà , Nicolai , seu adversantis Michaellem Portas propter bis mille libras reservatas à Hieronymo. num. 92. 93. 154. 170. 171. 284. 286. 416. 418. 432. ad 435.
- Sententia Rubi de Marimon declaravit executionem factam à Nicolao Solà in bonis Michaelle pro præfato censuali adversantis nullam fore. num. 94.
- Sententia Rubi de Marimon semel lata , omnia bona Michaelle , Mariannæ , Antonii , & Hieronymi Portas , & possessores eorum fuerunt liberati à præstatione censualis adversantis , præter Michaellem Portas pro bis mille libris reservatis tantum. num. 111. ad 144. 170. 171. 418.
- Sententia Rubi de Marimon fuit extincta prætensa hypotheca in Manso Portas pro censuali adversantis. num. 111. ad 244. & 204. ad 210. 170. 171. & 417.
- Sententia Rubi de Marimon , præjudicavit anterioritati prætensæ debitorii adversantis. num. 144. 171. 286. & 420.
- Sententia Rubi de Marimon approbavit luitionem censualis Dorotheæ Camps factam , ex pretio Mansi Portas in præjudicium adversantis. num. 284. 285. 286.
- Sententia Rubi de Marimon declaravit etiam super bonis obligatis debitorio adversantis. num. 419. ad 421.
- Sententia Rubi de Marimon saltem declaravit pensionibus adversantis tantum esse obligatas bis mille libras reservatas. num. 421. ad 424.
- Sententia Rubi de Marimon exponitur , in dictione , *tantum* , latè. num. 43. & num. 130.
- Sententia Rubi de Marimon opponitur directo , & parit exceptionem rei judicatæ adversus sententiam Nob. de Ribera. num. 84. 145. & passim. Vide *Res Judicata, Exceptio*.
- Sententia Rubi de Marimon lata fuit tempore quo erat Emanuel Guiamet infans. num. 194.
- Sententia Rubi de Marimon , & exceptio rei judicata ex illa resultans prodest Michaelli Ferràn , & Ltedò , ex propria persona tantquam fideicommissario , & sic hæredibus illius. num. 192.
- Sententia Rubi de Marimon , quo ad omnia fuit approbata , ratificata , laudata , & confirmata à Nicolao Solà patre adversantis per non supplicationem ab ea. num. 257. & num. 119. ad 126. 144.
- SENTENTIA NOBILIS DE RIBERA.** Sententia de Ribera lata in præfenti causa , sub die 31. Martii 1672. adducitur à num. 27. ad num. 29.

Sententia de Ribera transacta fuit in rem judicatam. n. 29. & passim.  
Sententiam de Ribera, non esse executioni mandandam medio beneficio restitutionis in integrum petitem ab hac parte die 22. Februarii 1674. num. 36. 42. 516. 560. & 71.

Sententia de Ribera lata fuit contra prætenfos Tutores, & Curatores hujus partis, eos condemnans de bonis tutelæ, & curæ ad solvendum pensiones cessas, & à cætero decurrendas censualis Cæciliæ Masdeu, & Solà, vel ad deserendum vacuam possessionem Mansi Portas. num. 26. 301. 382.

Sententia de Ribera directo opponitur Regiæ sententiæ Rubi de Marimon in judicatum transactæ, & sic nulla est. num. 84. ad 144. & 408. ad 437.

Sententia de Ribera tempore quo prolata fuit, hæc Nobilis pars erat pupilla. num. 197.

Sententia de Ribera lata fuit in favorem adversæ, quæ actionem aliquam non habebat. num. 208.

Sententiæ de Ribera obstat exceptio retentionis pro creditis expressis. num. 270. ad 287. & 512.

Sententia de Ribera defecit in requisitis. num. 301. ad 338. & num. 421. ad 487. & 298.

Sententia de Ribera annullatur ex defectu formæ expressæ. n. 339. ad 359. & 306. ad 407.

Sententia de Ribera annullatur ex ratione expressa. n. 359. ad 366.

Sententia de Ribera, est lata absque instantia, & annullatur. num. 467. ad 370.

Sententia de Ribera debet modificari in pensionibus petitis ante primam processus denuntiationem. num. 371. ad 381.

Sententia de Ribera lata fuit contra non legitimos contradictores. num. 382. ad 413.

Sententiæ de Ribera obstant deductiones plenius enarratæ. num. 486. ad 515.

Sententia de Ribera exequi non debet ob instrumenta de novo reperta. num. 518. ad 571.

**SENTENTIA.** Sententia transacta in rem judicatam non rescinditur, nec retractatur propter instrumenta de novo reperta. n. 518.

Sententia in judicatum transacta, quando publicus favor versatur retractatur propter instrumenta de novo reperta. num. 519.

Sententia in judicatum transacta prætextu novorum instrumentorum, retractatur quando causa nullo juris examine adhibitio fuit terminata. num. 19.

- Sententia in iudicatum transacta contra Fiscum, retractatur favore Fisci propter instrumenta de novo recepta intra triennium. n. 520.
- Sententia in rem iudicatam transacta retractatur propter instrumenta de novo reperta favore Pupilli, Minoris, Ecclesiæ, Reipublicæ, & piarum causarum. num. 521.
- Sententia in iudicatum transacta retractatur propter instrumenta de novo reperta favore majorum per restitutionem in integrum, ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa*. num. 522.
- Sententia in iudicatum transacta facit jus inter partes,  
De albo nigrum, de indebito, debitum, de falso verum, & habet pro se præsumptionem juris, & de jure. num. 96.
- Sententia in jud. transact. non potest impugnari, & reprobari per aliam sententiam. num. 97.
- Sententia lata contra aliam sententiam in jud. transact. est ipso jure nulla. num. 98.
- A sententia secunda lata contra aliam in jud. trans. non est necesse appellare. num. 98.
- Sententia contra sententiam in iudicatam transactam est ipso jure nulla, maxime si ante secundam sententiam exceptio rei iudicatæ opponatur. num. 99. & 183. cum seq.
- Sententia lata pro principali prodest fidejussori. num. 134.
- Sententia lata super debito principali inter creditorem, & principalem debitorem influit in hypotheca. num. 133.
- Sententia lata pro reo principali, contra creditorem prodest tertio hypothecæ possessori. num. 145.
- Sententia lata inter creditores opposcentes de anterioritate parit exceptionem rei iudicatæ etiam quo ad anterioritatem creditoris, ut amplius non possit agere inter se se, si exhibita sint instrumenta in quibus fundatur prælatio. num. 144. 177. & 420.
- Sententia à qua non appellatur, nec supplicatur, videtur approbari ab eo qui poterat appellare, vel supplicare. num. 144. & 157.
- Vide verbo, *Approbare*.
- Sententia lata contra sententiam in iudicatum transactam, est nulla, si post prolatam secundam sententiam in promptu probari possit, esse contrariam primæ. num. 187.
- Sententia contra sententiam in iudicatum transactam est nulla etsi partes in ea consentiant expressè, & quare. num. 188.
- Sententia arbitralis contra sententiam in iudicatum transactam non valet, nisi in compromisso expressè dicatur, non obstante tali sententia. num. 189.

- Sententia in iudicatum transacta nequit retractari saltem citra voluntatem eius in cuius favorem lata fuit. num. 190.
- Sententia pro hærede gravato lata, & in rem iudicatam transacta prodest succedentibus in fideicommissio. num. 191.
- Sententiæ modus in hypothecaria est ad solvendum, vel ad defendendum. num. 301.
- Sententia est nulla in Catalonia nisi in ea iudicetur per directum, secundum allegata, & probata in processu. num. 337.
- Sententia, quæ ex actis non justificatur, nulla est, nec debet exequi. num. 337.
- Sententia lata absque instantia, & requisitione partis est ipso iure nulla. num. 367.
- Sententiæ sine instrumentis non probant, maximè in rebus de re-centi. num. 481.
- Sententia lata contra proprietarium, non nocet usufructuario in eis usufructu. num. 385.
- Sententia exequi non potest contra non condemnatum. n. 385.
- Sententia lata contra Tutorem tanquam talem non nocet ei in iuribus competentibus nomine proprio. num. 386. 387. & 390.
- Sententia censetur esse conformis libello maximè in supremis Tribunalibus. num. 387. & 390.
- Sententia facit rem iudicatam in eo quod determinat, & in præsupposito illius. num. 420.
- Sententia decidit ea quæ sunt in actis, & instrumentis. num. 420.
- Sententia refertur ad acta. ibid.
- Sententia declaratur per acta. ibid.
- Sententia videtur elicita de mente actorum. ibid.
- Sententia recipit interpretationem ab actis. ibid.
- Sententia debet esse conformis libello. ibid.
- Sententia venit intelligenda secundum petitionem, & libellum. num. 420.
- Sententia ferri non potest super causa non deducta quamvis sit improbata, nisi libellus possit illam includere. num. 420.
- Sententia præsumitur lata prout de iure debebat fieri. ibid.
- Sententia præsumitur lata ex causis ex quibus proferri debebat maximè in Supremis Senatibus. ibid.
- Sententia inter creditores lata, & in iudicatum transacta parit præiudicium, & exceptionem rei iudicata, quo ad anterioritatem, & gradus creditorum inter se se. num. 420. 144. & 177.
- Sententia novam actionem accumulatur. num. 421.

Sententia judicati actionem parit. num. 421.

Sententia non celebratur novatio extinctiva, sed accumulativa, & augmentativa. num. 421. & 425. Vide, *Novatio*.

Sententiæ Regiæ diffinitivæ resistentes tenentur Usatico, *judicium in Curia datum*. num. 421.

A sententia ad statutum, & è contra valet argumentum. n. 421.

Sententiæ Vice-Regiæ Audienciæ resistentes non tenentur, Usatico, *judicium in Curia datum*. num. 486.

Sententiæ verba. Vide, *Verba sententiæ*.

**SORS.** Sors, & interesse eandem habent anterioritatem si ex eodem fonte procedunt secus si ex diverso fonte, & contractibus. num. 161. cum seq. Vide verbo, *Mutum, Censuale, Pensiones*.

**SUCCESSOR.** Successor obtinentis sententiam in rem judicatam transactam quodcumque opponere potest exceptionem rei judicatæ. num. 193.

Successione universali confunduntur actiones inter defunctum, & successorem. num. 442.

**SUPERFLUITAS.** Superfluitas faciliter evitatur. num. 551.

Superfluitas est vitanda in verbis legis, sententiæ, ac cujusque dispositionis. num. 421.

Superfluum in jure reprobatur. num. 421.

A superfluitate vitanda valet argumentum. num. 421.

## T

**TACITURNITAS.** Taciturnitas in judicio consensum inducit. n. 120.

Tacitus consensus in judicio idem operatur quod expressus. n. 121.

**TEMPUS.** Tempus præfixum ad probandam restitutionem in integrum sunt duo menses. num. 61.

Temporis duorum mensium ad probandam restitutionem concessio est in arbitrio Judicis. num. 61. & 74.

Tempus non fuit datum huic Nob. pupillæ ad expediendas litteras citatorias adversus auctores laudatos ad continuandam causam mortuo illorum procuratore. n. 30.

Tempus restitutionis conceditur huic Nob. parti ad probandam restitutionem in integrum imploratam. num. 37. & 74.

**TESTATOR.** Testator asserens in testamento rem aliquam esse suam probat dominium contra hæredem, & habentem causam ab hærede. num. 531.

Testatoris affectio, & prædilectio dignoscitur ex ordine institutionis, substitutionis, & nominationis. num. 543.

Testatoris dilectior existimatur, vocatus proximior. num. 543.



Testator in ea parte in qua prædilexit unum, videtur prædilexisse quoque ejus posteritatem, & descendentes. *ibid.*

Testator sicut magis præsumitur dilexisse institutum quam substitutum, ita pariter præsumitur magis dilexisse filios instituti, quam substituti. num. 543.

*TESTES.* Testes ministrati ab adversante ad probandum hanc Nob. pupillam possidere Mansum Portas non probant. n. 313. cum seq.

Testes debent examinari per Scribas Mandati, aut per Notarios Regios eorum substitutos de jure Cathalonix. num. 319.

Testium depositiones ad probandum hanc Nob. partem possidere Mansum Portas, non erant consuetæ in processu tempore quo lata fuit sententiæ Nob. de Ribera. latè ex n. 320. ad n. 336.

Testes de auditu quam probationem faciant. num. 317.

*TRANSACTIO.* Transactio non retractatur propter instrumenta de novo reperta. num. 518.

*TREBELLIANICA.* Trebellianica amittitur ab hæredibus tam suis, quam extraneis ob non confectum inventarium de jure Cathalonix. num. 567.

*TUTOR.* Tutores prætenso hujus partis condemnatos uti Tutores in sententia de Ribera non constabat esse Tutores tempore latae sententiæ saltem adversus hanc partem. num. 383.

Tutor condemnatus ut Tutor, non præsumitur condemnatus jure proprio nisi id expressè exprimatur cum decis. Reg. Senat. n. 386.

Tutoris officium est necessarium. num. 386.

Tutori possunt sui censualia absque decreto Judicis, & causæ cognitione. num. 454.

## V

*VENDITOR, VENDITIO.* Venditor censualis, non est debitor fortis, sed pensionum. num. 169.

Venditioni Mansi Portas factæ antecessoribus hujus Nob. partis intercessit consensus, & firma Baronis de Marinyano domini directi. num. 298.

Venditor, seu auctor laudatus, ideo citatur in causa ut emptorem defendat. num. 348.

Venditor, seu auctor laudatus, tenentur emptorem, & ejus litem defendere, & ad interesse. *ibid.*

Venditor dicitur emptoris defensor. *ibid.*

Venditor, & auctor laudatus, tenentur comparere, & defendere emptorem in foro emptoris conventi. *ibid.*

Venditor clericus tenetur ad forum seculare descendere, & ibi emptorem defendere. num. 348.

Vide, *Emptor, Evictio, Censuale.*

**VERBA.** Verba enunciativa instrumenti probant contra producentem illud, maxime si sint super actu in quo producens potest confitendo sibi præjudicare. num. 528.

Verba sententiæ sunt strictè interpretanda, num. 390.

Verba sententiæ sunt juxta proprium sensum intelligenda. *ibid.*

Verba sententiæ sunt proprie, præcisè, & juxta verborum proprietatem accipienda. *ibid.*

Verba sententiæ potiùs in sensu naturali quam civili accipienda. *ibid.*

Verba sententiæ semper debent aliquid operari. num. 421.

Verba sententiæ ita debent intelligi ne maneant sine effectu. n. 421.

Verba legis sententiæ, & cujusvis dispositionis semper debent aliquid operari, nec debent remanere sine effectu, aut superflue. num. 421.

Verba clara non admittunt voluntariam quæstionem. num. 433.

Verba clara contradictionem non admittunt. *ibid.*

Verba clara dicuntur ea quando intellectus non laborat in intelligendo. *ibid.*

**VICE-REGIA.** Vice-Regia procedente debent ad eam evocari causæ Regiæ Audientiæ. num. 362.

Vice-Regia, & Regia Audientia sunt Tribunalia diversa. *ibid.*

Vice-Regia cessante iterum debent causæ ad Regiam Audientiam evocari. num. 363.

**VIDUA.** Vidua tenentaria tenetur ex fructibus, & tenuta solvere pensiones censuales cessas, & cedendas de tempore tenuræ. num. 391. & 392.

**VOCATIO.** Vocatio filiorum remotioris substituti influit vocacionem filiorum instituti in conditione positorum. n. 541. ad 545.

**USATIC. CATHALONIÆ.** Usaticum, *judicium in Curia datum,* exponitur remissivè. num. 421. & 486.

Usaticum, *aliud namque jure Fisci,* exponitur remissivè. num. 337.

Usaticum, *judicium, tit. de celebrar Cortis.* num. 567.

**USUFRUCTUARIUS.** Usufructuarius tenetur ex usufructu solvere pensiones cessas, & cedendas de tempore usufructus. num. 391. & 392.

**SOLI DEO HONOR, ET GLORIA,**

